[illegible]

Cat. 286

FRANCISCI pHILELFI EpISTOLARVM LIBER pRIMVS.

FRANCISCVS pHILELFVS LEONARDO IVSTINIANO SALVTEM pLVRIMAM DICIT.

q VOD nihil apud me duxerim antiquius beniuolentia tua: nihil sanctius tua fide: facile uel ex hoc potes existimare Leonarde iustiniane: quod & Constátinopolin nouá Romá mihi iucundissimá: & regem ipsum Ioanné palæologum de me q̄ optime certe meritum tua causa reliquerim. Nó enim me mouit spes amplissima: quá tuis tam crebris: tamq; liberalissimis litteris mihi ostendisti: ut tibi obsequerer: sed ipse tu: cui me carissimú esse iampridem multúq; cognoram. Nec est quicq̄: quod malim: q̄ & haberi me: & esse gratissimum. Nam liberalitas opulenti est nonnúq̄: at gratitudo iusti semper & boni uiri. Cú igitur ad sextú kalédas septembres soluissem ex urbe Cóstátinopoli: hoc die circiter meridiem post annú septimum ac menses quinq; posteaq̄ hinc primú nauigaram in Thraciá: ad uos redii ductus sane cósilio tuo: cupiensq; & tibi & cæteris patriciis uiris referre eam (quá debeo) gratiam pro uirili mea. Ná pristina uestra illa erga me & pulcherrima beneficia neq; obliuisci unq̄ possim: nec minus digna césere: quibus sim obstrictus perpetua obseruantia. Vtinam sæuiens hæc atq; perhorrenda pestilétiæ uis: (qua urbé uideo acerbissime laborare) non impediat cogitatiós meas. Nó enim possú non metuere huiusmodi sagittas quales ex Iunone cognitas hoc é ex aere: uirú etiá fortissimum achillem permouisse sapientissimus poeta Homerus docet. Nam scimus huiusmodi uulneribus cælesti ípetu cócitatis remedia nulla satis certa afferri posse. Quo fit: ut (qd me agere oporteat í tánta pernicie) nó intelligam. Itaq; mihi gratissimú sis facturus: si per te certior factus fuero: quid mihi cósilii capiundum censeas. Video enim uniuersam propemodum ciuitaté ab urbe eminus abesse præter unú te: qui murani iter uitrea ista uasa quasi clypeo tectus uulcani ictus Apollinis conténas. Vale ex uenetiis. vi. idus octobres Anno a natali christiano. M.cccc.xxvii.

Franciscus philelfus Leonardo Iustiniano sal.

r Edditæ mihi sunt litteræ tuæ: & perhumanæ illæ quidem ac plane indices amoris summi erga me tui. Quod auté mones: bono ut sim animo: quoniam omnia mihi pro mea opinione: proq; inueterata iam & maxima amicitia nostra sint abunde responsura: & si non erat monitore opus: non fuit tamen ingratum audisse: eo te esse in me animo (quo semper fueris) amico & perbenigno. Faciam aút quod hortaris: me domi continebo. Mea omnis cósuetudo erit cú musis. Nullius hominis utor familiaritate: aut congressu: qui per hanc tempestatis calamitatem diutius uenetiis fuerit. Te non prius adibo: q̄ iusseris. βουλομ' ἐγὼ σ' αὐτον σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι De familia mea quod scire cupis: mihi est uxor annos nata sedecim: & ex ea puer annú natus unum: menses duos: dies septem ac decem nomine Ioannes marius iacobus: seruæ quattuor: seruus unus: minister mercenarius ité unus. Vale ex uenetiis. v. Idus octobres. M.cccc.xxvii.

Franciscus philelfus. Francisco barbaro sal.



Es deste conv.to de S.n Angel de carmelitas descalços de Sevilla [illegible]
[illegible] del año de 164[illegible]
Fr. [illegible]

q Vod tibi iucũdissimũ esse puto: nudiustertius uenetias ex urbe Cõstãtinopoli adueni: unde abesse te & doleo: qa suauissima tua cõsuetudine frui non licet: & gaudeo: q᷑ salutis tuæ ratione hăbeas. Nã furor pestilẽtiæ parcit nemini. Nec ullis reme dus: aut arceri põt: aut reprimi: ne si Aesculapius qdẽ ipse: huiusue filius podalirius: & Machaon cũ Apide una illo(qui primus medicinã dicit̃ inuenisse) ppulsatores: & curatores adsint. Quare cũ uita sis dignissimus: facile & æquo aĩo patior absentiã tuã dum tñ litteris creberrimis præsentis tui desyderiũ resarcias. Vale ex uenetiis. iiii. Idus octobres. M.cccc.xxvii.

Franciscus philelfus. Marco lypomano sal.

a Ccepi litteras tuas: qbus nõ dubio declarasti tibi meũ reditũ ĩ italiã uoluptatis plurimũ attulisse: qppe qui dubitasses me nõ litteraturã solũ: sed naturã etiam græcoꝝ adamauisse: ob idq; factũ omnino græcũ: præsertim cũ græcã uxorẽ: q̃ latinam ducere maluerim. petisq;: q̃tum libroꝝ mecũ aduexerim. Demũq; hortaris: ut uenetiis malim agere: q̃ alibi usq̃ gentiũ. Mihiq; tuã omnem opem: atq; operã pro uetere nostra beniuolentia polliceris. Omniũ primum tuũ liberalissimũ promissum(quo in litteris usus es)& audio nõ iuitus: & amplector plibenter: eoq; mihi semper(quotiẽs opus fuerit)utendũ uolo. Quod si qua etiã in re meo tibi officio opus est: illud tibi peculiare ducito. poteris tu quidẽ beneficiis me superare: at ego te uolũtatis gratitudie: id(qđ eo)me puto facilius cõsecutuꝝ: q᷑ uenetiis agere uitã ĩstitui: q̃tum scilicet in me fuerit. Hic aũt nõnulla persæpe offertur occasio: & tibi beneficii cõferendi: & mihi rursus uł referendæ: uel habẽdæ gratiæ. Libroꝝ uero nõ nihil aduexi mecũ. Est etiã uenetiis multum cũ apud te & barbaꝝ: tum apud leonardum meum. Reliquos autem meos codices: cũ uenetias reuerteris: nõ modo uidebis omnes: sed etiam his fruere ex sentẽtia tua Nã ut scis τὰ τῶν φίλων κοινά. Et sũ latinus: & fui semp. Nec aliud quicq̃ ex græcia reportaui: q̃ litteraturã atq; disciplinã: q̃q̃ sunt item hoc tẽpore apud græcos permulta & utilia & ꝑclara: quæ non solum ornent: sed efficiant bonos uiros. Nã sine inuidia audienda est ueritas Sed de uxore quod perurbane iocaris mecũ: duxi sane uxorẽ illius Chrysoloræ filiã: quem nõ latini minus admirant̃ q̃ græci. Accedit ad generis uel bonitatem uel claritudinẽ: q᷑ nata est mea uxor ea matre: quæ & auria ipsa sit. & mulierum omniũ pudicissima atq; optimã Sed de his hactenus. uehemẽter cupio reditũ tuum: quẽ ut deus maturet: opto. Multa. n. sunt quæ cupio corã tecũ commentari. Vale, ex uenetiis Idibus octobri. M.cccc.xxvii.

Sed de his harteng

Franciscus philelfus. Danieli ueturio sal.

a Go tibi gratias ĩmortalis: q᷑ tanta beniuolentia me complecteris. Non enim sine magna quadã amoris ui me hortaris: ut ĩ tantis pestilentiæ ignibus uenetiis esse nolim: sed uel patauium cõcedam: uel alio ubi tutius uitæ meæ cõsultũ sit. Si dixero me esse omnino expertem metus: plãe mentiar. Metuo. n. sed nõ tã mihi: q̃ cũ ĩfanti filio: uxoriq; adolescẽtulæ: tũ reliquæ etiã familiæ: quæ minus fortasse sibi cauere norit. Nec satis scio: quid faciam: hanc morbi ĩmanitatem audio ĩcrudescere. Quare aut nusq̃ est mouendus pes: aut fugiendum longius: ubi pacatior sit aeris clementia. Consilium tamen tuum non possum nõ probare. Vale ex uenetiis kal. nouembribus. M.cccc.xxvii.

Franciscus philelfus uictorino feltrensi sal.

e Go te uirum non solum mei amantissimũ: sed & prudentem & bonum ĩapri-

dem esse cognoui. Admonitionem tuam non possum non probare. Sed q mare ingressus sit: nõ habet uentos i manu. Aduersus cõtrarios etiá flatus tátisper nitendũ est: dum uel fortuna uel deus aliquis portũ obtulerit: si minus optatũ saltem tutũ. Sétentiá meá tenes. Vale ex uenetiis. vi. kal. decẽbris. M. cccc. xxvii.

Franciscus philelfus Frácisco ferreto sal.

l Itteris tuis sum mirifice delectatus. Video. n. nostrá Constátinopolitaná illá cõsuetudiné tibi mente non excidisse. Quod aũt hortaris: si quádo ad tholétinates rediero: Ancone ut iter faciá: tibi bona fide polliceor nõ átea me ad Tholentinates reditu(rum): q̃ & Ancona & te uidero. Sed quod ad tépus id sit futu(rum): nondum satis scio. Vale ex uenetiis Idibus decẽbribus. M. cccc. xxvii.

Franciscus philelfus. Leonardo iustiniano sal.

q Voniá natalis christianus iá ꝓpemodum pulsat fores: facies mihi rem gratissimá: si quas arcas anteq̃ ego. foré ex Cóstátinopoli soluturus: p illius téporis naues ad te misi: mihi reddi curaueris. Nõ. n. solú libris nónullis mihi opus est: q arcis seruátur: sed etiá uestimétis: tum meis: tũ uxoris: Et ut de me sileá: me quottidie uxor rogat: ne se diutius priuẽ uoluptate sua(rum) uestiũ: Quare nisi ad ꝓximũ natalé huic moré gessero: se ab me deludi existimabit. Ná neq; te latere debet igenium muliebre: & ego uxori ea negare nó ausim: quæ uitæ cultui decoroq; debentur: adolescentulæ præsertim mihiq; morigeræ. Vale ex uenetiis. xvi. kal. ianuarias M cccc. xxvii.

Fráciscus philelfus. Antonio capanoresi sal. plu. dicit.

q Vod meum in italiá reditũ iucundissime acceperis: est mihi exploratissimũ. Noui. n. bonitaté tuá: & animũ erga me. Quod auté certior fieri uis de rebus meis exponá breui. Vereor in eá fabellá icidisse: quæ de cane dicit: qui umbratilé secutus imaginé: quá ferebat rictu carné reliquit. Erát mihi constátinopoli læta omnia & secunda. Dum amicis his obsequor ductus ingéti spe: captusq; ꝓmissis: incertá fortuná certis ornatissimisq; cõmodis áteposui. Et ne longior sim: mihi delusus uideor. Quo fit: ut aliũde mihi cõsulendum sit. De uersura quod scire uis: dupliciter expõi solet: cũ aut fœnus fœnore: aut creditor creditore uertit. Et ut apertius loquar: si quádo es alienum nobis cõflatũ fuerit: nec tátũ nobis pecunia(rum) sit: ut id dissoluere liceat: aut ubi tépus dissoluendi aduenerit: fœnus additás priori fœnori: aut mutamus creditoré ab altero scilicet usuráriũ es accipiétes: quod alteri reddamus. Vale ex uenetiis. xv. kal. iáuarias. M. cccc. xvii.

Franciscus philelfus. Leonardo iustiniano sal.

n Olo mea causa quicq̃ patiaris icõmdi Nam tua mihi uita non libris solũ & uestimentis: sed mea etiá uita carior est. posteaq̃ id cubiculi ubi mea illa bona cõtinent: suspectũ est ꝓpter eum: qui eo i loco pestilétiali morbo correptus excessit e uiuis: nõ solũ expectabo: sed diu etiá multũq; expectabo: quæ ad aer ad salubritaté redierit Séd interea téporis ut mihi rebusq; meis cõsulas: te plurimũ rogo. Ná diutius ita agere nec possum: nec uolo. Si ꝓmissa mihi seruátur: manédũ est: id quod eo libẽtius sũ facturus: quo uideo me tibi cunctisq; patriciis esse carissimũ. Verũ diuturniorem spem precio emendá nequaq̃ censeo: i hac ꝓsertim tempo(rum) pernicie. Vale ex uenetiis. xv. kal. ianuarias. M. cccc. xxvii.

Franciscus philelfus. Leonardo iustiniano sal.

q Vod me hortaris ad panétiá: nõ cõténo. Est. n. ea quædá species fortitudis: qua

res arduas difficilisq; ꝑpetimur honestatis utilitatisue gratia. Ego me honestati ita ui
deo satisfecisse i tãta piculoꝝ ac tã intolerabili magnitudine: ut plus mihi honestas iam
debeat: q̄ ego honestati. Reliqua ratio est utilitatis: quã in hanc diẽ scio mihi fuisse nul
lam: posteaq̄ ex græcia ad uos redii. Nec quæ futura sit: possum augurari. Sũ equidem
apud uos plibenter. Sed diu ita esse nõ possum. Itaq; te etiã atq; etiã rogo: ut ꝓspicias
rebus meis. Vale ex uenetiis ex ædibus nostris: xiiii. kal. ianuarias. M.cccc.xxvii.

Franciscus philelfus. Kyriaco anconitano sal.

Singularem tuũ erga me amorẽ si nõ uehemẽter amẽ: igratus sim. Amo te inq̄ mi
Kyriace cũ ob tuam ĩme beniuolentiã: tum ob eã ĩquisitionẽ atq; diligentiã: quã
uteris maxima ĩ eaꝝ rerũ inuẽtione: quæ uel nimia uetustate: uel patrũ nostroꝝ negligẽ
tia apud nos pierãt. Incumbe igiť ut facis: in tã liberale tãq; laudabile munus renouãdæ
uetustatis: uel ab iteritu potius uẽdicandæ. Non. n. parum & uoluptatis & cõmodi præ
se ferũt istiusmodi eulogia atq; epigrãmata: quæ tanto cum studio & labore undiq; ex
uniuerso ꝓpe orbe in italiã aduehis. Et hoꝝ quidẽ gratia nõ solũ uiuos tibi concilias:
sed mortuos quoq; reddis obstrictos benefioo sẽpiterno. Et hac d̄ re satis ac sup petis
a me: ut tibi declarẽ: quæ publii uirgilii marõis snia fuerit ĩ scribẽda æneide. Nã cõmunẽ
illã opinionẽ quã ludi magistri afferũt: uoluisse Virgiliũ & imitari Homerũ: & laudare
Augustũ: nequaq̄ tibi admodum ꝓbari. Non mediocrẽ profecto rem petis: neq; breuis
orationis opus. a me præsertim: q hoc tẽpore ociosus nõ sum: & angor animi nõ iniu
ria tum ob hãc pestilentiæ acerbitatem: qua me uenetiis obsessum ĩtueor: tum quia hic
inutiliter tẽpus tero: ab his delusus: a quibus minime cõueniebat. Sed ne me difficilem
uoces: aut in amore tibi minus respondentẽ: dicam breui quod sentio. Quod Virgili
us uno æneidos carmine melisigenis Homeri iliada Vlysseãq; imitatus: Aeneã laudãs:
Augustũ quoq; laudarit: nequaq̄ inficior: sed diuinũ eius ingenium altius suspexisse ne
scius certe non sum: Quippe qui humanã cõditionẽ contẽplatiue actiueq; describens:
eo cogitatus omnis cõsiliaq; direxerit: ut qua uia summũ bonũ ĩ hac uita parari posset:
ĩ unius æneæ sapientia uirtuteq; ostẽderet. Id aũt non obscure prima ipsa grauissimi hu
ius sui & elegãtissimi operis ꝓpositiõe significat. Ait. n. se canere arma quo ad uirtutes
bellicas & actiuas: nã bellãdi pugnãdiq; istrumẽta sunt arma: Et uirũ quo ad uirtutes ur
banas intellectiuasq;: ĩ qbus sapiẽtia tenet & prudẽtia pricipatum. Nam sapientia ea mi
hi uirtus sola uideri solet: qua cæteris animantibus egregie ãtecellimus. Quod enim ani
mal ĩ terris eam cõsyderat ueritatem: quæ ĩ celo est. Hanc sola sapientia est: quæ & inq̄
rit & nouit. prudẽtia eim sapientiam ita ut ars naturam imitata ueritatem quidẽ inq̄rit
sed non rerum supiorum atq; diuinarum: sed iferioꝝ & humanarum. Nam consultatio
eorum: quæ sint homini emolumenta detrimentaue allatura: quid aliud efficit: q̄ ut ue
rum a falso in hac tempotali & momentanea mutabilitate decernamus: hoc scilicet se
quentes: illud autẽ aspernantes. In uita igitur ciuili prudentia sola est: quæ moralibus cũ
ctis uirtutibus dominatur: easq; sola & moderatur: & regit. At prudẽtia fracta est & de
bilis uullorumq; neruorum: nisi manet ab una sapientia: ad eamq; tãq̄ ad principẽ regi
nãq; referatur. Quare qui prudentiam a prouidendo dictã mediã posuerunt. inter mo
ralis intellectualisq; uirtutes: eãq; iccirco perfectam uoluerunt esse uirtutem in ciuili fe
licitate: quoniam uirtutum ciuilium omnium principium sit & forma, hi nihil sensisse a
ueritate alienum existimandi sunt. Cum ergo proponit uirgilius æneã a se canẽdum ut

hec epta declarat q̄ sententia fuerit virgilii ĩ scribenda eneide

uirum:hoc est ut sapientem eundēq; prudēdem. Quæ quidem uirtutes:aut intellectus
sunt ambæ:aut intellectus altera:& rōnis altera. Nā ratio temporaliū est:intellectus aūt
æternorū:ita ut hæc tota i cōtēplādo sit posita:illa aūt i cōsultādo:Qua quidē ꝓpositō
ne q̄q̄ uisus est uirgilius Homerū imitaturus nō solū quo ad rerū:uerū etiā quo ad ordi
nis similitudinē:non tamen exequit̄ eo ordine:quo ꝓponit. Quippe qui primū uirtu
tes urbanas canit:postea uero bellicas. Et id quidem prudentius mea sentētia q̄ Home
rus:qui primū de Achillis uirtutibus locutus est in Iliade:postea uero i ulyssea de sapiē
tia prudentiaq; Vlyxis. Natura.n.fit ut antea intelligamus:deinde agamus:Itaq; i primis
sex æneidos libris cōtemplatio maxime & consultatio locū habet:In secūdis aūt libris
sex actionis est laus:Et hoc quidem sumatim itelligi uelim de uniuerso æneidos carmi
ne. Nec tñ negarim & in primis sex libris permulta iueniri:q̄ actionis sunt moraliumq;
uirtutū:& in alteris quoq; sex libris inueniri quædā nō solū cōsultationis sed cōtēplatō
nis ꝓpria. Et q̄m dixi a Virgilio marone discribi humanā uitam:hoc ita intelligi cupio
ut moralis quā ΗΘΙΚΗΝ greci nomināt philosophia ΤΗ ΦΥΣΙΚΗ .i.naturali coniūcta sit.
Quod eius rei ut ꝓpius accedā:illinc orditur:cū de Iunone & æolo acutissime fabulat̄.
Scimus.n.iunonē & regno præesse & partui. Quare & lucina dicta ē & regina: Animū
trifariā partitur plato in rationem cupiditatem & iram:rationi locus datur in cerebro:
tanq̄ in arce totius corporis Nec æoli nomine ideo figuratur:quoniā æolus & uariū si
gnificat & mobilem & agilem & uersatilem:q̄ quidem omnia rationis sunt munera:ira
præcordia sibi uendicat. Cupiditas autem iecur:At uentis perturbationes significari qs
est:qui ambigat?præterea moralium uirtutū formā si quis inquirat eam nullam inueni
at nisi rationem esse.perturbationes uero materiam. Versatur inquā circa perturbatio-
nes moralis uirtus:quas rō ipsa cohibet atq; moderat̄. Quare ñ absurde legimus. Mol
litq; animos & temperat iras:animos eadem ratione pro cupiditatibus poni existimo
qua ΘΥΜΟΣ apud græcos & animū significat & cupiditatē. Quis.n.ignorat īsin tāta ef
set rōnis uis ut perturbationū impetū omnē compesceret facile futurū:ut ab his omne
sanum a nobis consiliū ōis recta cogitatio auferatur. Rex igitur his datus est rōnis prin
cipatus ab omnipotenti deo :qui rerum omnium & pater est & creator:ea lege: ea po
testate:ut & iubere sciat:& uetare ōia pro arbitrio iussuq; diuino. At uide quæso:quan
ta cum breuitate & ordine omnē ætatis humanæ cursum Virgilius est complexus: Ini-
tiū sumit a partu infantis:qui periculosissimus est:& ei quæ parit & infanti ipsi:qui pa-
qui parit̄ ritur. Itaq; turbulentissimi uentorū flatus tempestatesq; describuntur:quæ quidē aduer-
sa omnia naufragioq; obnoxia iccirco apparente Neptuno continuo cessant:quia cum
primum infans e matris utero ueluti enatarit:uterq; omni periculo liberatur. Nec.n.ab-
surdum cuiq̄ uideri debet:si Neptunus a duobus uerbis græcis ΝΕΙΝ quod est nare:&
ΠΤΑΝ quod uolare significat deduci affirmemus:Nam quēadmodum tarditas parien
tis periculosa est:Ita celeritas & quasi uolatus in lucem leuationem dolorum affert sa-
lutiferamq; quietem. Nam quod rursus ad æolum spectat ΑΙΟΛΕΙΝ agitare significat &
uersare & uariare:quæ omnia ac similia humāæ uitæ competere ambigat nemo:uel æo
lus quasi æonolus:hoc est uitæ delectio. Nā ΑΙΩΝ æuū uitāq; significat ΟΛΕΙΝ uero
delere:Nascentibus enim omnibus uitæ discrimē interitusq; imminet. Infātia uero:quæ
in septimum usq; annum protenditur tota in alendo uersatur:id quod per septem cer- infantia
uos illos:quos æneas uenatus fingitur:non obscure licet intelligi. post infantiam pueri

pnerinia

tia sequitur:q̄ fabularum auditione admodum delectari consueuit: Hinc Ilii captiuitas uastatioq; narratur & æneæ troianorumq; errores. Deinceps adolescentia est: quæ propter uehementissimum sanguinis augmentum atq; ardorem tota est dedita uoluptatibus. Vnde quāta sit uis amoris:q̄tus ignis iucūda expositione ostenditur. Consequens est iuuenta laudis cupida & plane ambitiosa. Quare honorifici ludi cum pulcherrimis premiis referuntur. post iuuentam sequitur ætas grauior q̄ in huius uitæ consyderatiōe & in ueritatis perspicientia tota uersatur. Quo factum est ut descensus ad inferos fieret eaq; narrarent:quæ a pythagoricis & platonicis de animis hominū rebusq; diuinis disputata sunt. Et hæc quidem in sexto æneidos libro. Nam reliqui sex libri circa uitam actiuam distributi:quid ad mores attinet:mirabili artificio complectuntur:ubi q̄q̄ multa de iustitiæ multa de pietatis munere apparent:fortitudinis tn̄ laus in primis floret. Et quemadmodum initiū sumptū est a primo īfātiæ ortu:ita ætatis humanæ finis est mors. Itaq; nō inepte ultimo loco subdicit. Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras. Turnus enim qui se iniusticiæ fecerat ignauiæq; obnoxium ī obscuritate nominis moritur sempiterna. Aeneas uero uir iustus & fortis quasi numē indies magis atq; magis diuturnitate gloriæ illustrat̄. Et hæc sunt quæ mihi ad tuas litteras in hac temporū difficultate respondenda occurrerūt. Vale ex uenetiis. xii. kal. ianuarias. M. cccc xxvii.

adolescentia

iuuenta

etas grauior

Franciscus philelfus ioanni aurispæ sal.

q Vod mihi gratularis de meo in italiā reditu. lætor equidem meum tibi probatum iri consilium. Verum in hanc diem fortuna consilio non respondet. Nam quam mihi spem apud uenetos amplissimam propositam sum secutus:ea me uideo frustratum iri. Itaque me facti mei iam poenitet:et si consilium nequaquam est accusandū. Hic enim diutius mihi cunctandum non est:cū neque promissa seruantur & morbus pestifer quo uniuersa ciuitas est correpta imminentem interminatur interitum. Vale ex uenetiis. x. kal. ianuarias.

Franciscus philelfus federico cornelio sal.

t Vam erga me singularem bēiuolentiam iam multos annos & perspectam & cognitam habeo. Itaque nullius hominis testimonio opus est. Quod autem tua omnia ī mea potestate posita esse affirmes habeo tibi gratias: quandoq̄dē uel uetere illo græcorum prouerbio. Tὰ τῶν φιλῶν κοινά mecum uti non dissimules. Faciat deus. ut aliquando una esse possimus. Nam uereor fore ut longius diiungamur q̄ uellē: ita pestifer hic morbus indies magis magisq; incrudescit. Verum ubicunq; futuri simus tui profecto erimus. Interim Vale. & nos ama ut facis. ex uenetiis. vi. kal. ianuarias. M. cccc. xxvii.

Franciscus philelfus gabrieli mauro sal.

l Audo te mi Gabriel quod te a litteris abdicare nolueris: ut solent nonnulli uulgo: ubi ad gerendam remp. se contulerint. Lege semper aliquid: aut scribe cū tibi licet per publica munera. Magno tibi commodo mihi crede: litteræ sunt futuræ: si his uti pro ingenii tui magnitudine præstantiaq; uolueris. Nunc ad id quod petis. Vis enī scire quid intersit inter feciales & caduceatores. Feciales eos fuisse constat apud priscos q̄ certa iuris solēnitate bellū hostibus īdicebāt. At caduceatores eē pacis legatos: dictos a caduceo quē māu gestabāt: & caduceū q̄dē ipsū Apolinē iuēisse & eo dōasse mercuriū ī quo ipe lyra dōatus sit: de q̄ q̄dē re apd̄ Horatiū mētō ē ī eo carmīe q̄d īcipit. Mercu

feciales

caduceatores

ri facunde nepos Atlantis. Vbi etiã patet mercurium auctorem extitisse nõ lyræ solum.
Sed & eloquentiæ:& palestræ:& præstigiorum . Vale ex uenetiis pridie.kal. ianuarias .
M.cccc.xxvii.

Franciscus philelfus petro thomasio philosopho ac medico sal.

e Ecte mones & peramice:ut non uitæ minus:q̃ constantiæ habeã rationem. Fru
stra eni eam esse constantiam:quæ simul cum uita peritura sit. At ego ut tibi ue
ra loquar & ex animi sententia:nihil est quod malim:q̃ me constantissimũ simulq; gra
tissimum & esse & haberi. Multa hominum opinioni: multa famæ consentienda sunt .
Non enim qnod iterius sit:Sed qnod exterius:sæpe homines iudicant. Itaq; q̃diu mihi
per hanc cæli intemperiem integrũ fuerit:nec patiar : uel ab imperitis accusari officium
meum. At dixeris:satis ac super tuo es functus officio:cũ non promissione muus q̃ spe
tua frustraris. Et id qnoq; tibi assentior uerum nixius urgẽdum:quo pudor meus alios
in pudorem agat uel inuitos. Itaq; rem mihi pergratam facturus es:si quid ex te & meæ
& amicorũ simul rei profuturũ excogitaris. Vale ex uenetiis tertio nonas ianuarias. An
no a natali christiano. M.cccc.xxvii.

Franciscus philelfus Gabrieli Mauro sal.

q Vod scire a me uis:quot fuerit amicorum paria priscorum memoria maxime ce
lebrata:ea reperio quattuor numero extitisse. Theseum & perithoum. Achillem
& patroclum. Orestem & pyladen. pytiam & Damona. Addũt etiã iuniores apud græ
cos Epaminundam & pelopidam. Vale ex uenetiis idibus ianuariis. M.cccc.xxvii.

Franciscus philelfus Kyriaco acomitano sal.dicit.

p Lacuisse tibi litteras meas & ea quæ de uirgilii marõis snĩa scripsimus in æneida
gaudeo. Quod aũt petis qua rõne Neptunus ab Ouidio nasone cognomiatus
sit Amphitrites & fortuna Rhãnusia:paucis accipe. Rhãnusia qdẽ ñ ẽ fortuna:ut uulgo
exponũt magistri ludi: sed idignatiõis dea:quã græci tui ΝΈΜΕΣΙΝ nemesin uocãt. Nã
cũ Narcisus formæ bõitate abuteretur supbius:recte fingit eiusmõi dea aduersus illũ in
dignata iustis precibus assensisse. Est.n.idignatio animi ægritudo aduersus eũ : q bonis
præsentibus sit idignus:nemesis iq̃ idignationẽ significat. Rhãnusia uero dicta ẽ a Rhã
nus :qui est atticæ uicus:ubi colebatur. Cuius quidẽ deæ simulacrũ eo in loco pulcherri
mum fuisse tradũt factũ a phidia ulnarum in altitudinem decem:illudq; marmoreum .
Neptunus autem nequaq̃ est amphitrites cognominatus. Dictio illa deprauata ẽ apud
Ouidium librariorum inscitia. Est enim fœminini generis:decliaturq; more græco No
minatiuo amphitrite Gẽitiuo amphitrites. Fingitur autem a poetis esse neptuni uxor
Vnde claudianus de raptu proserpiæ ita cecinit. Etiam nereia glauco Neptunũ gremio
complectitur amphitrite. Nam amphitrite mare significat dicta illa quidem ab ἀμφὶ
amphi circum:& ΤΡΕΙΝ trin terrere. Mare enim circum se nauigantes pereundi terrore
insequitur. Ex amphitrite autem & Neptuno Tritõ natus fingitur a poetis. Si quid est
qnod aliud a me uelis:nunquam frustra requires officium meum. Vale. ex uenetiis .qn
to kal . februarias . M . cccc . xxviii .

Franciscus philelfus Andreæ iuliano sal .

m Aximas tibi gratias habeo mi Andrea:qnod omnibus in rebus mihi gratifica
ris. Vellem autem:mihi aliqua te digna offeretur occasio non habendæ solum:
sed etiã referẽdæ gratiæ. Intelligeres pfecto me unũ oium esse gratissimũ. Itaq; eo mihi

molestior est:eo inimicior pñtis pestilẽtiæ uis:qua uniuersus populus misere uexatur: quo futurum uideo mihi locum sublatum iri declarãdi tibi beniuolẽtissimi animi mei. Cogor enim habere uitæ rationem. Quare hic diutius esse non possum:ea præsertim frustratus spe:qua ductus ad uos reuerteram. Nec est:quod quenquam accusem præter q̃ cum seuientem fortunam ipsam:tum nimiam meã credendi facilitatem. Vnum tibi tum en persuade me tuum esse semperq; futurum. Vale ex uenetiis iii.kal.februarias.M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus.Leonardo iustiniano sal.

c Vm indies magis atq; magis Venetiis tempus tero ea ductus spe:quã mihi tot litteræ tuæ cũ pulcherrime Constãtinopoli agerẽ:tanta cũ caritate fideq; promiserant:ecce nudiustertius repente febris pestifera seruam mihi unam adorta est:quã hodie interemit. Quo fitut hic mihi diutius cunctandum non sit. Intra quatriduum sum hinc Bononiam uersus abnauigaturus:ubi si honestam conditionem offendero:ulterius profecturus non sum. Sin minus honestam:ad florentinos me recipiam. Tu si quid interea temporis me uis facturum:significato litteris. Nam post quatriduum frustra ad me scripseris. Vale ex uenetiis.v.Idus februarias.M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Francisco barbaro sal.

a D triduum usq; ad summum soluere hinc decreui: idq; oõ solum quia eorum mi hi:quoq; spe ductus reuerterã in italiã:nihil oĩo obseruatum iri intelligo:uerum etiam q̃ pestilentia iam me intra cubiculum obsedit. Heri una mihi serua eaq; puellula subito morbo & correpta & intercepta sepulta est. Quanto igitur uersẽr i periculo nõ te latet. Nolim quãtum in me fuerit:ante diem constitutam a uiuis decedere:ne qui annorum numerus secundum pythagoricos utroq; homine mihi sit explendus altero expleatur. Et ut apertius loquar:uitæ malo q̃ inani spei nulliq; cõsulere. Nam si uixero:& mihi & amicis esse potero. In morte.n.quid insit:minime intelligo. Vbicunq; aũt sim futurus:tuus certe semper futurus sum. Vale ex uenetiis.iiii.idus februa.M.cccc.xxviii.

Frãciscus philelfus Leonardo iustiniano sal.

q Vod me hortaris ne properem:neq; desperem: fore.n.ut melius mihi uenetiis q̃ usq̃ gentium consulatur. Hortaris tu quidem recte:modo non sit precio spes emenda. Quare si ita certi quicquam intra constitutum tempus allatum fuerit ut intelligam non esse diutius mihi arandum littus: sequar consilium tuum uel i hoc uitæ discrimĩe. Si alid nihil q̃ uerba aiaduertero faciã:ut scripsi ad te ãtea. Meq; aut ad bononiẽsis recipiam:aut ad florentinos. Vale.ex uenetiis.iii.idus febru. M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Francisco barbaro sal.

e Go quod fore nunq̃ putaui:hoc uesperi nauim scendere istinc. Ferariam uersus nauigaturus. Inde bononiam petam. Vbi si honesta mihi cõdino proposita fuerit:eam accipiam. Nam si secus ceciderit:cõcedam ad florentinos:quos audio græcæ litteraturæ atq; eloquentiæ i primis studiosos. Quicquid egero q̃primum obi declarabo litteris:quo meos ad me libros aduolaturos cures. His.n.mihi ut scis:admodum opus est. Vale.ex uenetiis Idibus februariis.M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Ioanni aurispæ sal.

u Eni Bononiam.nu aurispa secũdis ut aiũt auibus. Eodem.n.die quo urbẽ sum i gressus.is ãt fuit tertius:ex quo a te abii:tãtus ẽ cõcursus ad me salutãtũ factus ũ

scholasticorum & doctorum solum:sed uniuersæ prope ciuitatis:ut nihil neq; frequentius neq; honorificētius dici queat.postridie uenit ad me nomine apostolici legati Lodouici alamandi cardinalis harelatensis Albertus florentinus uetusta ac nobili natus albertorum familia quæstor apostolicus:præclarus iureconsultus & uir omni uirtute præditus.Is ubi me perhumane & perbenigne allocutus est hortatur:ut secum una ad cardinalem eam:quippe quē diceret esse percupidum uidēdi mei.Huic ego ubi obtemperassem:ad legatumq; uenissem:essemq; breui apud eum:sed non incōmoda usus oratiōe:tanta me is hilaritate & tanta uerborum honorificētia excepit:ut mihil neq; hilarius nec honorificentius dici posset.Deinde pmulta est ultro pollicitus:quæ iccirco non refero:ne uidear cuiq̃ ambitiosior.Et ne te diutius morer:ego Bonōiæ sum futurus præfectus annuo docendæ oratoriæ & moralis philosophiæ muneri cū salario aureum quadringentorum quinquaginta:quorum trecēti soluuntur mihi ex ære publico.cētum uero & quinquaginta priuatim mihi legatus ipse daturus est:fecitq; iam mihi quinquaginta numerari:addiditq; alia plura dono ad usum cultumq; domesticū. Quare q̃tum licet sperare:q̃ optime nobis hoc initio consultum intelligo.Vale mi Aurispa.& me ama ut facis.Ex Bononia.vii.kal.martias.M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Marco cannetolo equiti aurato ac iurecōsulto sal.

q Vibus me laudibus hesterno uesperi extuleris apud præsulem hunc nostrū apostolicum legatum pleriq; nri graues & amici mihi renunciarunt.Ego aūt etsi miratus certe non sum:quod eum ornaueris:qui te & amat:& obseruat plurimū.malo tamen de me posthac parcius loquaris:ne te qui grauissimus & habearis:& sis:minus cōsyderatū in laudando iudicent.Non enim ipse de me profiteor:at ne sentio quidē:quæ tu tam fidenter & tam amplo ore & affirmes:& prædices.sed facis tu sane pro magnitudine:& benignitate animi tui:qui eos omnistui similis esse indicas:quos ī amicitiam tuam admiseris.Itaq; tibi habeo gratias:q me tuum esse dilucide cognoris Vale Bononiæ ex ædibus nostris.xii.kal.apriles.M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Ioanni aurispæ sal.

p Ollucem quem petis:dabo ad te propediem:ea tamen lege:ut commodato accipias non dono:hoc est ut cum eo usus fuerismihi reddendum cures. Ambrosius monachus camaldulensis dedit ad me superioribus diebus litteras humanitatis plenas & officii easq; græco scriptas eloquio ΕΚΙ ΤΗΝ φράσιν βουλόμενος ληηξειν λατιν ιξειτό ιπαράπαν. His me uehementer hortatus est:ut Florētiæ q̃ bonouiæ esse malim: seq; daturæ operam ē pollicitus:ut honestissima mihi conditio offeratur. Ad id ego ob eam rem nihil respōdi:quod & hic ago pulcherrime:& nulla emolumenta cum grauitate & constantia conferenda censeo.Vale. Ex Bononia pridie nonas apriles.M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus.Leonardo iustiniano sal.

i Oannes corbicius mercator florētinus meo noie te adibit:ut meos sibi des ad me libros una cū rebus oibus:quas deposui apd'te.Quod ut facias:te ēt atq; ēt rogo.Nā his diutius carere non possum.Vale ex Bononia.x.kal.maias.M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus.Antonio capanorensi sal.

q Vod iamdiu meas nullas acceperis litteras:aliud certe nihil fuit in causa q̃ tuum diuturnum silentium. Quo factum est ut putarem te quærendæ pecuniæ magis

q̃ colendæ amicitiæ factum studiosum. Itaq; uerebar: si ad te scripsissem: ne importunus
magis q̃ officiosus accederem. Nunc autem lecta pulcherrima tua ad me epistola intel
lexi redisse iam musas cum uetere amico in gratiam. Quare non possum nõ gratulari
mutuæ nostræ beniuolentiæ: quæ uel absentis uicissitudine litterarũ conat̃ præsentis red
dere. Quod quidẽ humãitatis ac benignitatis officium ne utiq; prætermittamus: æque
sperare de te debeo: ut de me ipso possum imutabiliter profiteri. Quod aũt laudas me
am abitionem a Venetis: gaudeo consilium meum oẽ laudari abs te uiro & optimo &
prudenti mihiq; amicissimo. Nam qd scire cupis: q̃ me delectat bononiẽsis mansio. de
lectat sane plurimum. Nam & urbs amoena est: & populus p̃humanus: & rerum oĩum
quæ uel ad uictum uel ad uitæ cultũ attinent: magna abundantia & laudatissimarũ om-
nium artium studiũ uæhemens. præterea quod me maxime delectat: oibus sum gratissi
mus. Faciat deus: ut nobis hoc gaudiũ sit perpetuũ: Tu uale: & si quid est: quod possim
tua causa: scribe. Ex Bononia. iii. Idus maias. M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Nicolao fabæ philosopho ac medico sal.

q . Væris a me certior fieri: Vtrum Aristoteles in æthicis ad Nicomachũ circa prin
cipiũ primi libri scriptum reliquerit apud græcos: ideo bene ostenderunt bonũ
esse: quod oĩa appetunt an potius bene ostenderunt summũ bonũ: quod oĩa appetũt.
Ego autem & si mihi uideor conİectare. quid ea me roges: obsequar tñ uoluntati tuæ:
& id quidem non ea rõne: ut sus mineruam doceam: sed ne uel iprudentior uel insolen
tior iudicer: ubi minus ad rogata respondero. Tu uero quæ ab me disserent̃: consydera
bis oĩa diligenter. dein quod tibi uisum fuerit minus recte dictum: id mihi ut significes
rogo. Longe enĩ discere malim: q̃ docere: p̃sertim abs te eruditissimo grauissimoq; phi
losopho. Oĩum primum hæc duo audeo profiteri: nec eẽ uerbũ copulatiuũ ut dialecti
ci uocant: nec item summũ eo loco apud Aristotelem scriptũ inueniri: quorũ etiam alte
rum non sit admodum necessariũ: esse uero oĩo absurdum: & ambo quidẽ hac ratiõe.
proponit Aristoteles in hoc prohœmii sui principio ea: quæ in uniuerso æthicorũ ope
re prææcepturus accedit. Ea uero duo sunt præcipua secundũ duplicem finem eorũ: quæ
expetuntur in uita. Quædã enim expetũtur propter se & propter aliud. Quiddam ue-
ro propter se tantũ. Sola fœlicitas est: quæ expetitur propter se. Quippe quã cõsecutus
qui fuerit: nihil est reliquũ in bonis: quod sibi expetendum ducat. At reliqua bona oĩa
& si propter se digna sunt: quæ expetantur: ea tñ natura sunt: ut etiam cui contigerint: ei
non satis sint: quo minus aliquid appetat. Nunq̃ enim quiescit hois desyderium: quoad
non id fuerit adeptus: supra quod bonũ aliud est nihil. Hoc aũt cũ summũ uocamus &
ultimum & maximũ bonum: tum uno cõmuniq; uerbo uel felicitatem uel beatitudinẽ.
Recte igitur Aristoteles in huiusmodi propositione a bonis particularibus rem ipsam
aggreditur: ut ex iis quod omnium ultimum est per inductionem inferat. Quis enim
ambigat: si finis cuiusq; artis quo ad uitam actiuam appetitur: tanq̃ bonum quoddam
ipsius: & eodem modo quo ad uitam contemplatiuam: finis cuiusq; scientiæ affectatur
consentaneum esse: ut quidam sit finis omnium ultimus: ad quem reliqui referantur:
hoc est ꝙ reliqua oia affectent: bonum enim & finis: ut nosti conuertuntur. Actio autẽ
duplex ẽ interior & exterior: & interior quidẽ ea: quam græci ϛΗΕΡΤΕΙΑΝ noĩant. Nos
uero suo ꝓprioq; uerbo agilitatẽ hanc uos pleriq; operationẽ apppellatis: aut actũ pri
mũ: at exterior simpliciter actio dicit̃: ad quã ipsam interior ẽ ueluti dux ad res gerẽdas

declaratio dubij cuiusdam in ethicis

Idem etiā de electione ostendit:secundū quam oīs est actio.Cū igitur cetera bona om
nia particularesq; fines ad ultimū finē illum ·bonūq; referant:subdidit Aristoteles non
absurde superiores philosophos pulchre oñdisse bonum illud scilicet summū:qđ oīa
affectant:idest ad quod inferiora oīa referuntur.Quare si summū etiā appositū minus
fuerit:intelligit.Itaq; quod ꝓposuerat latius ac dilucidius ostensurus:continuo subiicit
differentiā quandā esse finiū:cum alii sint quædam ςΗἐργειαι hoc est interiores actio
nes seu agilitates tm̄:ut in speculatiuis sciētus:alii præter illas opa quædam : ut i actiuis
facultatibus usu fieri uidemus:& ita multa ꝑcurrens tādem docet :qui sit agibiliū oīum
finis.Nā quod aiunt per definitionē dixisse aristotelem bonū esse quod oīa appetunt : bonū est quod oīa appetūt
stulta sane definitio uideri queat :non solum quod nulla est copula huiusmodi i textu
græco:sed etiam ꝙ ea definitio nō magis boni esset:q̄ aliarū rerum prope innumerabi
liū.Quod si definiēdi peritiam tenerent:nunq̄ in tāto uersarent errore.præterea de ho
minis bono loquit Aristoteles:non ignis.non lapidis.non pecudis. Et ita infinita sunt
quodammodo:quæ a tuis istis philosophis deprauant:corrumpuntq;.Quo fit:ut eo
sis dignus maiore laude:ꝙ nullū uelis errori locū apud te eē.Cæterum quod modo di
cebam:hæc uelī:expēdas argutius:& mihi sententiā tuam liquido declares. Vale ex Bo
nonia ex ædibus nostris pridie Idus maias.M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus.Ioanni aurispæ sal.

a Dmonitionē tuā libenter admitto:ac probo.Idē etiā ex aliis audiui.Si res ut cœ
pit:prospere successerit:nusq̄ hinc mouebo pedē.Sin aliter acciderit:pro tēpore
nauigabo.Nam nescio quid monstri inter hos inter se ciues latere audio. Quod neqd
pariat magnæ calamitatis:non possum non uereri.Ego aūt in omnem fortunam para
tus sum.Vale ex Bononia.vi.kal.iunias.M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus.Leonardo Iustiniano sal.

n Arrauit mihi Ioānes corbitius:q̄ta me beniuolētia cōplecteris:& q̄ đ nobis nō
modo amice:sed ēt honorifice es locutus. Addiditq; te propediem effecturū :
ut uel Venetiis uł patauii q̄ honestissime esse possim:quare nō esse opus:ut libros sibi
meos ad me daret : cū apud uos sit q̄ honorificentissime futurus.Beniuolētia tua mihi
certius nihil est.Itaq; mirandū non est:si de me semper amice atq; honorifice & sentis :
& loqueris.Tibiq; habeo gratiā:ꝙ das operā & priuatim & publice:ut oēs intelligant
me tibi esse carissimū.De meo autem ad uos reditu nihil ē hoc tēpore:quod labores .
Ea enī mihi apud bononienses cōditio est:ut hinc honeste abire nō liceat.Nosti tu sa
ne iāpridem meū īgenium:q̄ pluris facio qđ honestū est:q̄ qđ utile.Itaq; rogo te q̄ pos
sū diligentius:ut & libros & cæteras res meas cures ire ad me q̄ primū.Hoc mihi facere
gratius hoc tempore nihil ꝓfecto potes.Vale ex Bononia kal.iunius.M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Gaspariuo bergomensi sal .

g Aleatius mediolanēsis aulicus ducalis me adiit tuo noīe:atq; saluere iussit:petiit
q;:te facerem certiorē:quo in statu essem:quippe qui id a me ītelligere cuperes.
Ago gratias tuæ humanitati:qđ tā beniuole mecū agis.Facisq; nihil alienum a singulari
meo erga te aīo.Quod aūt scire de me cupiebas:iccirco paucis oñdi:ꝙ is Galeatius tū
me primū adiuit:cū iā esset equū ascensurus.Ego in italiam redii eo cōsilio:ut Venetus a
pud ueteres amicos uitā agerē.Existimabāq; mihi hōestissimam ꝓpositā eē fortunā:sed
mea me ꝑimū fefellit opinio.Nā lōge illic erā deteriore futurus cōditiōe:q̄ pro pactis

De oim re certior factus sum

promissisq; deberetur. Itaq; cepi ex tẽpore consiliũ. Meq; Bononiã recepi. Qua ĩ urbe & amplissima & bonarũ oĩum artiũ studiis munitissima honesta omnia secundaq; sũt. Id quod ex optimis filiis tuis Ioanne Augustino atq; Guiniforto cognoscere potuisti. Ex quibus ipsis ego de oĩ re atq; statu tuo certior factus sum. Tibiq; plurimũ gratulor: q̃ apud eum es principem: quo hæc ætas nihil habet neq; illustrius neq; præstãtius. Vale ex Bononia pridie Idus iunias. M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Ambrosio monacho camaldulensi sal.

q Vod me nondũ uisum tanta humanitate ꝓsequeris: ut iã non mõ diligere: sed amare ẽt uidearis: habeo tibi gratiã equidẽ singularẽ. Es enĩ ĩgenio & facili & ꝑbenigno. Quas aũt mihi laudes tribuis: eas ascribo bõitati & mãsuetudini tuæ. Non enĩ is certe sum: quẽ tanti facere debeas. Itaq; non possũ te non existimare ingenti uirtute præditũ: qui ea de me prædices: quæ eẽ oportet ĩ eruditissimo eloquẽtissimoq; & sapiẽtissimo quodã uiro ac plane tali: qualẽ te iam binis litteris ꝑspicue eẽ dignosco. Faciat deus ut aliquando: qđ tantopere desyderas: una esse possimus quo mutuo conspectu iucundissimoq; affatu uti liceat. Ad cætera uero quæ scribis: cõmodius dabit᷑ respondendi tempus. Nam in p̃ntia publicæ occupationes me longiorem tecum esse nõ sinunt. Vale ex Bononia. iiii. kal. iulias. M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Antonio capanorensi sal.

o Rationẽ quam petis: dedi ad te. Miror autẽ tam repente ea de re apud nos rumores increbuisse. Quod aũt lætaris nomen nostrũ iam late per italiã in oĩum ore uersari: ne me rideas: uereor. Non enĩ is sum: qui mei ipsius sim nescius. Itaq; tibi cauendũ est: ne aut me: aut te ipsum fallas: quorũ alterũ iniusticiæ: alterum ascriberetur imprudentiæ. Nec ꝑterea te latet rumoribus credi non oportere. Ego aũt q̃tum anniti potero: dabo operam ne secundi istiusmodi rumores falsi omnino extitisse uideantur. Vale Ex Bononia nonis iuliis. M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Victorino feltrensi sal.

a Ristotelis artem ad Theodecten quod antea te monui: ex Constantinopoli dedi ad uirum clarissimum Franciscum barbarũ eo consilio: ut eas tibi reddendas curaret. Quod ab illo factũ non esse miror. Itaq; uelim: ad eũ litteras des: atq; libros repetas: quos si minus q̃primum ad te miserit: tunc ego iusta utar expostulatione. Quod de meo statu uis certior fieri: nos hic ualemus perbelle. Suntq; nobis secunda oĩa: id qđ in dies magis fortunet deus. Vale ex Bononia. iii. kal. augustas. M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Bartholomæo fracanzano sal.

De triplici uita

t Riplicem esse uitam hominibus præcipue expetendã ꝑstantissimi philosophi tradiderũt. Contemplationis. Actionis. Fruitionis. Contẽplatiua tota ẽ animi: cuius sapientia dux ẽ. Actiua corpori maxime opitulatur: quã prudentia moderatur: & regit. Quæ uero in fruendo uersatur: eam referunt ad uoluptatẽ: quæ ipsa qualis sit: difficile ẽ dictu. Et ne id quidẽ mirum: habet enĩ magnos oppugnatores. Nam qui ita statuit uoluptatẽ: ut nihil habeat cũ ratione cõiunctum: is ab eneruata pecude nihil differt. Sed quæ uoluptas est secundũ honestatẽ: hanc nõ multo ea puto inferiorẽ si recte uelimus interpretari: quæ uera ẽ uoluptas & christiana. Est enĩ posita & cõstituta in ea aĩ securitate trãquillitateq; in qua nulli insunt stimuli: nulli tumultuarii motus: nullæ perturbationes. Et hanc quidem græci ἀλυπίαν alypian nominant: quam nos haud

absurde appellemus indolentiam. At sunt:qui insimulent noluptatem esse solius corpo
ris ac turpem:quasi cum dicimus tuæ mihi litteræ uoluptatem incredibilem attulerunt
non animum lætari dicamus:sed corpus:& id turpiter. Excedat e medio istiusmodi oīs
calumniosa interpretatio:& ad animum enim & ad corpus refertur uoluptas. Nec aliā
id uerbum significationem apud nos habet:quā ΗΔΟΝΗ hedone habeat apđ græcos.
Hedone.n.& animi ē & corporis pōtq; & hōesta & t̄pis esse:secundū aut rōnis aut te
meritatis usum. præterea æque īter animi bona uoluptatem reponit Aristoteles ac pru
dentiam & uirtutē. Nec sane uero:ut mihi uidetur:insimulant epicurum: quē uoluptari
um ac lasciuū dicunt:cū illum & temperantē uirum fuisse constat & eruditum & grauē:
Cuiq; præter crebriora mordacioraq; cauilla:qbus ī cæteros philosophos utebaŕ:aliud
arbitror obfuisse nihil. Cæteȝ constat eum uiȝ uon de corporis:sed de animi uolupta
te & sensisse & disseruisse. Sed ut epicurū reliquosq; illius pristinæ antiquitatis philoso-
phos:qbus uerus deus omnino erat ignotus:omittamus:ego eā arbitror laudabilē uo
luptatē & maxime expetendā:quæ ex intelligentia ueritatis:& ex actiōe totius honestæ
uitæ cōflatur. Veritatē uero in iis rebus sitam existimo:quæ sunt incōmutabiles & æter
næ. Quid aūt aliud sit huiusmodi præter unū & īmortalem deum;haud quaq̄ ītelligor
Actiones uero ad ueritatis intelligentiā ita iudico oportere accōmodari:ut sciamus eas
oīs ad imperiū sapientiæ esse referendas. Sapiētia enim sola est ea:quæ tanq̄ regina quæ
dam & imperatrix seq; ipsa contenta:quo reȝ istarum inferioȝ & tēporaliū cura omni
soluta in sempiterni ac supremi illius boni lucē & intendat & figat intutū:cæteris moȝ
uirtutibus prudentiam præficit:quæ præbitoris instar p singulas actiones singulis p suo
cuiusq; officio faciūda tribuat. Moralis igitur uirtutes oīs ad prudentiā referamus:opor
tet:quæ rationis est uirtus:at prudentiæ sapientia dominatur:quæ tota est intellectus.
Qui autem ita uixerit:qui hunc negat ī summa uoluptate uersari ac plane felicē & bea
tū esse:is mihi non stultus mō:sed fatuus & insanus uidetur existimādus. Quid.n.huic
obesse queat.quo minus semp sit cōpos sui.& nonmō nulli seruiat t̄pitudini:sed hone
sta semp & cogitet:& loquaŕ:& faciat. Gratulor igitur mi Fracīzane tuis laudatissimis
uitæ īstitutis:qui te ita cōtēplatiuæ uiuēdi regulæ dicaris:ut ab assiduæ actiōis morūq;
uirtutibus nunq̄ abhorreas:qui potius unus sis:qui æque oībus prosis & cōsilio & ope
atq; ipsi tibi:tamq; tibi uoluptatē cēseas esse maximā:si bonitatis tuæ pticipes oīs effici
as:qui se hoīes esse q̄ pecudes maluerit. Quos ego de te rumores cū audio:audio autē
quotidie:ita lætor p nostra uetere beniuolētia:ut præ lætitia uidear altius attolli atq; ex
iliri. Quid aūt futuȝ putes si detur unq̄:ut una esse possimus? Id uero cū hoc tempore
nobis sit īterclusum:tuæ erit uel hūanitatis uel officii:ut uicissitudie litteraȝ tollaŕ oīs
corporȝ disiūctio. Hoc erit utriq; nostrū non minus facile q̄ iucūdum. Vale.ex bononia
kaŕ. Augustis. M. cccc. xxviii.

Franciscus philelfus Ioanni Aurispæ sal.

a Ntonius capanorensis:qui a pricipe lucēsi orator it ad uenetos ē mihi ab ipsa a
dolescentia cōiunctus tanta familiaritate:ut uix mihi eius cōsuetudie sit dulcius
qcq̄:Nā & patauii ante meā nauigationē in Thraciā fuimus cōdiscipuli.& ea est urba-
nitate morūq; elegātia:ut uel ipsos lapides excitare queat ī amorē sui:Nā q̄d loquar de
pstanti hoīs ingenio & facundia? qd de liberalitate & aī gratitudine? Dignus est pfecto
quem ames:quod si feceris egregie:me uou mediocri abs te beneficio affectum iudica
bo. Vale. Ex Bononia pridie Nonas Augustas. M. ccc. xxviii.

Fräciſcus philelfus Nicolao fabæ philoſopho ac medico ſal.

PRidie Idus Maias unas ad te litteras dedi:quibus ad id responderã:quod ex me quæſieras đ Ariſtotelis textu i prohœmio primi libri æthicorũ Nicomachũ filiũ circa principiũ. Quæſieras enim:ſit ne in textu græco: Ideo bene oſtenderũt ſummum bonũ:quod omnia appetunt:an potius bonum eſſe:quod omnia appetũt. Ipſe autem reſpondiſſe memini neq; ſummũ inueniri apud græcos:id quod felicitatem per íductionem ſignificaret:nec item eſſe:quod ipſum uerbum:quandam præ ſe ferre uideretur uel definitionis uel deſcriptiõis ſpeciem. Multaq; in eam rem ſum locutus:quæ tibi audio probari:utpote quæ a philoſophiæ præceptis non abhorrẽt. At ego ſane cupiebam te diſſerẽtem audire:quid ea de re ſentires. In præſentia uero poſteaq̃ admiſiſſe te aiaduerto:quæ per id temporis ſcripta ab me ſunt illa ad te epiſtola:aperte loquar:ut textus ille apud græcos habet:dicit enim:Ideo pulchre oſtenderunt bonũ quod oĩa appetunt. Noſti enim finem & bonũ inuicem conuerti. Quare cũ propoſuiſſet omnem artem & omnem ſciẽtiam eodemq; modo & actionem & electionẽ bonum quoddam appetere:ex iis concluſionem quandã inducit ſuperioris philoſophos pulchre oſtendiſſe uel etiam affirmaſſe aut ſtatuiſſe potius bonum:ſcilicet illud:quod omnia appetunt:Non enim ratione ſolum:ſed etiam ui naturæ omnia feruntur ad finem ſuum. Hanc autem propriam eſſe ac ueram Ariſtotelis ſententiam patet alio loco:cum in ſecundo magnorum æthicorum libro de uoluptate loquens: quam ipſam bonum eſſe uult:ita ſcriptũ reliquit ad uerbum. propterea uideretur uidelicet uoluptas eſſe bonum: quod hãc oĩa appetunt. Ex quibus quidem uerbis haud obſcure patet Ariſtotelen intellexiſſe de bono rei ſenſitiuæ:quod non cadit neque in ignem:neque in lapidem:neque in aliud q̃dquam:quod ſenſu careat. Sed hac de re alias. Habes tu ſane:& qualis ſit apđ græcos Ariſtotelis textus:& quo pacto intelligi oporteat. Nam reliqua tu pro ſingulari tua eruditione & ingenii magnitudine:ſummaq; prudentia ſi uniuerſum Ariſtotelis prohœmiũ diligenter conſyderare uolueris:dilucide perſpicies:Inuenies enim ex multiplicibus finibus unum tandem offerri finem:ad quem cæteri oẽs ſint referendi. Vale. Bononiæ ex ædibus noſtris nonis Auguſtis. M.cccc.xxviii.

Franciſcus philelfus pallanti Strozæ equiti aurato ſal.

BOnoniẽſis huius reipublicæ ſtatus quibus procellis agitari ſit aſſuetus proximis diebus:& quantũ iam impendeat naufragium:quia nõ eſſe obſcurum tibi: illud dumtaxat ſignificabo:rem omnẽ eſſe penes cannetulos. Alterius factionis principes magna ex parte uitæ magis:q̃ decoro conſulentes:urbem deſeruerũt:alii alio ſe recipiẽtes. Nicolaus Tholentinas:quem ſub fœderibus interpaciſcendũ canneruli cũ magna coniuratorũ manu ductu Lodouici ſeuerinatis clam adorti:ingenti detrimento affecerant:Imolam fugiẽs contendit:ubi ẽt eſſe in hanc diem cũ reliquiis exercitus narrat̃. Ioannes eius filius:q a patre datus Bononiẽſibus obſes fuerat:neq́d tranſeuntes milites aut iniuriæ:aut maleficii:in Bononiẽſi agro inferrẽt:poſt has pꝑetratas iſidias in carcerẽ ẽ cõiectus. Hic oĩa tumultuaria ſunt atq; turbulẽta. Cardinalis herelatẽſis Lodouicus:q in hac urbe ꝑ Martino põtifice Maxĩo legatũ geſſerat:erepta ſupellectili ꝑcioſiſſima & maxima:amiſſiſq; bõis oibus:hinc abire ꝑmiſſus ẽ:uel expulſus potius. Quæ futura ſint:ipſe cõiectato. Quare ſeq iſtitui adhortationẽ & conſiliũ de me tuũ:Haud.n.debes eẽ oblitus:q̃ mecũ nuꝑ locutus es:cũ hac iter faciẽs ex Brixiana obſidiõe:uel deditõe potius i

patriam reuertisti. Si honesta mihi apud uos conditio proposita fuerit:istuc ibo. Vale. ex Bononia iii. kal. septembres. M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Ioanni Aurispæ sal.

f Vnt hic omnia procellarũ tempestatũq; plenissima ob hanc reipublicæ ab ecclesiastica dictione defectionẽ. Deus bene uertat. Bononiẽses ipsi de se uiderit. Ego mihi atq; rebus meis omnino consulere cõstitui: Non.n.tutũ est musis inter gladios sicasq; uersari. Iam ciuili cruore madent oĩa. Nullus hic otio: nullus paci relictus est locus in tãtis discordiarũ seditionũq; fluctibus. Itaq; Florentiã petã: necesse est. Nec sum oblitus cõsilii tui. Sed necessitati parendũ est. Tu siquid melius habes: ostende. Vale ex Bononia Idibus Septẽbribus .M.cccc.xxviii.

Frãciscus philelfus pallãti Strozæ equiti aurato sal.

q Vod sapientis dicto illo admonemur: qm̃ tẽpus cognoscendũ est: admittere cogimur cõditionẽ: quæ offertur: præsertim cũ subdideris fore: ut in ꝓximũ annũ plus mihi salani det̃. Quare quos trecẽtos aureos mihi recipis in hũc annũ nomĩe tuæ florẽtissimæ reipu. ita mihi datũ iri uolo: ut sine quottidianis molestiis ii mihi suis temporibus numerent̃. Existimo tibi cõsuetudinẽ meã nõ esse ignotã. non modo fœnerari nõ didici: sed ne parcus quidẽ esse. Haud.n. cõsueui unq̃ seruire nũmis: sed iis potius uti pro seruis. Verũ hæc tu pro tua benignitate q̃ amicissime curabis. Ego me interi accingã itineri. Vale. ex Bononia. xiii. kal. Octobres. M.cccc.xxviii.

Frãciscus philelfus Nicolao nicolo sal.

q Vod ad cõstitutũ diẽ Florentiæ me nõ uideris: aliud nihil fuit in causa q̃ inopia muliõnũ: Nã sine mulis: q̃bus & libri & reliqua supellex quã ab usq; Cõstãtinopoli i Italiã aduexi mecũ: istuc conueat̃: pedẽ hinc mouere minĩe decreui. Itaq; si hoc laboris pro tua humanitate capesseris: rem mihi facies nõ minus gratã: q̃ necessariã. Mulis mihi sex opus est. Quod ꝓciũ pro cõuectiõe pepigeris: liberrie præstabo. Quæ mihi Cosmi medicis nomie polliceris: & audio libẽter: & ut ei me cõmẽdes: te rogo. Ambrosium Monachũ ut meis uerbis saluere iubeas: a te peto. Vale ex Bonõia pridie kal. Octobres. M.cccc.xxviii.

Frãciscus philelfus Bartholomæo fracãzano sal.

q Væris: quid ego de uirginitate sentiã: cũ sint nõnulli: qui eã uirtutem esse negẽt. Non enim temperãtiæ esse speciẽ) nec ullũ eius extremũ: quod inter parũ nimisq; uersatur: sed contrarium prorsus. Rem sane quæris nõ paruã neq; contẽnendã: ut qui cælibatum coniugio prætuleris: nam quã in muliebri sexu uirginitatem dicimus: eam in uirili non uirginitatẽ: sed cælibatum prisci uocãt: cupias pro tua in me singulari beniuolentia tuã animi grauẽ probatissimãq; sententiã meis etiã aliquibus rationibus confirmari. Itaq; altius mihi repetendũ est: quo non ueritati minus satisfaciã: q̃ tibi homini amicissimo & optimo. Omniũ primũ hoc uobis propositũ esse uolo ita coniugiũ uirginitati subiici: ut parẽ numerũ impari. Quæcũq; paria in arca Noe seruata sunt aialia: ea imunda fuisse quis ambigat. Et unus est deus: & numero deus ipare gaudet. Vt igit̃ impar numerus mundus est: ita paria omnia imundiciæ sunt obnoxia. Quod etiã idem poeta Virgilius platonẽ pythagoricosq; secutus: cũ minĩe ignorasset: facit i sexto æneidos libro Deiphobũ talia locutum: Ne sæui magna sacerdos discedã: explebo numerũ: reddarq; tenebris. Respondet inquã Deiphobus turbatæ Sibyllæ: ne ob præsentiã confabulationẽq; suã irascatur: quoniã continuo discedet: numerũq; diminuet: imparẽ scili-



cet & ternariū.Non enim huiusmodi numerus conueniebat apud manes:quibus etiā dum uano gentium more sacrificaretur :non īpari:sed pari numero aræ dicabātur duæ: Nam diis superis tris aras poni mos fuerat:Versabat̄.n.superstitiosa illa gentilitas ī eo quoq; errore:ut & bonos quos uocabat:& malos deos uenerandos opinaret̄:alteros quidē:ut essent ꝓfuturi:malos aūt:ne nocerēt.Nōne idē Maro platonicus quidā pythagoricusq; poeta ī animi quoq; partiōe ternario īpariq; numero usus est. Quid.n.cū ait Celsa sedet æolus arce sceptra tenēs.mollitq; aīos & tēpat iras:aliud sensisse arbitremur poetā prudētissimū:quā animi rōnem:cuius sedē in cerebro tanq̄ in arce eē uoluit: eiusq; & cupiditates & iras in arce quasi quodam intra præcordia iecurq; relegatas æoli sceptro:hoc est rōnis imperio molliendas tēperandasq; subiecit:illā quidē īparis numeri cōclusione ꝑfectā esse:duas partis reliquas impꝑfectas: Totū autē in se numeꝝ & imparem esse eundēq; ꝑfectū. Sed quid poetaꝝ:quid philosophoꝝ:quid gētilitatis illius uane utimur testimoniis. Vnde hauriamus aut locupletius.aut uerius argumentū:q̄ ab eo quod & solū & semper est:& idem per se subsistitur. Vna est diuina eadēq; suboꝛantia. Hanc in tribus æqualiter absoluteq; personis inesse & aperte dicimus:& indubitato credimus:Nam quanquam deus:qui infinitus est:nullo numero capi pōt:numeꝝ tū nō aspernat̄:In eo.n.quod tris esse dicimus:inesse numeꝝ quis negarit: Quod si eum consyderare uoluerimus:qui sit tres:numeꝝ nō esse īueniamus.Nec sane mihi uideor ignorare eos numeros:qui ad seipsos recurrūt in suis partibus illis:qua in sūmā redactæ fuerīt ꝑfectos dici solitos:& eos rursum dici iperfectos:quoꝝ istiusmodi partes :ubi siml̄ ducant̄:nequeunt eosdē īplere numeros:quoꝝ ipsi sunt partes : Nam quorū numerorū partes etiā excedere reperiunt̄:tum abundantis:tum plusq̄ ꝑfectos nomīari manifestum ē. Atqui in numero ternario:ob quē ipsum quoq; Aristoteles diuinā sanctificationē uenerationēq; itroductā esse testat̄:eam uideo inesse ꝑfectionē:quod nulla ē parte mācus: sed plane totus:quippe qui & principiū habet:& mediū:& finē.Ac ne in re ꝑspicua uideri uoluisse:ut iuuenis:argutior īsimuler:num ulla paris in trinitate:an imparis numeri ratiōe utimur. At ut omnis numeroꝝ paritas:ad unius eius:quod cuius numeri & prīcipium est & causa:refert̄ imparitatē:ita quæq; pariū ꝑfectio ipsius īparis ꝑfectioni subiecta est:ut agēti patiēs.Ex quo fit:ut ꝑfectio cōiugii:quod aut in remediū incōtinētiæ aut ad procreandos liberos est inuētum & constitutum:longe sit inferior ꝑfectione uirginitatis & cælibatus:quæ ipsa sua quadā ui naturaq; laudatur:eoq; pluris ducitur:quod nō præcepti ui cogitur:sed offertur ultro.Et matrimonio quidē crescit:ac multiplicatur hominū genus:terraq; repletur. Virginitatis autē & cælibatus bono chorus quasi quidam angelicus augetur:cælūq; repletur.Itaq; tibi mi Fracanzane non possum nō gratulari:qui militare Christi & uirginale sagulum coniugali otiosæq; togæ sæculi prætulisti: qui humanū omnē fulgorē ne minima quidē corruscationis scintilla cū splēdore cælestis gloriæ conferēdum existimaris.Induisti te inquā Bartholomeæ mi dilectissime Christi ueste:& ea quidē ueste:quæ unius est īparisq; numeri.Hanc ut incorruptam purāq; tueare:te non solū hortor:sed ēt rogo.Veꝝ decepisti philelfum tuū:quē olim religionē diui Benedicti inire cupientē:cum Venetiis ageret:anteq̄ in Thraciam nauigaret:ne id faceret:hortatus es :cū diceres frustra me tam longum studium suscepisse:si ætatē omnē in tēplo diui Georgii cognomento maioris orādo contererē.Nec tū accuso iudicium tuū:ita.n.uisum est īmortali deo . Itaq; ut tua tu:ita ego mea sorte contentus sum: quo ipse mihi faueas apud superos:ego aūt apud homines tibi.Hoc.n.pacto cū oia amicis

laudat [illegible]
sed plg virginita
te

sagulū

cómunia sint:& cæli uterq; & terræ gloriam consequemur.Sed tu eo es felicior iudican dus:quod uirtute quadam heroica clarus eris:Nam ego satis sim habiturus:si coniugii lauder apud hoies.Quod aût scire uis:quot ego in præsentia ætatis sum ânos natus:ac cipe breuibus.Ago ætatis ânum trigesimû:quippe qui natus sum anno a Christi natali die trecentesimo nonagesimo octauo supra annû millesimû:& id quidé ad octauû kal. Augustas.de hac urbis códitione nihil est:quod ad te scribâ.Agitátur.n.omnia procel lis ac fluctibus.Nec multum a naufragio absumus.Vale ex Bouõia nonis decembribus M.cccc.xxviii .

Franciscus philelfus Andreæ Constantinopolitano theologo ordinis p̄dicatoꝶ ac Rhodiorû Archiep̄o sal.

l Itteras tuas ex urbe Roma cum libenter uidi:tum lectitaui q̄ iucûdissime: Erant enim non grauissimæ solû:sed etiá locupletissimæ testes singularis tuæ erga me caritatis.Quod aût me hortaris:istuc ut q̄primû ueniam:id mihi hoe tempore nequaq̄ est integrû:Nam florentinis obstrictus sum in ânum docendi munus. Nec mihi quicq̄ duco honorabilius fide:Quam si paterer meo aliquo emoluméto infirmá fieri:rumores quos increbuisse clarissimos de me scribis apud sûmû pôtificem:leuissimos redderem ac mendacis. Veꝶ cû p studii uacationé dabitur:ibo in urbé Romam:& quod me mones:q̄diligentissime tuebor.Quando aût hinc mihi mouendû sit:nó satis scio:Dominicus.n.Capranicanus.qui electus firmanus pro Martino sûmo pôtifice legatus apostolicus maximis uiribus urbem obsidet:oppugnatq; cóstantissime:nôdum mihi cócedere uoluit tuti itineris litteras.Quid aût i causa sit:ignoro.Tu interea temporis Vale. Et quod ad tempus sis i Thraciá Rhodumue soluturus:me tuis litteris certioré facito . Ex Bononia Idibus decêbribus.M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Thomæ Sarzanési sal.

q Vam mihi rebus reuerendissimi Cardinalis tui imo nostri códitionem pponis apud nobilissimû istum munificentissimûq; principé Nicolaum æstensem : & si perutilis est atq; honorifica:eam admittere nequaq̄ possum:Sum.n.Florentinis obligatus annuo docendi munere:& id quidé ornatissime.Itaq; imortalis gratias uelim : agas nomie meo isti humanissimo patri:cui me si diligentissime cômendaris:ré facies amicitia nostra admodû dignâ.Vale ex Bononia.xiiii.kal.Ianuarias.M.cccc.xxviii .

Fráciscus philelfus Bartholomæo fracanzano sal.

q Vo frequentiores erunt ad me litteræ tuæ:eo maiore afficior uoluptate:In iis. n. lectitádis uideor & esse & loqui tecû.Quod aût mirari te dicis a me uoluptaté laudari:cû a cicerõe in quæstiõibus tusculanis & in libris de finibus bonoꝶ & malorû apprime uituperet:nihil est opus:ut mereris:Ná quod Cicero i aliis repræhédit : i hoc ipse psæpe peccat:Litigat.n.de uerbo.ré negligit:quáq̄ ne de uerbo qdé recte sentit:Ná qđ uoluptas nó ois sit turpis.imo sæpe etiá hóestissima:cû alia plæraq; eius scripta : tû epistolaꝶ libri ifinitis in locis liquido declarát.præterea si bonû est secûdû Aristotelé: qđ oia appetût:num minus oia quæ sensu mouétur:natura appetût uoluptaté.Quod aût est secûdû naturá:num id bonû nó sit:Ná de animi uoluptate : quæ ab honestis actióibus pficiscit:quæq; ex contéplatiõe ueritatis & dei capit maxima:num eá quisq̄ neget esse bonû:& maximû quidem bonû:At referti sunt grauissimoꝶ philosophoꝶ libri:Aristotelisq; in primis subtilissimis & firmissimis quæstionibus: quibus & pbatur prudentissime:& laudatur egregie uoluptas:Qua de ipsa pluribus ad te scriberem:si es

sem otiosus. Sed cui esse otii quicq̄ possit inter arma bellorũq; fragores? Atqui dabitur tempus: ut spero: quo & tibi satisfaciã: & alios non nullos istiusmodi imprudentia una mecum liberabo. Nunc ignosce breuitati meæ. Vale ex Bononia pridie kal. Ianuarias. M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Thomæ sarzanẽsi sal.

e Go mi Thoma dilectissime sum Flotentinæ reipu. iam obstrictus ãnuo munere. Itaq; aliã nullam condstionẽ possum ãplecti. Quid.n. dedecorosius: q̄ uel esse uel haberi leuẽ? Nã fidem minus seruare hominis est nõ iniusti solũ: sed impii. At scio nõ modo Reuerendissimus pater cardinalis tuus id ab me factũ iri nollet: sed nec etiã tu qui speculum es imagoq; & probitatis: & grauitatis. Vale ex Bononia pridie kal. Ianuarias. M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Ioanni aurispæ. sal.

d Amnas tu aurispa cõsiliũ meum: quod nolim eã cõditionẽ admittere: quã humanissimus cardinalis bononiensis Nicolaus: uir sanctissimus mihi ꝓponit. scribisq; futurũ: ut me poeniteat mei instituti: si maluero Florentinis: q̄ magnanimo isti principi Nicolao marchioni gratificari. addisq;: ut mihi ante oculos ponã & Manuelem nostrũ chrysolorã doctissimorũ uirorũ oium huius tempestatis principem: dum uixit: & alios nõ nullos eruditos ac disertos hoies: quorũ nemo diutius potuit agere Florẽtiæ ꝓpter uarias quorũdam insidias: quorũ inuidentia terra caelũq; uexat. At ego tibi paucis respõdeo. Et oĩum primũ maximas tibi & ago: & habeo gratias: quod amicissime cõsulis rebus meis. Sed quid mihi faciundũ suades? Num ut alicuius utilitatis gratia: quod honestum est: negligam? An es oblitus nihil apud me minus habere põderis: q̄ rei pecuniariæ rationem? Fidem dedi reipu. Florentinæ: quã certe inuiolate cõstãterq; seruabo. Nec ulla patiar utilitatis specie meæ initia hæc iuuentæ cuiusquã leuitatis nomie accusari. Inuidentiũ autẽ morsus animi grauitate atq; magnitudine me facile uitaturũ spero. Quod si minus mihi diu licuerit: operam dabo: ut aliorum id culpa factũ iudicet: nõ mea. Vale ex Bononia kal. Ianuarias. M.cccc.xxviiii.

Franciscus philelfus Leonardo Arretino sal.

u Vlla ego in culpa sum Leonarde arretine: quod ad constitutum tempus ad uos non ierim: Scis enim urbem hanc non obsideri modo ab ecclesiasticis uiribus: sed die noctuq; acerrime oppugnari. Hi primo qui reipublicæ præsunt: mihi abeundi nullam dabant facultatem: Qui ubi ab me multis fatigati tum precibus: tum etiam quãdoq; conuitus expostulationibusq;: eam cessere: tũ legatus apostolicus qui Martini põtificis maximi uicem in castris gerit: Dominicus capranicanus tuti itineris litteras petenti mihi nullo pacto in hanc diem tribuit. Itaq; haud scio: quid ipse sim facturus. Versor profecto in maximis animi curis. Nec quid consilii capturus sim: noui. Nisi fortasse mihi iucundũ putes aspectum quottidianum gladiorũ ac sæuiciæ: cũ alii laqueis gulæ frãguntur. alii obtruncantur. alii scinduntur in partes. alii defodiuntur. alii trucidãtur. Quid pluribus? Omnia humano cruore madent. Iure ne: an iniuria: non est meum iudicare. Nam in ciuitate factionibus seditionibusq; ardenti nihil est tam iniustum. tam impiũ. quod minus detur & pietati & iusticiæ. Hac in re unum remedium dari posse ĩtelligo: ut publicis uestræ reip. litteris contẽdatur ab hoc legato apostolico: ut me ad uos libere ac tuto ire patiatur. Tuũ igit̃ fuerit id ꝗprimũ curare. Quod si feceris: fore certo intelligo: ut ꝓpediẽ istic mutuo colloquio & quottidiana consuetudine nobis inuicem ut

liceat. Vale decus litterarum & eloquētiæ. Meq; ut facis: ama: ex Bonōia. Idibus Februarijs. M.cccc.xxviiii.

Franciscus philelfus Gabrieli mauro sal.

Ihil mihi fuit iucūdius tuis litteris Gabriel mi cariss.me: quibus humanitatē tuā ac morū suauitatem: bonitatēq; ingenii ita repræsentas: ut te corā aspicere. alloq. & cōplecti uidear. Nō possū mihi nō lætari: quod studiis olim meis ac lucubratiōibus in te adolescente instituendo: id me uideam cōsecutū: ut florentissimus senatus tuus talem sit uirū te habiturus: qui & amplissimæ patriæ futurus sis ornamento: & amicis adminiculo atq; uoluptati. Incūbe igitur pro uiribus: teq; amplificādæ gloriæ totū dede. Non multos habiturus est nobilissimus senatus tuus similis tui. Noui acrimoniā ingenii tui noui magnitudinē animi. noui consilium. noui ꝓbitatem. Nihil habet tua respu. te uno cōtinentius: nihil moderatius: nihil ad omnis præclaras actiones: aut splendidius. aut strenuū magis. Sed quid ego frustra sim longior: qui ita uidear te adhortari: quasi nō per te satis sis: qui & ꝓuidendo: & consultādo: & agendo nulli rei deesse possis? De fratris tui Dominici moribus quæ scripsisti: nō potui nō dolere. Sed tu fer omnia moderate: ætas. n. fortassis eius animi acerbitatē aliquādo ad maturitatem aget. Quod si secus accidat: tu teipso contentus esto. Ego quod scire uis: bene ualeo cū uniuersa familia: migraturus breui Florentiā: ubi honorifice & cōmode sum futurus. Titū Liuium meū cōmendo tibi. Vale ex Bononia pridie kal. martias. M.cccc.xxviiii.

Fräciscus philelfus Leonardo arretino sal.

Erūt ad me tandē litteræ ex castris a legato apostolico: quibus tuto hic ad uos ire permittitur. Itaq; ad triduū aut quatriduū bononia abibo Foꝝ Cornelium uersus: ita enim q̄ Immolā appellare libet: Nam illud iter longe tutius est hoc tēpore ꝓpter hostium castra: quæ a reliquis partibus urbi adiacent: q̄ quod recta Florentiā agit. Intellexi deniq;: quid in causa fuerit: quod hæ littere ante hūc diē mihi negatæ sunt. Cōspirarāt non nulli ciues ac sacerdos quidam ex ordine eremitaꝝ pro Martino pontifice maximo contra hāc rēpu. Et quia legatus credebat certo urbe se potiturū: nolebat me hinc abire. Sed ea conspiratio & detecta est: & de cōiuratoribus omnibus suppliciū sūptum. Quare legatus spe sua frustratus: ultro litteras ad me misit. Tu me iclytis pricipibus istis tuo more & cōmēdatū: & caꝝ reddito: tibiq; in primis. Vale ex Bononia pridie Nonas Apriles. M.cccc.xxviiii.

Fräciscus philelfus Fräcisco Barbaro sal.

X Immola hasce litteras septimo Idus Apriles ad te dedi: cū essē postridie Florentiam petiturus. Quid. n. diutius Bononiæ expectarē in tanta gladioꝝ impunitate? Me plurimū miseret illius afflictæ urbis: quæ omni facinori: omni immanitati ē: diritatiq; exposita. Ibi q̄cquid cuiq̄ collibuerit: licet. Nullus est clementiæ: nullus commiserationi locus. Quare & si nihil mihi metuendum erat: quippe qui omnibus essem carissimus: tamen omnia metuebā i tanta ciuium cæde. Spero mihi Florentiæ fore secunda omnia: siquidem locus erit doctrinæ & īnocētiæ: Qua in urbe cū fuero: scribam ad te pluribus. Nūc ex itinere ꝓlixiori mihi eē non licuit. Vale. ex Immola. vii. Idus Apriles M.cccc.xxviiii.

Fräciscus philelfus Leonardo Iustiniano sal.

Ripui me tādē ex Bononiēsi naufragio: quo tota urbs perit: petoq; Florētiam: quo sum & honorifice: & pulcherrimis q̄dē p̄miis publice accersitus. Itaq; non

meretis:si in psentia paucis tecũ egi:hæc.n.ex itinere scripsi tibi.Cũ Florétiæ mihi p oti um dabit:pluribus tecũ agã.Interea tpis rogo te p humanitaté tuam perq; meam in te obseruantiam:ut memineris mei:librorũq; meoꝝ q̃diligentissimã curam geras.Vale .ex Immola.vii.idus Apriles.M.cccc.xxviiii.

Fráciscus philelfus Marco lypomano philosopho atq; iurecõsulto sal.

q Vod me antea tuis humanissimis litteris monuisti:ut me ex bononiensibus fluctibus in tutũ aliqué portũ reciperé:id tandé cũ primum licuit:feci.proficiscorq; Florétiã:hæc.n.ex itinere scripsi tibi.Scio:maluisses pro tua singulari erga me beniuolétia:apud uos essem q̃optime de me meritos.Et idé ego maluissem.Quod si ea mansisset me códicio:cuius gratia ex Thracia ad uos solueram:a uobis nunq̃ abiissem:Quo factũ é ut necessitaté sequar:nó uolũtaté.Vale ex Immola.vii.Idus Apriles.M.cccc.xxviiii.

Francisci philelfi Epistolarũ Liber Secundus.

Fráciscus philelfus Antonio lusco secretario apostolico sal.

g Ratulatio tua Antoni lusce nó debet mihi non pbatissima uideri: nam & uir es optimus:& mei certe amantissimus: haud. n .oblitus sum:& quæ mecũ olim Vicentiæ:cũ essem cõstantinopoli nauigaturus:locutus es:& quátã mihi beniuolentiã oñdisti.At meã rursus erga te obseruátiã aiaduerto te méoriter meminisse.Itaq; maximas habeo tibi gratias:q᷑ me tanq̃ i principiis ai tui iter hóestissima amiciciæ monumẽta seruare uolueris.Mihi aũt nó possũ nó iure optio lætari:cũ itelligo me ñ frustra te meis omnibus ad pbitaté actionibus perinde atq; calcé pposuisse:ad quá dirigendi sint oés non bene loquẽdi solum:sed etiam bene uiuendi cogitatus ac studia nostra.Quod aũt me hortaris:ut romaná curiam petá:cũ ea sit sola eruditionis:& eloquétiæ domiciliũ:ad idq; omne studiũ tuum atq; operá polliceris:& cõsiliũ pbo:& adminicula tua oia libẽter áplector.Veꝝ uódũ mensis præterít:posteaq̃ Florẽtiá ueni.Quare necesse é:ut cõstitutũ ánuũ tépus itegre absoluá:quod ubi fecero:si mihi tua opera: & gratia honestũ locũ apud pontificé maximũ pponi itellexero:cófestim in urbé aduolabo.Nam hic:quátũ mihi augurari iam uideor:inter Scyllá charybdiq; nauigabo. Quo fit:ut quibus:aut rudétibus malũ:aut anchoris nauim muniá:haud facile queá hinc prouidere.At eo ingenuũ otium malim:q̃ piculosum negociũ:ná hæc urbs non multo minus q̃ Bononia factionibus dissidet:quin eo piculosius:quo acutiora uidenť mihi hominũ ingenia & ad nocendum pcliuiora. Vale.ex Florentia.xiii.kal.Maias.Anno a Natali Christiano M.cccc.xxviiii.

Franciscus philelfus Ioanni Aurispe sal.

q Vod scire cupis:nihil te cælabo.Florétia me plimũ delectat.Est.n.urbs:cui nihil desit:neq; ad ædificioꝝ magnificétiá atq; uéustaté:neq; ad ciuiũ dignitaté & amplitudiné.Adde:q᷑ uniuersa i me ciuitas cõuersa é.Oés me diligũt.honorãt oés.ac summis laudibus i cælũ efferũt.Meũ nomé i ore é oibus Nec primarii ciues mó:cũ p urbé i cedo:sed ipæ etiá nobilissimæ fœmiæ honorádi mei gratia locũ cædũt:Tãtũq; mihi deferũt:ut me pudeat táti cultus.Auditores sũt quottidie ad q̃drigétos:uł fortassis ét amplius:& hi qdé magna ex pte uiri grádiores & ex ordie senatorio.Quid mltis:oia mihi secũda lætaq; sũt Cæterũ quo me fortunatioré esse aiaduerto:eo magis mihi metuo ab isidiis inuidentiũ:Nicolaus Nicolus & Carolus arretinus quottidie me publice au-

dituri adeũt una cũ aliis ciuibus. Et Nicolaus qdẽ: quãtum ĩ hãc diẽ aiaduertere potui: homo est loquacior: sed nõ admodũ uafer: quippe qui efficiat facile ac temere oĩa. At Carolus ὥσπερ στυγνόσ ὢν καὶ μισάνθρωποσ. tristis est semper: ac loquit̃ nihil. Videturq; monstri quippiam intus alere. Et sunt: qui mihi dicãt eum cauẽdum eo esse magis: quo magis silet: id. n. non a modestia atq; uerecũdia pficisci: sed ab inuidẽtiæ uulnere: Ego tamen in portu nauigo. Leonardus autem arretinus mihi uehementer afficitur: quẽ eo puto reꝝ meaꝝ studiosũ magis fore: qđ: aduentu præsentiaq; mea maximo est leuatus onere: Nam & Nicolaus: & Carolus: qui ante aduẽtum meum illi plurimum detrahebãt: ab omni eiusmõi calũnia maledictoq; destitere mea causa: ut existimatur deterriri: quod uidissent ab me Leõardũ publice: & grauiter: & ornate: & pleno ore laudatum. Cosmus medices ut humanitatis plurimũ præ se fert: adiit me phumane: nec id semel: sed iteꝝ. atq; iteꝝ: dixitq̃ siqua mihi in re opus foret opera sua: ne d' se mihi deessem unq̃: nam se se mihi defutuꝝ nunq̃. pallas Stroza splendidissimus eques auratus omnibus in rebus mihi semper adest. Honoriq; & cõmodis meis omnibus non secus studet: ac si essem filius. Ambrosius mõachus uir disertissimus: & si me amare uidet̃ plurimũ: tamen non potest mihi non suspectus esse. καὶ γάρ. ἐπαινοῦν τὸν ἡμῶν ὥσχρὴ τὸν ἀρρητῖνον λεωνάρδον. ἔφη. ἀλλ οὐ καὶ διδασκάλωσ τὸν ἄνδρα. Quæ quidem oratio οὐκ εἶναι μοι δοκεῖ ἀνδρόσ καὶ ἀγαθοῦ. Haberẽ tibi scribere alia: & quidẽ plura: quæ nunc cõsulto prætereo. Tu si quid habes de rebus oriẽtalibus: fac ut sciã. Theodora te salutat. Vale. ex florẽtia pridie kal. augustas. M.cccc. xxviiii.

Frãciscus philelfus Marco cãnetulo equiti aurato ac iureconsulto sal.

n E uidear oblitus amiciciæ nostræ: in illudq; puerbium ĩcidisse: quo dici sol&: Quod abest ab oculo: id quoque abesse a corde: uolui uerbis paucis te adire: quæ si diligẽter cõsideraueris: iudicabis non absurdũ esse cõsilium meum: & si admonitõ est potius: q̃ consiliũ. Qui. n. consulat iuuenis uiro graui & sapiẽti? Videmus tñ fieri sepe usu: ut qui ludo calculoꝝ ĩtersunt: & si spectatores sunt non collusores: nõ nihil acutius uideãt: q̃ ii quorũ est ludus. Quis enim ignorat uehemẽtiore animi affectu plerũque accidere: ut mendacio cedat ueritas honestasq; turpitudini? Quo maiore quis dignitate pollet: eo redditur insolẽtior: si minus recta utitur ratione. Ac prudentia qdem est: qua recta ratio definitur. Hæc uero ita sine uirtutum moralium adminiculis est mãca: ut uirtutes reliquæ nullæ sunt sine prudentia. Nec põt quisq̃ bene uti bonis istis: quæ uel corpori: uel fortunæ tribuunt̃: nisi uir bonus fuerit. Et uir quidẽ bonus nunq̃ abutat̃ neq; honoribus: neq; diuitiis: nec ullis oĩo istiusmodi cõmodis: ẽt si id facere ĩpune quiuerit. At absoluta uirtute q̃ caruerit: & cogitet ob licẽtiam: & dicat: & faciat secus oĩa: q̃ par sit. Quo fieri uidemus: ut istiusmodi hoĩes & se tandẽ pdant: & patriã. Ego sane mi Marce nihil huiusmodi de te uereor: noui eni moderationẽ aĩ tui egregiãq; prudentiã. Sed cũ mecũ memoria repeto: quæ tũ ãno supiore ppetrari apud uos uidi: tũ deĩde absens: & audiui: & audio quottidie: nõ debeo nõ metuere & tibi & tuis: ne aliqũ nimia ista licẽtia & uobis oĩbus: & Bononiẽsi reip. magnã sit cladẽ ĩportatura: Quid eni per deũ ĩmortalẽ adeo ciuili cruore pfundimini? Vos nõ alienis mõ (q̃q̃ nemo debet aliẽus duci: q ciuis sit) sed ne sanguĩe qdẽ cõiũctissimis parcitis: quĩqdẽ eodẽ ordĩe habetis oẽs quos ulla uel minima aĩ offensiõe oderitis. Offensio ãt istiusmõi oĩs nõ ab æmulatiõe uirtutis: q̃ caritatẽ mutuã: ñ odiũ parit: sed qđ tua bona cũ uẽia dictũ uelĩ: pti ab auaricia

partim ab äbitione manat: Quæ duæ perniciosissimæ pestes in ciuitate iura diuina om nia humanaq; peruertunt. Harū uos inꝗ stimulis agitati: per oēm impietatem facinoris inter uos digladiamini. Et ita in oēs ueluti debacchamini: ut dicione ecclesiasticā in tru- culentā inanemq; tyrannida mutaueritis. Nolite obsecro per tantā ipotentiā dinitateq; aioꝝ latius ferri. Cohibete iātandem odium recordatione ciuilis societatis. Iniicite fre- nū iræ. perturbatioī rō dominet. An illud fortassis estis obliti: Mihi uindictā: & ego re tribuā. At illud saltem meminerit̃is: hodie mihi: cras tibi: Nec enī uos latet: quanta mu tabilitas soleat esse fortunæ. Quonā elauo: quo rubore rotam eius ita sistatis: ut uobis ppetua sit futura. Quo magis alludit: blādit: fauet: eo fallit de iprouiso magis: nocetq; acerbius. præterea qbus Iason ille pheræus: aut leon: aut phalaris: aut clearchus: aut Ne ro uł mortuus non ē odio. At clæmentia. G. Iulii Cæsaris: Iusticia Traiāi: pietas Antoni ni: grauitas Alexādri seueri in dies magis magisq; laudat. Quæ ab me fidētius nunc scri pta sunt Marce uir clarissime: hæc amici oēs tui: quos Florentiæ permultos habes: & lo quunt: & sentiunt. Sed hæc a me plunbus fortasse: ꝗ oportuit: Nec. n. ipse docendus es: qui & iurecōsultus: & uir sapientissimus docere alios consueuisti. Cæterū uis amoris: ut hæc audacter scriberē: est me cohortata: quæ scio: pro tua singulari prudētia in bonā par tem accipies. Vale. Ex Florentia. iii. Nonas Decembres. M.cccc.xxviii.

Franciscus philelfus Ioanni lamolæ sal.

q Vod fieri certior ab me quæris: qd ipse de me statueri: hoc est: mansurus ne sim Florentiæ in proximū annū: an alio concessurus: quid tibi respondeā: haud satis scio. Delectat me certe urbs. delectant ciues. delectat etiā cælū ipsum: quod ad præclara dexteraq; ingenia uim plurimā habet. Cæterū terrent me ciuiles discordiæ: quas hic nō minoris: ꝗ Bononiæ uigere: & in dies inualescere magis aiaduerto. At in ciuitate seditio sa quæ quies: quæ tranqlitas ulla cuiq; esse queat: Quin eo mihi magis hic: ꝗ Bononiæ ciuiles discordiæ metuendæ sunt: qd Bononienses tui sibipsis nocent. peregrinis aūt fa uent omnes. At Florentiæ secus oīa. Accedit ad hanc difficultatē: qđ mihi paratæ sunt priuatæ quædā illoꝝ insidiæ: qui uirū hic doctū neminē uellent quo ipsi iter luscos ocu latissimi uiderent. Itaq; omnino hinc mihi alio tandē migrandū est: si uelim & mihi: & rebus mei salubriter esse consultū. Sed qm̄ temporum est habenda rō: nunc mihi uelifi- candū est pro uentorū flatibus. Quo fitut in proximum quoq; annū hic futurus sim. Vis autem pestilentiæ: quod nosse uis: iam prope omnis contabuit. Vale. Ex Florentia. kal. Nouembribus. M.cccc.xxx.

Franciscus philelfus. Ioanni Aurispæ sal.

m Ouerūt mihi risum litteræ tuæ: qbus Macrobiū atq; dionem quos cōmodato acceperas: repetenti respōderis eos me tibi dedisse dono: quo tēpore Constan tinopoli sum pfectus ad regem Romanoꝝ Sigismundū. Et ita nitens oratorie mihi p bare tuum cōmentū: ut nisi iuuenis admodū essem: me putarem oblitū mei. At uereor: quoniā senectutem attigeris: ne ipse obliuiosus sis factus: nā sunt qui senectuti imbecilli tatē memoriæ ascribant: Ego enim memoriter memini: cū essem triremē prope inscēsu rus: petisse te: ut duos illos codices ad reditū usq; meū ex pannonia tuæ fidei cōmenda rem: tutius enim eos apud te futuros: ꝗ domi. Cum uero Constantinopolin reuertisse: tu aberas in Italia. Quod si posteaꝗ in Italiam rediit: illos serius repeto: nolo ob id pu tes me eē oblitum mei. Quare te rogo: ut eos iure posthiminii uti finas: Quod tum fe ceris: cum liberi ad me reuerterunt. Vale. Ex Florētia pridie Idus Septēbres. M.cccc.xxxi.

Lege
infrapedo

Franciscus philelfus Leonardo Iustiniano sal.

c Vm memoria mecũ repeto magnitudinem atq; crebritatem tuorum erga me meritorꝝ:nõ possũ nõ plãe ĩtelligere me carꝝ tibi olĩ iucũdũq; fuisse. Esse aũt hoc tẽpore haud sane aĩaduerto:adeo.n.me suspẽsum & ãcipitẽ usq; tenet tuarꝝ ĩtercapedo litterarꝝ:dũ nihil oĩno respondes:ut aĩum a me tuũ alienũ quodãmodo factũ existimẽ. Quæ mea calamitas si forte accidisset:id qđ mĩme oĩum uelim:nullo neq; errato meo nec itẽ tuo accidisse certo scio:sed inuidorꝝ dũtaxat & obtrectatorꝝ malignitatẽ ac pfidiã ĩ causa fuisse nõ debeo nõ existimare:nã ut inqt Sophocles πρὸς τὸν ἔχοντ' ὁ φθόνος ἕρπει. Quare cum hi uiderent me tua singlari beniuolentia atq; caritate palã gloriari: & eã ducere pinde atq; cuiusdam felicitatis loco:nõ potuerũt hoĩes perditissimi pro pestifero suo aĩ liuore non uehementissime dolere. In idq; maxime elaborarunt:quantum uideor uidere: ut σμικροὶ γὰρ μεγάλων χωρὶς σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται· μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἂν ὀρθοῖτο ... ωμ... εμ... Quæ quidem insidiæ ĩuidẽtium q̃ta me sollicitudiẽ atq; molestia affecerit:potuisti ex aliis nõnullis superioribus nostris litteris liqdo pspicere. Quod aũt hoc tẽpore aliud ad te scribã:habeo nihil: nisi ut te rogẽ:atq; obtester:ne obtrectatoribus & maliuolis aures patefacias: sed illum me & eẽ: & ppetuo futurꝝ erga te philelfum arbitreris:q nulla unq̃ aĩ gratitudĩe didicit a quoquã supari:Nã qualis ĩ te semper fuerĩ:iãpridẽ & pspectũ hẽs & cognitũ. Vale. Ex Florentia nonis Ianuariis. M.cccc.xxxi.

Franciscus philelfus Ioanni Lamolæ sal.

n E aut te aut alios:quos huc discendi gratia uẽturos significas:ancipites teneã: ad pximũ mẽsẽ iuliũ maxio cũ totius huius ciuitatis consensu ac studio cõductus sũ præmio aureum tercenorꝝ qnquagenorꝝ ĩ singlos ãnos p toto triẽnio:cuius qdẽ statuti tẽporis initiũ est quintodecio kalẽdas nouẽbres:Quod tpis curriculũ: faciat deus optimus maxius:ut cũ minia inidorꝝ ĩ me molestia liceat pcurrere. Vale. Ex florentia kal. Augustis. M.cccc.xxxi.

Frãciscus philelfus Nicolao arcimboldo iureconsulto sal.

e X qua die te bonorꝝ primũ uidi:cũ legatus:pstãtissimi Mediolanẽsiũ ducis philippi Mariæ illac iter faceres:tãta me tibi beniuolẽtia deuixisti:ut oĩa me tua causa facturꝝ libenter ultroq; receperi. Et tu itẽ cõtra mihi oĩa tua studia:& officia es pollicitus. Itaq; tẽpus obtulit:ut ipse ãteuertã:cũ ãteuerti libẽtius uellem:quippe q hõesta in re:opa tua opeq; uti uelim. Qui meas tibi litteras reddidit:iuuenis ẽ senẽsis Aeneas Siluius noĩe:hõesta natus familia:mihiq; carissimus:nõ solũ qđ ãnos duos meus auditor fuit:sed ẽt qđ ad igenii acrimõiam dicẽdiq; leporẽ attinet moribus ẽ & urbãis & cultis. Cupiditate aũt ductus uisendi Mediolãi ad uos uenit. Quid mltis: Hoiem tibi tãto studio cõmendo:ut maiore nequeã. Quicqd ĩ hũc uel officii:uel opis cõtuleris:ĩ me ipm collatum existimabo. Adhortationem autem illam tuam neque sum oblitus:nec obliuiscar quidem. Quin hac ipsa de re meus Aeneas iste tecum uerbis meis quædam commentabitur. Vale. ex florẽtia nonis nouembribus. M.cccc.xxxi.

Franciscus philelfus Antonio panhormitæ sal.

e Go mi Antoni mallem istic esse:ubi quietior mihi:ut existimo:uita offerretur: q̃ Florentiæ: ubi oĩa sunt tumultuaria: plenaq; inuidiæ: Ad quod animi consilium cum multi me hortantur: tum Guarynus noster in primis. Sunt mihi Mediolani ãici nõnulli:sed Guarnerius Castellio:& Nicolaus arcimboldus:& Aloysius crottus

omnium primi Cum istis igitur uelim:de re mea aliquid cōmenteris : & quod ipsi hāc in sententiam dixerint:ad me & q̄primum:& q̄diligentissime perferendū cura : Nam si honesta mihi conditio fuerit oblata:eā non detractabo. Vale. Ex Florentia.iii.Idus Iulias.M.cccc.xxxii.

Franciscus philelfus Nicolao Cardinali Bononiensi sal.

t Homas sarzanensis uir p̄humanus & eruditus āplitudinis tuæ secretarius pater clementissime tuo no͞ie litteras ad me dedit:q̄bus:quod mihi erat sole:ut aiunt clarius:nō amice minus q̄ eloquenter ostendit:quanta sit tua erga me caritas:dein monuit:ut tibi significarem:q̄ me Florentia delectat:præterea si qua in re tua opera opeq; uti uelim:scriptorio calamo ne parcam:Te enī paratū semp fore:ut mihi benefacias. Et habeo tibi:& ago īmortalis gratias pater humanissime:quod ex qua die primū Bononiæ me uidisti:ac tuā excepisti in clientelam:te mihi patronū semper:te patrem:te beneficum præstiteris:& id quidē nullis meis de te meritis:sed sola tua māsuetudine atq; benignitate:Imitatus tu sane eū:cuius crucem pro signo geris:Christū optimum maximū qui ut cunctis mortalibus benefaceret:sibi ipsi non pepercit. Nūc ad ea:quæ uerbis tuis mihi Thomas tuus scripsit:& de Florentia primū. Quem Florētia minus delectarit: is certe nulla bonitate floret:Est enī eiusmodi urbs Florentia:cui tanq̄ pandoræ cuiq̄ dii oēs:ut ad poetas redeā:singuli bona singula dono dederint:Nihil enī huic urbi deest: quod ad humanā accedat felicitatē. Cæterum inter rosas etiam sūt spinæ:& i terra nihil est tam ex omni parte pfectum:qđ non aliquid habeat:quod offendit. Equidē uniuersæ ciuitati sum carissimus. Meq; uiri omnes boni ac præstantissimi ciues & coluut:& faciunt plurimi. Nec ē mihi apud Florentinos optandū quicq̄ qđ sperare non liceat. Vix primarii ipsi ciues in rebus etiam maximis plus habent auctoritatis:q̄ ipse ego. Oēs mihi gratificari studēt. obsequunť oēs. Nihil ab me neq; mea:nec amicorum causa frustra petitur. Cæterum quo magis ualeo apud Florentinos uel auctoritate:uel gratia:eo magis mihi cauendū est:nequid magni mali iuidia mihi aliqū pariat. Sunt enī aliqui fucati litteris:quos mea præsentia iccirco plurimū turbat quod sperent:si ipse abessem:sese in maiore aliquo precio futuros. Itaq; dignitati meæ clam semper insidianť:Qui & si mihi nihil obesse possunt:metuendū est tamen:Nā ingenia Florentina acerrima sunt: & ī omnem partē strenua. Quid multis: Nisi adhuc in proximū annū publico docēdi muneri essem obstrictus:operā darem oīo:ut inuidiæ cederē:& in aliquē tutiorem portū ex huiusmodi fluctibus me reciperē:Nā quanq̄ uniuersa me Florentina respu. & diligit plurimū:& facit maximi:ea tamen est hoīum natura:ut nō minus pauci atq; ībecilli nocere possint:q̄ uniuersa manus potentioꝝ prodesse cuiq̄. Miserenť sane omnes:& moleste ferunt:si cui bono uiro inferatur iniuria. Succurrit autem nemo:Nec id de peregrinis solū usu uenit:sed de ipsis etiā præstantioribus ciuibus. Sunt:q sicarios parauerint: p quos Nicolaū Guzanū uirum primarium in republica interimerēt. Detectis insidiis:nō modo nullū de his suppliciū sumptū est:qui sicarios instruxerūt:sed tentatū potius : ut Nicolaus ipse plecterer:qui & uir grauissimus esset:& ī republica potētissimus:Nam sicarii feruntur instructi a duobus soderinis fratribus Nicolao:ac Thoma iuuenibus prōptis & audacibus:quoꝝ pater fuerat:ut uulgo diciť:machinatore & auctore ipso Nicolao:publico iudicio obtrūcatus:qm̄ esset insimulatus iniisse cōsiliū:nescio qđ: aduersus rempu. Qui ergo ipse minus mihi metuendū putē:qui & iuuenis sim:& peregrinus:& nullarum uirium:cum uideam uirum tantis fratum clientelis:tantis opibus:tātis factio

nibus in ultimum prope periculũ adductũ:quoniã aduersus sontis cãm persequeretur? Nam alterius factionis priceps dicitur Cosmus medices:uir ut scis florẽtinoꝝ oium pecuniosissimus. Eoq̧ mihi res uidetur p mutua aioꝝ odia irritamẽtaq̧ pcessisse:ut nobilissima hæc ciuitas nõ admodũ lõge abesse possit in tãtis pcellis ac fluctibus a tristi & miserabili naufragio. Accedit ad hanc mali suspicionẽ:quod hi q liuore me atq̧ odio isequũť:ipsius Cosmi utũť ueluti patrocinio. At Cosmus q̃q̃ uideť amãtissimus mei:eiusmodi tñ uiꝝ eẽ aiaduerto:q & simulet & dissimlet oia. Estq̧ usq̧ adeo taciturnus:ut ne timis q̃dem familiaribus ac domesticis queat itelligi. At Laurẽtius huius frater igenio ẽ & aperto:& leui:cui Cosmus & si uir est grauissimus:tñ ut audio:nequaq̃ audet aduersari. Ego aũt neutrã pendeo in partẽ. Aeque oibus morẽ gero. Illudq̧ Ciceronis studiosissime tueor:non oportere peregrinũ in aliena republica esse curiosũ. Cæterũ quoniam in naui obnoxia naufragio nemo põt tuto nauigare:ego hinc quãlibetissime absuerim. Duo in Italia loca sunt:quoꝝ alterutrũ non inuitus optarẽ:Mediolanũ:& Romana curia:siue eni apud pontificẽ maximum:siue apud inclytũ ducẽ philippũ mariã honestus mihi dareť locus:eum non mõ non reiicerẽ:sed cæteris oibus iucundissime præferrem: atq̧ amplecterer. Tenes tu pater reuerẽdissime & studia mea oia:& consiliũ:& uolũtatẽ. Quantum mihi pdesse possis:nõ sum ignarus. Quantũ etiã uelis:iãpridem expertus sum. Quæ cũ ita sint:clementiã tuam rogo etiã atq̧ etiã:oroq̧:ut huic meo desyderio consulas. Quicqd ipse de me statueris:indubitato psequar. Operãq̧ dabo:ut tua de me opinio te nunq̃ fallat: Nã neq̧ fidei unq̃ deero:neq̧ industriæ:neq̧ diligentiæ. Valeat q̃ diutissime integritas sanctimoniaq̧ tua pater clemẽtissime: Tibiq̧ certo psuade me ita esse in potestate tua:ut oia de me tibi polliceri queas. Ex Florentia.x.kal. Octobres. Anno a natali christiano. M.cccc.xxxii.

Franciscus philelfus Thomæ Sarzanensi sal.

a T tuis me hũanissimis monuisti litteris:scripsi ad reuerẽdissimũ cõem patrẽ Cardinalẽ tuũ:imo meũ:imo nostꝝ:quæcũq̧ hõeste tutoq̧ scribi a me poterãt. Sed tecũ loquar apertius:quæ tu pro nostra uetere sũmaq̧ amicitia itaq̧ accipies:tractabisq̧: ut magis in tẽ meã conductura iudicabis. Nemo florẽtiæ fuit unq̃:ut publice oẽs prædicãt:in quo uno ita:ut in me uniuersa ciuitas cõquiesceret. Oium in me oculi & sermões conuersi sunt. Oẽs me magni ducunt. Oẽs laudibus tollũt ad cælum. Nemo est neq̧ ex præstãtioribus ciuibus:neq̧ ex ipsa plebe:qui non mihi gratificetur oia. At ipse quo uideor beatior:eo mihi metuo magis: Quod ut mihi accidat:duo sunt in cã tum ipsa inter se ciuiũ seditio:quæ & maxima est:& piculosissima:ut ex meis ad Cardinalẽ litteris potuisti itelligere:tũ inita inuidorũ aduersus me cõiuratio. Nicolaũ nicolũ nosti.hic loquacior est:& leuior. At karolus arretinus ut est uersuto occultoq̧ igenio:& eo plane iprobo:ita mihi clam maxime inimicus. Is apď Medices plurimum potest. Vereorq̧:ne illos obtrectationibus suis & maledictis aduersus me exhulcerarit. Idq̧ ut credam: plurimæ sunt coniecturæ: Quare mihi tutum non est inter huiusmodi uersari insidias. proinde Cardinalem hortare:ut q̃ celerrime potest:consulat rebus meis. Tu rem paucis tenes. Vale. Ex Florentia kal. Octobres. M.cccc.xxxi.

Franciscus philelfus. Ioanni Aurispæ sal.

q Vo in statu positæ sint res meæ. nõ est difficile iudicatu. Vniuersa hæc ciuitas factiõibus tumet. Nec diu abesse põt:qn pariat maximi qppiã mali. præterea nosti:q̃ mihi aduersi sunt. Vbiq̧ gentiũ malim esse:q̃ Florentiæ. Vale. Ex Florentia.iii. Idus

Decembres.M.cccc.xxxii.

Franciſcus philelfus Franciſco barbaro ſal.

n Oſti iápridem:quanta mecú familiaritate atq; beniuolentia iunctus ẽ Antonius capanorenſis:Qui quanq̃ iia probitate & innocétia tibi debeat eſſe cariſſimus: tamen ut mea etiá cá aliquid cumuli accedat ad priſtiná tuam in eum benignitatem: te etiam atq; etiam rogo. Vale.Ex Florentia.iii kal.Ianuarias.M.ccc.xxxii.

Franciſcus philelfus Ioanni Auriſpæ ſal.

m Ihi polluce meo uehementer eſt opus.itaq; rogo te:ut eú ad me ire q̃primú cures:Ná illú tibi tantiſper uſui dedi:donec abs te repeteré. Quare facne ſecúdú hac de re ad te ſcribam.Vale Ex Florentia.iiii.kal.Ianuarias.M.cccc.xxxii.

Franciſcus philelfus Ambroſio monacho ſal.

l Itteræ mihi tuæ ſemp gratiſſimæ fuerunt.& in pñtia:q̃ antea longe gratiores:Indicant eni dilucide:ab quibus mihi cauendú ſit.Verú utar equidem more meo: ut & nemini noceam & laceſſitus iniuria me uirum eẽ meminerim.Vale.Ex ædibus noſtris Florentiæ.xiii.kal.Februarias.M.cccc.xxxiii.

Franciſcus philelfus Thomæ ſarzanenſi ſal.

p Lacuerút:quæ ſcripſiſti mihi uerbis Reuerédiſſimi cóiſq; patris Cardinalis.Nec aliud qcq̃ habeo:qđ reſpódeá:q̃ maturato opus eẽ:Ná hic oía ſunt turbuléta:& mihi nequaq̃ tuta.Cám tibi iápridé ſignificaui.Cura igit̃:ne fruſtra mihi ſcripſiſſe uideris.Vale.Et me clæmentiſſimo patri Cardinali & comendatum:& carum reddito.Ex Florentia.xiii.kal.Apriles.M.cccc.xxxiii.

Franciſcus philelfus Karolo Aretino ſal.

ſ Vnt nonnulli:qui me monuerunt:ut mihi a te caueam:Moliri.n.te mihi: neſcio quas inſidias:ut q eruditione:& probitate nequeas facinore mihi noceas. Sum equidé id miratus:qđ neq; deú metuens:nec hoium famá:tanto ſceleri te obnoxiú ſis facturus:præſertim cú nulla habeas iuſtam aduerſus nos cauſam: Non eni mihi uitio dandú ẽ:ſi te doctior exiſtimor magiſq; diſertus:ſed ingéio ignauiæq; tuæ:qui ſi ita litteris:& bonaꝝ artium diſciplinæ operá dares:ut exercendo fœnori & flagitio:eſſes me fortaſſe multo ſuperior: Na quod iactitites iis áchoris te munitú ut nullos fluctus:nullos turbines ptimeſcas:uidi ego pſæpe tantum eſſe uentoꝝ impetú:ut nullæ anchoræ: nullú robur:nulla alia munimina ſatis ſint:quæ ualidiſſimas ẽt nauis tueant̃:quo minus obruant̃ fluctuú uorticibus:ac patiant̃ deniq; naufragiú.Itaq; prudentius feceris:ſi róni malueris:q̃ pturbationi parere:quaꝝ altera excutit ex hoium mentibus tenebras iſaniæ: perturbatio uero lucem ſapientiæ.Tu de me karole nihil habeas:qđ iure queas expoſtulare:Ná neq; publice:neq; priuatim nocui tibi unq̃.Quin ut ſcis:nónúq̃ es a me pulcherrime laudatus:uel tú maxime:cú a qbuſdá grauibus itegerrimiſq; uiris eſſem cómonefactus te mihi moliri inſidias:Id eni iccirco ab me factú eſt: ut aliq̃to te puderet tui: atq; reſipiſceres.Sed quantú poſſum augurari:tanta ẽ uis morbi:quo inuictía te excruciat:ut nullis neq; húanitatis:neq; admonitionis remediis ad ſanitaté redeas.Me tñ nullæ tuæ mouebunt iniuriæ:quo minus pergá ſiſis eſſe mei.Vale.Florentiæ ex ædibus noſtris idibus Aprilibus.M.cccc.xxxiii.

Franciſcus philel.Nicolao Nicolo ſal.

e Go te Nicolae Nicole uel ex uſq; Conſtantinopoli ex Chryſolora ſocero meo ſapientiſſimo clariſſimoq; uiro:quo eſſes igenio qbus moribus:ad ungué didiceram.Cúq; poſtea in Italiá reuertiſſem:eadé ac ẽt plura tú ex Guaryno ueroneſi:tú ex lo

anne Aurispa uiris prudentissimis & apprime eruditis audieram. Nec dedisti tñ ea præstare omnia: quibus te mihi sũma beniuolentia deuicirẽ. At nullis meis nec officiis: nec meritis potui te aliũ reddere: q̃ esses & nã factus: & diuturna cõsuetudine confirmatus: quippe qui tibi magnæ laudi ducas: si præstare id queas: ut uiri oẽs docti & boni tua opera & industria Florentia extrudãtur. Itaq; glorians & Chrysolorã Florẽtia esse a te expulsum: & Guarynũ: & Aurispã ambos turpiter eiectos. Reliquũ esse philelfum unũ: quẽ aut breui exulẽ facies: aut male afficies. Quid ista sibi tua uelit oratio non ĩtelligo: Nõ.n. eiusmodi sunt nerui tui: ut mihi quicq̃ possis incõmodare: Nã quod ad Florẽtiã attinet: ego mea spõte iudiciæ cædere institui: nõ minis tuis: qui nullarũ es uirium: nulliusq; auctoritatis uir: nõ metu potẽtioris cuiuspiã: cuius opibus audaciaq; ĩsanis: sed ut uiuã ipse mihi liber cũ musis. Vides tu sane: nisi penitus mentis luminibus captus es: q̃ unus philelfus uniuersæ ciuitati carus est & p̃iucũdus. Nihil neq; priuatim nec publicæ petit a me frustra. Si lapides ipsi loqui possent: oẽs in meas laudes linguas soluerẽt. Mihi gratificãtur omnes: quæcũq; optarim obsequũtur oẽs. inseruiũt oẽs. Quis uir bonus & grauis cuiq̃ aduersetur bene p̃merito: p̃mereriq; assiduissime studẽti? Velim mihi dicas: qđ ẽ erratũ aduersus te meũ? Nõne oibus in rebus tibi usq; morẽ gessi? Quid habes: quod mihi des crimini? Num sinis te uirũ iã decrepitum: & rerũ humanarũ callẽtissimũ seduci a uersuta maleficaq; uulpecula Carolo arretino? Nõne aĩaduertis aliquando deprauatũ p̃ditissimi hominis corruptũq; igeniũ? An pateris eum uti te ueluti istrumẽto quodam furoris sui? Resipisce: resipisce tandẽ. Cõsydera ãnos tuos. Quãdiu nobiscũ futurus es? Quod si nullũ putares fore diuini iudicis uel præmiũ: uel suppliciũ: hominũ tñ de tua uita atq; moribus existimatio tibi uerenda esset. Ego: quod in me erit: ut nunq̃ præstiti: ita tibi præstabo nunq̃: nõ modo inimicitiarũ: sed ne miniæ quidẽ uel simultatis: uel ĩdignationis materiã. Vale. Florentiæ ex ædibus nostris Idibus Aprilibus. M.cccc. xxxiii.

Franciscus fuelfus Thomæ Senecæ sal.

q Vod te mihi tam submisse per litteras cõmendaris: tibiq; ut ignoscerẽ petieris: minie opus erat: Nec.n. te latet æquanimitas mea: & q̃ ferre p̃facile cõsueui hominũ ĩiurias: præsertim eorũ: qui suæ nõ sunt spõtis. Ego idẽ erga te sum futurus: quem es iãpridẽ sæpenumero expertus: hoc est & humanus: & liberalis. Quare quocũq; i officio mea opera uti uolueris: senties eã tibi nusq̃ defuturã. Tu si potes: aliquũ tecũ habita atq; resipisce. Vale. ex Florẽtia. xv. kal. Maias. M.cccc.xxxiii.

Frãciscus philelfus. Cicio Romão apostolico Secretario sal.

q Vam mihi spẽ iãpridem i urbe Roma corã recepisti: ut eã mihi perducas ad finem: te etiã atq; etiã rogo. Nunq̃ mihi crede: ĩtermorietur apud me officiũ tuũ. Noui bonitatẽ animi tui: noui ĩtegritatẽ: benignitatem præsens expertus sum. Scio: nõ falles opinionem de te meam. Reliquũ est: ut cœpta p̃ficias. Vale. ex Florẽtia pridie kal. Maias. M.cccc.xxxiii.

Franciscus. philelfus Cosmo medici sal.

i Mpium illud esse hominum genus arbitror Cosme medices: quorũ artibus atq; dolis labefactatur ac soluitur iucũdissimũ humanæ beniuolentiæ & amicitiæ uinculũ: Nam si ex omnibus animalibus homo ad societatẽ maxime natus est: quis illũ nõ putet ab omni naturæ instituto humanitateq; alienũ: qui aĩorũ caritate coniunctos: qua sine societas esse nulla potest: diiungere separareq; conatur? Cũ primũ Florentiam ueni: nõ expectasti tu tantis opibus: Tanta amplitudine uir: ut te & uiuens: & peregri-



nus:& paucis admodũ cognitus adirem prius:ut par eſſe cenſebã:idq; facere inſtitueram:
ſed anteuertens pro tua ſingulari modeſtia ꝑbenigne.me adiſti:nullumq; prætermiſiſti
munus neq; optimi:neq; beneficentiſſimi uiri.Ego item cõtra: quicquid in me erat uel
obſeruantiæ:uel ſtudii:id omne detuli tibi.Neq; ſum ulla i re paſſus unq̃ deſyderari abs
te officiũ meũ.Id certe ꝓbant cũ alia permulta mei erga te beniuolentiſſimi animi docu
menta:tum pleraq; ſcripta mea:quibus clariſſimũ nomen tuũ ĩmortalitati apud poſte-
ros cõmendaui:Quod.n.maius munus ꝓdire in te potuerit:perſeuerauit ſemper æquis
ut ita dixerim:lancibus citro ultroq; beniuolentia noſtra:donec ob peſtilẽtiæ uim: qua
uniuerſa hæc ciuitas cœperat laborare:Veronã tuẽdæ ualitudinis gratia cũ tota familia
conceſſiſti.Vtinã ea oĩs morbi cõtagio Florentiæ muris tanq̃ labyrintho quodã ſeſe oc
cluſiſſet:neq; longius peſtiferũ uirus ſuũ emiſiſſet.Sed longe ſecus uidere uideor accidiſ
ſe:Duo.n.te ſunt ſecuti:quoꝝ animus omni eſt peſtilentia peſtilentior:Nicolaus Nico
lus:& Carolus Arretinus.Hoꝝ tu cõſuetudĩe uſus:minus tibi cauẽs:ea es peſtiferi mor-
bi contagione uſq; adeo interceptus:ut iam tuæ ſpõtis haud eſſe uidearis:ſed ꝑinde at-
q; in poteſtate poſitus aliena:ea ſi minus facias:at aſſentiaris oĩa quæ aſſentatores leuiſ
ſimi:ac facinoriſſimi nebulones uoluerunt.An es oblitus Coſme medices:que mihi olĩ
reſponderis ante tuã in urbẽ Veronam profectionẽ:quo tempore apud te quærerer &
de.Nicolao Nicolo:& de Carolo Arretino:quod mihi clã detraherẽt:quod multa ad
uerſus me confingerent:quod nihil aliud ſtuderent:nihil molirent̃ accuratius q̃ mihi in
cõmodare atq; nomẽ obſcurare meũ.Ad ea tu ſane leniter reſpondiſti ac ſubridens: nõ
oportere inquiens mirari me:nec ægre ferre Nicolai Nicoli detractionẽ:eo.n. eſſe ho-
minẽ ingenio:ut neminẽ doctum uirum relinquat intactũ mordacitate ſua:quiq; ne ſo
li quidem ipſi parceret:utpote qui & Manuelẽ Chryſoloram ſapientẽ & ſummũ illum
uirum barbam pediculoſam adhuc ſemper nominet:& Ambroſium monachũ:cui ma
gis affectus eſt:q̃ ꝓpriæ animæ:attonitum per contumeliã uocet:In Leonardum autem
Arretinũ qualem ſe præſtiterit:ipſius Leonardi in eũ inuectiua teſtimonio eſt:Quid.n.
cõmemorẽ aut Guarynũ:aut poggium:aut Auriſpã:quos quottidie maledictis inſequi
tur:Quo quis doctior eſt:aut eloquentior:aut eruditior:aut melior uir:eo magis Ni-
colai cõuitiis & opprobriis eſt obnoxius.Quare tibi ſubdidiſti:nõ modo nõ eſt dolẽ
dum:ſed lætandũ potius:quod in Nicolai maledicentiam incideris:Nã quãto is te ma
gis uituperabit:tanto apud grauis illuſtriſq; uiros laudabilior ſis futurus.De carolo aũt
quod expoſtulas nollẽ tibi materiã expoſtulandi datã:idq; magis eius q̃ tua cauſa : Nã
ut tibi ille nihil obeſſe poſſit:cũ nullã in ciuitate auctoritatẽ habeat:ita ſibi plurimũ no
cuerit:ſi Nicolai ueſtigia imitabitur.Hæc tu mecũ familiariter & ꝑhumane locutus es.
Meq; es hortatus:ut omni i re & te:& tuis rebus oĩbuſq; nõ ſecus atq; meis uterer. Te
enim omni in re ſemp adfutuꝝ mihi:Id quod tu certe facere nunq̃ deſtitiſti:ante eã ſci-
licet:quã modo dicebã:ueronẽſem ꝓfectionẽ.Te uero abſente ab urbe:ſum oĩa in repu
blica:quæ uolui:& facile:& honorifice cõſecutus.Vbi autẽ Florentiã reuertiſti iidẽ Ni-
colaus:& Carolus maiore quadã audacia aduerſus me agere ſunt aggreſſi:Nã tuoꝝ: &
Clientiũ:& neceſſarioꝝ muniti factiõe:tãtum efficere potuerũt:ut publica doctoꝝ oĩ-
um ſalaria diminuerent̃:opinati ii ſane:ſi mihi quoq; ex publica mercede ſubtraheret̃ :
fore:ut ipſe neceſſario cogerer abire Florẽtia:ut qui ſine magno ſalario uir:qui parcere
pecuniæ nunq̃ didicerim.Florentiæ pro dignitate uiuere nullo pacto poſſem.At hic ui
dere tu Coſme perſpicue potuiſti:q̃ uniuerſa ciuitas me diligeret.Diminutionem illam

constitutæ pecuniæ doctores omnes tuorum opera assensi sunt:siue id arte:seu uero fuerit factũ. Solus ipse rei indignitatem nõ admisi. Qui mihi incõmodasse arbitrabantur: læti atq; exultãtes per urbẽ ferebãtur. putabãt homines stultissimi uoto se potitos: nescientes esse uirtutẽ deniq; apud omnes uenerabilẽ:& eam esse uim eloquentiæ:quæ in liberis ciuitatibus plurimũ semper ualeat. Nondũ secundus prætererat mẽsis: exquo p dños & collegia:quæ uocatis:doctoribus pmia fuerant diminuta:cum ipse uenı in senatum:ubi cũ pro re mea orationẽ habuissem:& moderatã:& simplicẽ: cõsurexere uon nulli familiares:& amici tui:& quidã etiã sanguine cõiuncti:in quibus erat Iulianus medices: Auerardi patruelis tui filius. Hi sane omnes aperto Marte cõtra postulata mea perorarunt:quãtũ potuerũt acrius magisq; apposite. Tum ego coactus ea necessitate:quã mihi res atq; ratio afferebat:nulla item circuitione usus:ita egi causã meã:ut non modo qui erant pro repu. & decoro:sed tui etiã fere oẽs pro me occulta suffragia redderẽt: Nã cum omnes in eo ordine sint septem ac triginta in reddendis suffragiis:pro mea cã fabæ nigræ trigintaquattuor sunt repertæ: Qui quidẽ bene sentientiũ aĩus ac fauor & si mihi fuit honorificus:cãm tñ præstitit inimicis:ut se magis ad nocẽdũ excitarent: Non multo.n.postea ambiendo:rogando:quærendo:incusando:monendo:adhortãdo per omne humilimæ submissionis munus tantũ sibi apud tuos studiũ uendicarunt:ut simulatione utilitatis publicæ uiri quattuor:ut scis:declarati fuerint:quibus præcipuũ ius est pmissum ad moderãdam publicã omnẽ impẽsam: Ii uero oĩum primũ salaria quæq; litteraturæ & disciplinæ:ut rem inutilẽ & indignã omnino abrogarunt:cũ dicerẽt nõ esse tẽpus discendi:sed belli gerendi. Quæ quidẽ res & si oĩbus bonis ciuibus uisa est indigna:tamẽ quia aĩaduerterẽt:eam pbari atq; laudari a tuis oĩbus:quiescebant etiã ipsi: ne in tuenda reip. dignitate aliquid paterentur indignũ. Solus hic philelfus in tã florenti: tam magnifica urbe iuentus est:qui causam nõ publicã minus q̃ priuatã ac suã & strẽue ãplecteretur & fortiter: Nam puocatione usus ad sapientes ciuitatis:qui uocantur:abrogatio ea omnis sapientibus ipsis pro usitata a priscis usq; annis cõsuetudine demãdat publico decreto. At ii:ut erãt uiri grauissimi atq; optimi:re mature & q̃diligẽtissime cognita:quod quattuor illi uiri de impensa studii litterarum disciplinarũq; liberaliũ abrogarãt:uanũ esse atq; fatuũ decernẽtes:nõ me solũ:qui puocaram:sed etiã reliquos doctores omnis pristinæ dignitati atq; emolumentis cũ ingenti totius ciuitatis lætitia ac plausu restituerunt. Tum inuidentiũ animi ardentioribus irarum ignibus inflamati:nõ clam ut antea:sed palam:& tanq̃ aperto Marte in aciem pdeuntes dictitare minitariq; cœperũt nõ oportere posthac uti magistratuũ adminiculis aut alicuius obtentu iuris: sed armis potius & cruore:cũ subderent turpe esse principẽ ciuitatis ab homine peregrino totiẽs superari. At quẽ uocãt illi pricipẽ ciuitatis Cosme medices Si te unũ illi non uocãt:quẽ alium possint:itelligo neminẽ: Nã & uiri nobiles cæteri semper mihi fauerunt:ac fauẽt: & populus uniuersus me plurimũ diligit. Tui uero:si per te licuerit:nõ modo mihi nõ sint aduersi:sed maxime omnium propitii:id quod ex occultis suffragiis quandoq; patuit. Quod ferrum autem cruorẽq; minentur:nulla ratione adduci possum:ut credam te passurum:ut quisq̃ potentia tua fretus tantum scelus:tantum facinus audeat machinari. Nam sine consensu tuo pugna sit aquilæ a graculis inferenda: Non enim istos pluris facturus sim:q̃ pygmeos Hercules. Ad hæc uelim tecum animo uolutes:quid in Nicolao & Carolo præcipuum uides:quapropter abs te mihi præferendi sunt: Num ingenium? num doctrina? num eloquentia? num morum elegantia. num uitæ integritas? Quod si nõ

ita frequento ædis tuas: ut isti quottidie faciunt: id occupationibus meis dato: Scis eñi publico docẽdi mũeri satis me facere oportere. præterea pudor uitæ parasitũ me eẽ ñ sinit. Non blandiri: non adulari: non assentari unq̃ didici. Siquid me uelis facere tua causa modo me feceris de tua uoluntate certiorem: factum puta. Nihil profecto frustra iusseris. Et prius q̃ uenissem Florentiam: diligebam te plurimũ. Et Florẽtiam posteaq̃ ueni: in hanc usq; diem nullũ prætermisi unq̃ officium amoris sũmi erga te mei. Itaq; rogo te atq; obsecro: ne patiaris cuiusq̃ inuidentiá plus apud te ualere: q̃ meá in te & fidẽ & obseruátiá. Vale. Florentiæ ex ædibus nostris. kal. Maias. M.cccc.xxxiii.

Franciscus philelfus Ambrosio monacho sal.

d E re mea te multum habuisse sermonẽ cũ uiro clarissimo Cosmo medice: & eũ de me amicissime sentire uæhementer gaudeo: præsertim cum tibi: ut scribis: sanctissime receperit mihi non modo non esse formidandum mali quicq̃: sed ne cauendũ quidem: Non. n. poteram subuereri: nequid aduersus me insidiarum instrueretur Verũ miror: quid Laurentius Cosmi frater: quotiens in me incidit: semper obliquat faciem: salutatusq; a me: respondet oino nihil. Sed qm̃ Cosmi fide debet mihi certius esse nihil: aliorũ mores ferã æquo animo. De diogenis aũt laertii uersibus quod perurbane expostulas: ne mihi succenseas: rogo. Nam partim occupationibus meis: partim animi molestia ob cõtinuas inuidorũ in me insidias factum est: ut uersus illos latinos facere: ut iusseras: distulerim in hãc diem: Sed geram profecto morem uoluntati tuæ: idq; prope diẽ. Diodorum siculum ad te dedi. Vale. Florentiæ ex ædibus nostris. vi. Nonas Maias. M.cccc.xxxiii.

Frãciscus philelfus Bornio salæ iurecõsulto sal.

e T te & uniuersam familiá tuá: imo nostram ualere perbelle: libenter accipió: atq; deum oro: ut ita q̃diutissime habeas. De me autẽ quod scire cupis: in freto nauigo siculo inter ancipites æstuantisq; procellas: & turbulentissimos fluctus Existimarã Bononiam solá ciuilibus factiõibus dissidere. Sed Florentia longe magis discordiis ac seditionibus feruet. Vtinam huc aut uenissem nunq̃: aut abire liceret pro dignitate. Sed neutrum mihi integrum esse uideo. Nuncius mihi fuit impedimento: quo minus tibi potuerim omnia explicare. Ignosce: ac Vale. ex Florentia. v. Nonas. Maias. M.cccc.xxxiii.

Franciscus philelfus Frãcisco barbaro sal.

a Ccepisse te mihi uõ commode esse Florẽtiæ: ita est sane: ut accepisti: Idq; quod recte auguraris: nulla mea culpa. Ad uos autẽ redire nõdum mihi est integrum. Cum licebit: te faciam meis litteris certiorẽ: Nam totũ hunc annum id quod permoleste fero: obstrictus sum reipu. Florentiæ. Occupationes meæ faciũt: ut tecũ hoc tẽpore lõgior esse nequeá. Vale. ex Florẽtia. v. Nonas. Maias. M.cccc.xxxiii.

Franciscus philelfus Leonardo Iustiniano sal.

l Audari abs te uiro amicissimo eodemq; & sapientissimo & optimo consilium meũ quod me tandem ex urbe Florentia tanq̃ ex officina sicariorum eripuerim non debeo non lætari. Ac feci id sane tempestiue: Nam si ad reditum Cosmi medicis i tanta gladiorum impunitate continuissem me Florentiæ: actum esset & de musis & de philelfo: Si. n. qua tempestate minus uirium habeat Cosmus: impune sicarius est paratus qui me trucidaret: quid factum tum foret: quo tempore eiectis omnibus uiris optimatibus: omne ius reipublicæ ad unum Cosmum delatum est: Sum autem nunc Senæ

inter humanos atq; bonos uiros:Apud quos mihi condicio pro temporũ fortuna fa/
tis honesta est.Soluũtur.n.mihi quotannis ex ære publico,aurei quiquageni ac treceni.
quadringenti quinquagita in hunc ãnum mihi Florentiæ fuerãt constituti.sed malo mi
noré pecuniá quiete & sine uitæ discrimine:q̃ multo maioré inter gladios: & uenena.
Ve urbi illi:quæ tanto amplissimoꝝ ciuiũ splendore orbata est : Quod aũt me horta/
tis:ut ad uos me recipiá:cõsiliũ de me tuũ & probo: & laudo:id quod etiá sequar:cum
honeste fieri a me poterit:Nunc.n.haud licet:Ná biéniũ Senẽsibus sum obstrictus.Va/
le.ex Sena pridie kal .Februarias.Anno a Christi Natali.M.cccc.xxxv.

Franciscus philelfus Leonardo arretino sal.

l Apus Castelliunculus auditor & familiaris meus renũciauit mihi tuo nomine a
bitioné istinc meá & permoleste tulisse te:quoniam priuatus esses iucundissima
nostra cõsuetudine:& rursus ꝓbare:quia istic esse non possem sine certissimo uitæ peri/
culo:adeo quosdá aíaduerteras inuidiæ flamis aduersus me in dies magis magisq; æstua
re.Vtrũq; certe quod mihi significasti:præ se fert ꝑspicuũ argumentũ singularis tuæ be/
niuolentiæ erga me.At ego sane mi Leonarde:quáq̃ libenter agebá florentiæ:cũ ob ali/
as plærasq; causas:tum etiá propter te eruditissimũ & optimũ uiꝝ:tñ eo magis æquo a
nimo florentia careo:quod inter istos flores multæ uiperæ delitescunt & eæ quidé ue/
uenosæ ac pestiferæ:Nec.n.te latet:quáta moderatione animi quáta etiá patientia semp
tulerim inimicoꝝ insidias.Itaq; ne semper impendenti naufragio subiacerẽ:ex istis quot
tidianis & turbulentissimis fluctibus in ꝓximá Senæ urbis stationé hanc me recepi:ubi
tam diu futurus sum:donec aliquis secũdior flatus in tutioré portũ aliqué me cõuexerit
Nam ne hic quidé satis tuto me agere posse uideo ꝓpter istorum ꝓpinquitaté: quibus
uitam meá odio esse aíaduerto.Sed hac de re satis.Tu uelim me facias certioré de om/
ni tuo statu.Vale.ex Sena.iii.Idus Apriles.M.cccc.xxxvi.

Franciscus philelfus Albertho Zancario sal.

e T recte quidem tu mi Alberthe & peramice facis:quod de me nunq̃ desinis ali
quid cogitare:& agere:quod honorificũ mihi & fructuosum sit. Cõditio : quá
mihi ꝓponis nomine tuæ florentissimæ reipublicæ:talis est:ut eá non modo non ípro/
bẽ sed & ꝓbẽ potius & laudẽ. Cæterum breui respõdebo tibi.Vale.ex Sena pridie Idus
Apriles.M.cccc.xxxvi .

Franciscus philelfus petro perleoni sal.

f Ilentiũ tuũ tá diuturnũ tácq; inusitatũ suspicioné mihi affert:nescio quá.Itaq; si ti
bi bene est:ut & opto:& uolo:scribe ad me q̃primũ:quo tecũ una gaudeá . Sin
secus est:id quod minĩe oium uelim:scribe etiam mihi:quo tibi cõsilio saltẽ ꝓdesse pos
sim.Vale.ex Sena pridie Idus Apriles.M.cccc.xxxvi.

Frãciscus philelfus.Ioánifrácisco gallinæ sal.

c Vm superioribus diebus splendidissimus eques auratus petrus Michael Senen/
sium legatus istinc Sená reuertisset:Barnabas humanus ac modestus iuuenis : q
cum illo Mediolanũ petierat:mihi uerbis tuis renũciauit:bono ut essem aío ac fiducia:
Fore enim:ut ad paucissimos usq; dies tua & humanitate & opera:quod maxime sem/
per concupieram:atq; exoptarã:tãdé assequerer.pergratum.n.esse desyderiũ studiumq;
meum magnanimo isti inuictissimoq; principi.Fuit ꝑfecto mihi huiusmodi nũcius iucũ
dissimus.Expectaui igitur cõplusculos dies:rursusq; expectarẽ:si uel per inimicoꝝ Flo/
rentinorũq; insidias:uel per calamitates tẽporum liceret:Sed uides tu:quanta arte qui/

busq; conatibus hi perditissimi & facinorosissimi homines:qui florentiæ tyrãnida nũc gerunt:cum aliis uiris optimatibus ꝓscriptis oĩbus:tum mihi in primis uitã eripere moliuntur:Quod eo facilius sibi factu fore arbitrantur:quoꝓpter loci propiquitatem me opportuniorem habent:in quem desæuiant.Mouet me secundo loco nõ minus aeris ĩclæmentia:quæ in dies magis atq; magis cum multoꝝ pernicie & iteritu icrebescit:crudescitq;.Fuerit igitur humanitatis tuæ:ut quod mihi iãpridẽ hac iter faciens corã receperas:nuperq; uel nixius cõfirmasti:iam tandẽ ꝑsoluas:Nam quãq̃ munificẽtissimus iste priceps q̃plurimis abũdat & prudentibus & eruditis uiris:tñ fideli & inocẽti deesse nemini põt apud eũ locus Atqui si is unus essem:qui pro uolũtate iter capere atq; expedite possem:aduolassem ad uos iãpridẽ.Sed quæ aliis uoluptatẽ afferre cõsueuit: familia mihi hoc tẽpore sollicitudini est:Nã neq; hanc deserere debeo:neq; mecũ sine certa spe possum adducere.At ne dubitẽ quidẽ:si quid accuratius elaboraris:futuꝝ:ut & q̃primũ & recte huic meæ pientissimæ uoluntati tuo beneficio mos gerat᷑.Id aũt æque te uelle pro tua humanitate ac posse exploratissimũ habeo. proinde reliquum est:ut curriculo trãsigas:oĩnoq; cõficias:quod cœpisti.Hac una re me tibi sũmo & imortali munere deuinxeris:& animũ in te meum nõ igratum experiere.pudet meꝑfecto hac de re pluribus ad te scribere:ne de tua uel beniuolẽtia in me:uel beneficẽtia erga oẽs diffidere uidear.Sed quæ me urgent:itelligis.Rogo te etiã atq; etiam:ut quicquid i me officii collaturus es:es autẽ plurimũ:breui id cõferas:& cũprimum facultas datur. Facultatẽ uero nõ minus cõsiliũ & industria q̃ aut tẽpus offerat:aut locus.Et hac de re satis.Erit cũ hisce litteris satyrica quædã exhortatio:uersibus a me scripta ad inclytum istum principẽ pro Genuensibus & exulibus Florentinis.Hanc uelim:cures is aut intelligat:aut saltẽ uideat.Nec.n.dubito:quã uiderit:datuꝝ etiã operã:ut itelligat.Vale.ex Sena Idibus Aprilibus.Anno a Christi Natali die.M.cccc.xxxvi.

Franciscus philelfus Autonio panhormitæ sal.

t Erentium:quẽ esse apud me uoluisti:illi ad te dedi:cui tu per litteras dari iusseras.Lucretius:quẽ tãtopere flagitas.si meus esset:cõtinuo ad te iret:Sed de re aliena irrequisito dño:nihil mihi agendum existimo.At non requisiui modo:uerũetiam rogaui:atq; oraui dominum eius Codicis:ut sineret me in re sua liberalem esse. Saxei ẽ capitis ac plane inexorabilis.Nullo pacto iduci põt:ut Neapolin Lucretius nauiget: ueritus:ne qui ob poculũ amatoriũ furuerit :rursus sirenis parthenopes ueneficio intereeptus:insaniat.Vale.ex Sena.iii .Idus Octobres.M.cccc.xxxvi.

Frãciscus philelfus petro perleoni sal.dicit.

q Vas unas dedisti ad me litteras:eo iucundius lectitaui:quo diutius eas desideraram.Et ut quæ tibi secus ac uolueras:acciderunt mærore me affecerunt:ita quæ ex sententia contigerunt:mirificam mihi uoluptatem attulere.Deus tibi cœpta in dies magis magisq; secundet.Tu interim facito:ne tibi ipse defuisse uideare.Dicteria plutarchi ad Traianum Cæsarem:quæ in latinum uertimus:propediem dabo ad Ioannẽ Cornelium hominem clarissimum.Et cum his orationem quoq; & acrem:& longiusculam mittam ad te:& quidem talem :qualem ñ poggius mõ: sed Cosmus etiã ipse medices mlto magis doliturus sit.Nũc uero ad id:qđ petis:Cupis tu qdẽ a uobis scire:an lachryma aspirationẽ admittit.Reuocas nos ad grãmaticos:Mos tibi tñ gerẽdus ẽ.Si ui naturæ rõnẽq; attendimus:nulla cõsonãs ĩ latinis dictiõibus aspirat᷑.Fecit tñ doctissimorum hominum cõsuetudo:idq; iampridẽ:ut quorum uerborũ consonantes aspirationem re

eiperent:ut inchoare.pulchrum.sepulchrũ.lachryma.Et id sane ob eam rem factum exi
stimo:quo eiusmodi cõsonans uæhementius sonet:Tametsi inchoare si a chaos descẽ
dit:id quod non ab re dictũ a quibusdá puto:ab sua ipsius origine aspirationẽ seruat.
Quod aũt mones dictitare istic quosdá nõ lachryma esse apud.A.Gellium:sed latrina:
& ita quodá in codice legisse te:profecto codex iste latrinarius quispiá est:Nam hi oés
quotquot in tuscia sunt:Gelli codics::habent lachryma non latrina: q & emẽdatissimi
sunt:& istorũ oium:ut ita dixerim:parentes.præterea duo me ad hác rem plurimũ mo
uent:quod & Romæ in quodá uetustissimo monumento:& in illo meo:quẽ nosti:de
natura deorũ antiquissimo Ciceronis codice lachryma & cũ aspiratione & per.y.tenue
scriptum aduerti.Quo fit:ut etiam græcũ esse nomẽ:hoc est a græco ductum quod illi
δάκρυον uocant:nequaquá dubitem.Quod autem.d.in.l.mutata sit: nihil est:quod
miremur:Nam &.l.in.d.& rursum.d.in.l.plærũq; mutari inuicem consueuerunt. Quip
pe & μελετᾶν meditari dicimus & allido pro adlido.& mediusfidius pro eo qđ est
ꝑ Iouis filiũ.Videmusq; apud uetustissimos latini eloquii auctores nonnunq̃ lachruma
pro lachryma usurpari.Nec id ea ratione:qua optumus:& maxumus : ꝓ optius:& ma
ximus dicit̃:sed potius ut fuga pro φυγᾶ.tu pro τῦ.mus pro μῦσ.suis pro σῦσ.thus
pro θύσ.& id quidẽ dotiensiũ more:qui pro.y proferre.u.consueuerunt : q̃uis placuerit
& Varroni & prisciano nomen hoc nõ a græco:sed a latino uerbo quod tundo est de
riuari:cupiẽtibus iis quidem:ut existimo:blandius hac uia latinis uti:qbus admodũ gra
tificari uoluerunt:quasi nostris ẽt armis ius nostrũ tueri possimus.Siquis autem miretur
quur lachryma aspiretur:cũ δάκρυον sit iaspiratum:repetat memoria ipse secum etiá
ἄγκυρα καὶ τρόπαιον καὶ πυθὸσ apud græcos nõ aspirari:At áchora:& trophæ
um:& phythius apud nos uulgo aspirant̃.Idemq; & in horchus:& in lurcho intueri li
cet.ὄρκοσ eni nunq̃ aspirant græci:nec itidem λάρκοσ:quod est cophini genus:unde
lurcho deductum est.Fit id inquá sæpe:ut ualentius sonet dictio.Nec in consonátibus
solum:sed in uocalibus quoq; inuenias idem obseruatũ.Sic mihi dictũ est.sic ahenũ. sic
hallucinari sic bonus.sic honustus:quod tñ permulti uolũt nõ ab honus:sed ab honos
descendere.sic helluo & helluari.quod ab edo manat:sic uæhemẽs quod ex uæ & mẽs
componi arbitror:tametsi uæhemens eo quidá dictũ uelint:quo uæhatur eminentius.
permultaq; huiusmodi inueniri licet:qbus eruditissimorum usus:qui ipse rõnem faciat:
aspirationem suo quodam iure addiderit.Itaq; non est mirandũ trahere & uæhere aspi
rari.Fit enim non solum differentiæ causa:ut quibusdam uidetur:sed etiam magis ut au
gmento spiritus sonátius proferant̃:sicuti etiam in ꝓhendo.uæhemens.aha.uaha. ohe.
& in similibus patet : Nam cohors a cohortando dicitur.nihilum uero ex ni & hilum
compositũ est.Sed de his hactenus.Quod de statu nostro certior fieri cupis: Nos hic
ualemus recte. Et cõmode .Sane & honestissime agimus . Id unum est:quod uirtutem
ociosam esse non sinat.Quotidie puccini homines impurissimi per ueneficos ac sicari
os uitæ nostræ insidias tendunt.Ego autem non modo intrepide me constanterq; de
fendo:sed omni etiá cura:& industria molior:efficio:ut permagno ipsi detrimento per
nicieq; premantur:ac extremo conficiantur exitio:Id quod breui diuina benignitate fu
turum suspicor.Qua in re illud est:quod me unice perturbet : Venetos iustissimos san
ctissimosq; uiros.quibus omnia iure debeo:puccinorũ socios appellari:siqua fortasse ra
tioni & constantiæ cum temeritate & furore : si fidei cum perfidia:si pietati cum scelere

esse societas ulla possit. Vale. Ex Sena Idibus Sextilibus. M.cccc.xxxvii.

Franciscus philelfus Leonardo Iustiniano sal.

n Escio quo tandem iure te adeo offirmaris: ut contra oẽ uel amicitiæ: uel humãitatis ius meos mihi libros ac uestis nõ restituas. Tuæ eñi iustitiæ fuerat: qui te iustinianũ cognomines: ut quæ apud te deposuerã: tuæq; fidei cõmẽdaram: mihi pro tua fide tuaq; inocentia restitueres. Quare te & hortor: & moneo: ne me diutius uana spe ludas: ne iuria me afficias: ne me ueteris amicitiæ nostræ obliuisci cogas. Vale. Ex Sena Idibus Sextilibus. M.cccc.xxxvii.

Franciscus philelfus Lapo Florentino sal.

p Etis a uobis: qui apud Homerũ uersus ille intelligatur: quo Agamemnon ueluti cõuicio a Calchãte acerbius lacessitus respõdet: βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. Dicis eñi Ambrosiũ monachũ ita iterpretatũ uolo ego populum saluũ esse: aut populum perire. Et inepta hæc sane interpretatio est & falsa. Subdis Carolum codrũ interpretatum aliter: quippe qui ab Ambrosio dissentiens ita expo suerit: uolo ego populum saluũ esse: aut meipsum perire. Et inepte is rursus & praue. Errat autem uterq;. At ne id quidem mirum: nõ enim ii sunt: qui græcæ orationis significationẽ. proprietatẽ. differentiam. elegantiam teneant. Et ut reliqua omittam: is oĩs error est inde: quod illius dictionis ἢ significata non norunt. Significat eñi uel significat an. & hæc quidẽ uulgo. Significat item q̃: pro ut eo in cõparatiuis aduerbio utimur. & quẽadmodum apud nos q̃ significat interdum & non: sic etiam hoc loco ἢ cum tenui spiritu & accentu graui significat & non. Respondet eñi Agamemnon uelle se populi salutem & non perniciem atq; interitũ. Quod quidem si minus philelfi auctoritati stare decreueris: & apud Aristarchum: & apud Aristotelen & apud porphyrium cõmentatores in Iliada eosdemq; diligentissimos doctissimosq; uiros pdiscere plane queas. Quæris secũdo loco: an ἀεὶ aliud q̃ semper significet: Nam eosdẽ Ambrosium & Carolũ affirmare eam dictionem aliud prorsus nihil q̃ semper significare: At inuenisse te plærumq; apud Thucydiden eãdem ipsam dictionẽ ἀεὶ: quæ eiusmodi significatum recipere nullo modo possit. Recte tu quidem dubitas: significat enim non solum semper: sed qñq; diu: ut Homerus ἔχω ἡ κότον ἔμμενες αἰεί. Et Sophocles. ἐλελοιπότα κεινοῦ τὸν ἀειβίοτον ἐξεπίσταςο hoc est diuturnam senectutẽ: diuturnam uitam. Quandoq; autem significat usq;: ũde Thucydides in prohœmio οὕτως μὲν οὖν μοι λεῦραει τείνει λόγοις. Quas equidẽ easdem significationes inuenias usq; apud nos habere. Vale. Ex Sena pridie Nonas Septembres. M.cccc.xxxvii.

Franciscus philelfus Ambrosio monacho sal.

r Edditæ mihi sunt litteræ tuæ: quas uidi libenter: & legi libentissime. Quod aũt significas meas ad Lapum litteras: Florentiæ interceptas. incidisse in manus tuas & in iis lectitasse te meã in exponendis dictionibus qbusdam græcis sententiam: quam minime repræhendas: sed meũ in conuitiũ ægerrime tulisse. Fateor litteras a me scriptas & eas dictiões expositas. Quod ãt ɔuitiũ putas: cauillũ fuit: quo ppea sũ usus: ut aiaduerterẽ: q̃ æquo aĩo laturus esses: qđ uł iure ac uero dici mordacius i te posset. Nõ igiť uitiodes: si ego summis iniuriis: & cõtũeliis lacessitus: familiari bus istis tuis & orõnibus & satyris par pari: ut diciť: retulerim. Quod ãt polliceris te meũ & eẽ: & fore: gaudeo. Nulla i re desyderabis officiũ meũ. De Cosmi medicis i me aĩo nihil ẽ: qđ minus credã: Nã q̃ me sit exosus: iãpridẽ exptus sũ istius i me beniuolẽtiã philippus sicarius declarat. Itaq; de recõciliãda grã mihi posthac uerbũ nullũ facito: Scis ipse uenenisq; utaŕ. Ego aũt igenio

& calamo. Vale. Ex Sena kal. Octobribus. M.cccc.xxxvii.

Franciscus philelfus Ambrosio monacho sal. dicit.

p Aucis respondebo tuæ prolyxiori epistolæ. Ego amicitiã Cosmi medicis nolo: inimicitias contẽno: Nã & infensi aĩ simulata beniuolentia nihil ẽ pniciosius: & ego ita prudẽtiæ armis muniui me: ut nullas insidias ptimescã. Vale: Ex Sena. v. Idus Decembres. M.cccc.xxxvii.

Franciscus philelfus Mediolanensiũ ac Ligurum principi philippo Mariæ Anglo Sal. dicit plurimam.

f Vut qui Alexandrũ regẽ Macedoniæ magnũ illũ eo magis laudandum censeãt: quod aliũ neminẽ neq; uiderint: nec audierint: nec legerint: quẽ ulla cũ illo liberalitatis ac munificẽtiæ: uel magnitudine uel splẽdore cõparandũ esse arbitrent. Et profecto nulla oĩo alia uirtus est: quæ magis sũmis uiris singularẽ hoĩum beniuolẽtiam paret: ac seruet: q̃ opportũa quædã & eximia beneficẽtia. Quod quidẽ propterea fieri existimo: quia tanta sit præstãtis huius diuinæq; uirtutis raritas: ut uix tandẽ rariores phoenices putem: siquis tandẽ phoenix esse possit: Atqui quanto aliquid in bonis rarius sit: tanto ẽ pulchrius. tanto admirabilius. tanto carius. Cogitanti igit̃ de te mihi & imortalis tuas iauditasq; uirtutes aĩo uolũtati non solũ Alexander ille oĩum litteris atq; sermonibus celebratus plane absolere: sed oĩs etiam humani generis memoria: oĩs ætas uidet̃ indigna: quæ cum ullius tecum excellentiæ laudibus conferat̃. Vt enim reliquas uirtutes tuas quæ multiplices sane & obstupendæ sunt oẽs: in præsentia omittã: quantũ hac ista illustri munificentissimi regalisq; aĩ tui præclaraq; uirtute mortalis cæteros superes: atq; longissime ante eas: satis superq; testant̃ inclyti Aragonũ reges & tot præterea ac tãti illi: & ex utraq; Hispania: & ex Italia: & e Sicilia principes inuictissimiq; duces: quos ad Caietam nuper una felici illa & maritimi: & terrestris prœlii formidabilisq; uictoria in triũphum egeras: imo cũ in triũphum agere non secus posses: q̃ deberes: non mõ non egisti: sed iis honoribus: & splẽdidissimis muneribus cumulasti: qbus nihil esset illustrius. nihil magnificẽtius. nihil deniq; regalius: Adeo ut q seruitutẽ perpetuã iure optimo meruissent: nõ modo se liberos tua benignitate: sed multo maioris potentiorisq; factos intellexerint: q̃ unq̃ antea fuisserit. Quis igit̃ fuerit ita saxeus. ita ferreus. ita oĩs humanitatis atq; sensus expers: qui minus iisce te laudibus prosequendũ existimet: quæ & inusitatæ sint & apprime ĩmortales. Sed quid nũc prætenta. qd aliẽa cõmemoro: ea præsertim quæ & multa dicẽdi uolumina expetũt: & de qbus nulla gens. nullæ litteræ. nulla posteritas conticescet: De ĩeipso habendus est sermo: hoc ẽ de præcipua facilitate erga me tua liberalitateq; singulari. Redditæ eni mihi sunt ad tertiũ Idus quintiles pbenignæ litteræ tuæ: qbus tum debitam meã erga te fidem atq; obseruãtiam magnifacis: mirificeq; extollis. tum ut ad te ueniã: ac munificentiam tuã præsens experiar: q̃humanissime inuitas: q̃studiosissimeq; hortaris. Quæ res quantã mihi attulerit uoluptatẽ: uł felicitatẽ potius: non facile expresserim: Visus sum eni deum testor: tuis litteris deum aliquẽ audire. pro quo tuo tã bñficio: tã excelso erga me aĩo: quid referã: quid pollicear: nihil habeo. Nam meã fidem & pietatẽ iampridem dedicaui tibi: ac deuoui. Itaq; si uitã. si aĩum tibi meũ deditũ esse aĩaduertis: quid ẽ: quod hoc tẽpore uel te: uel beneficẽtia tua dignum recipere ab me queas: Ni fortasse illud desyderaris. ne patiar tantam hanc istam & tam excellentem benignitatem tuam: ubi ea minus utar: fruarq;: perituram in uentos. Quod ingratitudinis teterrimum crimen ne unquã mihi obiiciendum sit: utar equidem istius-

modi tua beneficẽtia: ac fruar & libenter: & tempestiue: Nã quid mihi gratius possit diuinitusue cõtingere q̃ uel tua uti benignitate: uel tuo aspectu frui: quẽ æque atq; numen aliquod in terris colo. Cũ primum igit̃ licuerit per eas occupationes: qbus publico munere sum obstrictus: ibo ad te. Vale. Ex Sena Idibus quintilibus. M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Ioanni palæologo Regi & Imperatori Romanorum ac semper Augusto sal. d. p.

g Ræcæ prius respõderã græcis litteris tuis. Nunc latine tibi locuto per litteras latine respondeã: necesse ẽ. Vellẽ equidẽ liceret mihi obire: quod iubes: Nã nihil est apud animũ meũ antiquius q̃ tuæ obsequi uoluntati: Cui nihil est: qđ post deum nõ debeam. Tua in me multa cũ apud te Constantinopoli agerẽ: & maxima beneficia nulla unq̃ deletura est obliuio. Quibus me muneribus nõ donasti: quibus honoribus nõ ornasti: Verum qđ fieri non põt: qui ab me fiat: ignoro. Sum ãnuo munere Senensibus obligatus. Si ante constitutã diẽ decederem: fidem meã desyderarẽt: sibi uerba data dicerent. Quod ais daturũ te operam: me fide Senenses liberent: Non eni existimare te futurũ: ut hi tã pio unionis: quã uulgo noiant: operi aduersent̃: quin potius cũ mea istic p̄sentia ob interpretandi munus tã uæhementer sit opus: nec alius quisq̃ ad rẽ tantã satis idoneus reperiat̃: accessum istuc meũ facile & æquo aĩo patiant̃: soluerent me fide fortassis: & abire Senenses paterent̃. Nec petenti tibi aduersari auderent: Ego aũt hominũ animos & in cute: & intus noui. Arte me usum uel occultis iudiciis insimularent. Aut cupiditatis aut leuitatis accusarẽt. Quare noli obsecro rex optime: & Imperator maxime: qđ multis meis p̄magnisq; laboribus & fidei mihi: & grauitatis nom̃ ab ineũte ætate uẽdicaui: id breui maxima cũ labe amittã. Adde etiã: quod ne istic quidem eẽ sine uitæ periculo unquã possim: Nã hi qui nunc Florentiæ tyrannida gerũt: sunt mihi uæhemẽter ĩfensi: Idq; nullã ob meã culpã: sed ob id dũtaxat: quod me uiris optimatibus quos patrio solo exterminarunt: affectum ĩpurissimi hoies norant. At quantum Cosmus medices factionis princeps reliquiq; puccini apud Eugeniũ ualent & opibus: & gratia: poteris cũ uoles: nõ obscure p̄discere. Itaq; ut & salutis: & ĩcolumitatis meæ rõnem habeam te nõ uelle modo: sed ẽt iubere nõ sum nescius. Quod hortaris: Ioannẽ manũ filium ad te mittam: faciã id quidẽ nequaquã inuitus. Quid enim mihi optatius cedere possit: q̃ meũ dilectissimũ filiũ uel hospitio tuo: uel disciplina uti: qui oĩum Christianorũ principum & dignitate sis maximus: & uirtute primarius. Vale mi Auguste. Et me illum fore tibi p̄suade: quo cũ uoles: pro tuo iure oĩbus ĩ rebus usurus sis. Ex Sena. xii. kal. Septembres. M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Eugenio quarto sũmo pontifici sal.

m Eus erga te aĩus & ĩtegerrima fides pater sanctissime esse tibi debet p̄multis argumẽtis iãpridem & p̄specta & cognita. Quare si hoc tempore minus præsto quod iubes: non mutatæ meæ id uolũtati: quæ eadem est quæ semper fuit: sed necessitati potius dato: Non enim te fugit: quo est in me animo & Cosmus ipse: & factio Cosmiana. Sine maximo meo uitæ discrimine diutius istic uersari non possem. Quod autẽ mones: tuæ fidei credam me: credo equidem. Scioq; tua fide: tuaq; sanctimonia nihil innocentius. nihil constantius. Verum inimicorum proditorumq; p̄fidiam iampridem expertus sum p̄magno meo cũ incõmodo. patere igit̃ obsecro: ut bõa tua cũ uẽia uitæ meæ ac saluti cõsulã: Non eni in tãta eruditissimorũ & disertissimorũ hoĩum copia: q & græca latine: & latina græce p pulchre ĩterpretent̃: tibi deesse poterũt. Vale. ex Sena. iii. Nonas

Septembres.M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Senatui & populo perusino sal.

e T humánitaté erga me uestrá uehemẽter ãplector: & liberalitaté maxi facio. Doleo aũt: & ꝑmoleste fero: quod his tẽporibus litteræ mihi uestræ redditæ sint: qbus iá aliis fidé dederá. Hác uero inuolatá ut præsté: & ipse cogor: & uos idẽtidem uelle non dubito. Quod si tẽpestiuæ uestræ ad me litteræ aduolassẽt: essem ꝑfecto desyderio uestro: icredibili mea cũ uoluptate obsecutus. Ornassemq; uestrá istá splẽdidissimá iuuẽtutem pro uirili parte nõ modo eloquẽdi: sed etiá uiuẽdi laudatissimis artibus. Quoniá igitur hõestaté causæ itelligitis: ignoscite mihi: si minus hac in re expectatiõi uestræ respõderim. Valete. Ex. Sena Idibus septẽbribus. M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Senatui & populo bononiẽsi sal.

i Ngratus certe sim: si tot a uobis & litteris & nũciis iuitatus: ut pulcherrimis: & ãplissimis ꝑpositis præmiis apud uos ãnuum oratoriæ: ac philosophiæ tradẽdæ munus: q̃ apud alios hac tẽpestate obire malim: igratus sim inq̃ ac sũmope accusãdus: si minus uobis i amore respondero. Aiaduerto.n. non sine icredibili quadá beniuolẽtia aduẽtũ uos meũ tam mirifice cupere: Non.n. is sum: cuius i urbẽ uestrá aduẽtu accessio ulla nobilissimo ãplissimaæ oium artium disciplinaæq; gymnasio isti uestro fieri queat. Sed q̃tum itelligere cõiectura possum: meá erga uos uestráq; remp. pietaté: uel ex eo usque tẽpore uobiscum repetitis: quo iá anno undecio & ãplius primũ Bononiæ docui. Ac ꝑfecto nihil i hác diẽ mihi Bononia gratius: nihil iucũdius uisum ẽ. Nec me recens hæc iuasit opinio: Idẽtidem.n. iudicaui semp. Sed reip. istius uestræ uehementiores ꝑcellæ: turbulẽtissimiq; fluctus qui p id tẽporis cõtinuo sũt secuti iuitũ me istinc renitentẽq; eiecerũt. Verent̃ musæ naufragiũ. quieté amát. oderũt tẽpestaté ac fragoré oẽm. Quáobrem cũ pacata uos rep. tráqllaq; ciuitate uti itelligo: & uestræ gratulor: & meæ lætor felicitati. Habeoq; imortali deo sempiternas gratias: qđ meis de uobis optatis fortuna tádem responderit. Quæ res facile me iduxit: ut uestro desyderio satisfaciá. propediẽ igit̃ ad uos uenia ea ai siua ut futurus tá diu apud uos sim: quoad ꝑ philippũ Mariá anglũ cui spõsione fidei sum obstrictus: mihi licuerit. Valete. ex Sena. Idi. septẽb. M.cccc.xxxviii

Fráciscus philelfus Antonio panhormitæ poetæ sal.

b Ononiæ hoc semestri futurus sum: hoc ẽ a kal. Ianuariis ad kal. Quitiles: táetsi ãte kal. Iáua. Sena decedere nõ possum. Decreuerũt auté nobis Bononiẽses i id tẽporis ducatos quadrigentos q̃nquagita: qđ præmiũ antehac nemini unq̃ nõ Bononiæ mõ: sed neq; i italia cuiq̃ datum ẽ. Id qđ tibi ꝑ nostra beniuolẽtia uoluptati fore certo scio: qppe q amicoꝝ cõmoda & honores tua cõmoda honoresq; esse ducas. postea uero ad constitutam kalendarum quintilium diem bonõiensibus relictis: concedam Mediolanum ad nostrum illum diuinum principem philippum Mariam anglum: Is eim me suis ornatissimis: & munificẽtissimis litteris ad se deuocauit. Quare siquid me uis facturum: in te est. Tu me optimo regi Alphonso commendato. Vale. Ex Sena. Idibus Septembribus. M. cccc. xxxviii.

Franciscus philelfus Rhaphaeli fuscherario sal.

t Vam in me singularem beniuolentiam magnifacio. Quod autem hortaris: properem ad uos eam: ueniam enim non mediocriter ab omnibus expectatus. Hortaris tu quidem: ut aiunt: equum lydum in campum. Quare & si Senenses decessiõi meæ molesti sunt: faciam tñ itelligas: quantum apud me põdus tuæ amicissimæ litteræ

habuerit

quæsierint. Vale. Ex Sena Idibus Septembribus. M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Lapo Castelliunculo sal.

n On possum tuã diligentiã nõ probare & fidẽ pietatẽq; erga me. Mones insidias caueã: esse eni quosdam: quos mei nois splendor offendat: & iccirco mihi exitiũ machinari. Ego aũt q̃q̃ non sũ ignarus. quod uulgo dicit̃ apud græcos: τὸ εἱμαρμένον ἥξειν: nihil tñ omitto: qđ meæ salutis interesse putẽ: Nã prudẽtis consilio fieri posse censeo: ut oĩs uis necessitatisq; fatalis aut repellat̃: aut diuertat̃: aut leuius saltem offendat. Tibi autẽ gratias habeo: quod omni in re te mei studiosissimum præstes. Vale. Ex Sena pridie kal. Octobres. M.cccc.xxxiii.

Franciscus philelfus Leonardo arretino sal.

q Vanq̃ scio meos oĩs familiares uel nulla mea cõmẽdatione tibi esse cõmendatissimos: non tñ omittã: quin abs te petã: atq; contendam: ut si me ames: Lapũ nostrũ perdoctũ & perdisertũ uirũ quibuscũq; rebus poteris ita tractes: ut itelligat meam apđ te cõmẽdationẽ plimũ ualuisse. Vale. Ex Sena pridie kal. Octobres. M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Leonardo arretino sal.

q Vicquid saxolus pratẽsis auditor noster uerbis tibi meis exposuerit: sic habeto: ac si corã ipse tecum loquerer: Nihil est enim dicturus tibi: quod ab me non dicendum acceperit. Vale. Ex Sena kal. Octoribus. N.cccc.xxxviii.

Francisci philelfi Epistolarum Liber Tertius.

Franciscus philelfus Francisco Sphortiæ Impatori sal.

q VOD antea instituerat cõsiliũ magnanĩe Impator festinat hoc tẽpore necessitas: Nã cũ ab humanissimo socero tuo philippo Maria diuino principe essem nup ornatissimis litteris ut ad se irem: q̃ liberalissime inuitatus: & id me factuꝝ ipse recepisse: decreuerã eq̃dem anteaq̃ Mediolanũ concederẽ: & te uisere: & patriã: quo beniuolũ in se alter: altera gratũ me esse experiret̃: Et eni patriæ oĩa debeo: ab qua genitus. altus. educatusq; sim. Tibi uero ob p̃stantẽ aĩ tui ꝓbitatem inauditãq; magnitudinẽ iãpridẽ incredibili quadã beniuolẽtia obseruãtiaq; afficior. Sed mea hæc aĩ sententia turbat̃ his rumoribus ac nũciis: q de tua in Tholentinatis meos ira obsidioneq; afferunt̃: Nunciat̃ eni uulgo te infesto agmine ingẽtiq; rerum oium & formidabili apparatu ꝓcessisse i Tholentinatem agrũ. Eoq; igni ferroq; uastato obsidere oppidũ: atq; ipsis ciuibus nõ captiuitatẽ & seruitutẽ modo: sed omnẽ contumeliã cædẽq; minitari. Quæ quidẽ ipse audiẽs sũ æque miratus: ac dolui: Qui enĩ fieri põtuit tanta & tã eximia uirtus tua q̃cq̃ audeat uel ppetrare: uel moliri: qđ non solũ ab aĩo magno elatoq; abhorreat: uerũ ẽt iniquũ sit & tetrum: & ĩmane: Nunqđ ludibriũ illis necemq; miniteris: q & forti aĩo: & inuicto patriã salutem dignitatẽq; tueant̃? At eos oĩs q se pro patria deuouissent: i magnis uiris habendos esse uniuersa canit ãtiquitas. An id facturus es: quoniã tibi Tholentinates aduersi sunt: tuosq; uehementissimos conatus pertinacius remorantur? At non solũ quid tibi cõmodũ sit: sed quid illis conueniat: debes considerare: Nam quoꝝ fidem putes in te certam fore: si eos perfidos in se fuisse cognoris: Quod si apud barbaros etiam uirtutem interdũ uenerabilẽ extitisse accipimus: quid tibi faciundum sit: cogita: qui ad laudem: qui ad gloriam natus sis. Es ne

oblitus longe magis arte atq; beneficentia:quã aut minis aut etiam ui & parati:& con
seruari regnũ?Quibusnam rebus Cyrus a Medis iperiũ ad persas trãstulit? Nõne indu-
stria:& animi magnitudine?Quibus Alexander ad Gãgen usq; penetrauit? Nõne pru-
dentia:ac benignitate?Quibus tandem.G.Iulius Cæsar orbis terræ principatũ adeptus
est?Nõne cõsilio:& Clementia?Nam Romulus q̃diu humanũ sese:& mansuetũ præsti
tit:quasi numen in terris est habitus.Cũ primũ imperiosius uoluit rebus uti:ab iis in il-
lum sæuitum est:quibus carior esse iucũdiorq; debuerat.An ultio te delectat: quod ali-
quid fortassis aduersus te:id quod tñ haud cõcesserim:Tholentinates conati fuerĩt? At
ulcisci fœminarũ philosophi:nõ magnanimi principis:nõ Frãcisci Sphortiæ esse uolũt.
Audi quæso sapientẽ illũ Macedõiæ regem philippũ Alexãdri patrẽ:qui cũ urbes græ
ciæ:quæ malo in eum aĩo esse uiderent:atq; nouis rebus plærũq; studerent:quidam cõ
sulerent præsidiis esse cõtinendas:respondit:malle pulchrũ se longum tempus:q̃ herum
breue appellari:Intelligebat.n.rex prudentissimus ea eẽ tutissima præsidia munitissimas
q; arces:quæ in hominũ beniuolentia caritateq; fundatæ ac firmatæ forent:Nam aduer
sus iustum ideq; cõmune oium odium nullæ uires esse:nulla ingenia satis possunt.Qua
re idem philippus eos:qui amarius Atheniẽsibus utendum esse cõsulerẽt:insanire dice-
bat:qui hominẽ:qui ad gloriã oĩa agendo patiendoq; referret:gloriæ theatrũ iuberent
amittere.Non.n.quoniã se liberos Atheniẽses:q̃ seruos mallent:dignos rex præstãtissi-
mus censebat:in quos grauius aĩaduertẽdũ esset.Merito is igit optimoq; iure a Theo-
phrasto tradit non solum genere & dignitate regia:sed etiã cum fortuna tum moribus
maior cæteris regibus:ac moderatior extitisse.Idem q̃m populorũ ingenia moresq; cal-
lent:admonebat nõ absurde Alexãdrum filiũ:ut & blãde sese utendũ Macedonibus gra
tiosq; præstaret:quo multitudinis sibi uires cõpararet.Capiunt inquã animi populorũ
nõ minis:nõ terroribus:non ui:sed cum aliis nõnullis humãitatis officiis:tum blãditiis
maxime:quibus cũ minus apte Scipio ille posterior Africanus olim uteretur: repulsam
habuit consulatus.Itaq; siquid præter uoluntatẽ tuã princeps inclyte Tholentinates au
si fuerint:tuũ esse duco non modo ñ ulcisci:sed & ignoscere potius & eorũ tibi animos
mãsuetudine:facilitate:& beneficiis deuincire.Sin aũt nihil fuerint ausi:quid tibi faciun-
dum rear:intelligis.Nũquid es oblitus:quid romanis priuernatiũ legatus ille respõde-
rit:cũ a quodã tristioris sententiæ auctore interrogaret:quam pœnã meritos priuerna-
tis censeret:eam nihil ueritus inquit:quã ii merent:qui se libertate dignos censent. Rur
susq; ubi cõsul mitius subdidisset:Quid si pœnã remittimus uobis:qualem nos pacem
uobiscũ habituros speremus?Tunc idem legatus eadem animi uultusq; constãtia si bo-
nam inquit dederitis:& fidã & perpetuam:si in malã:haud diuturnã.Quibus quidem fe
rocioribus dictis non modo non sunt ad iracundiam ultionemue incensi romanorum
animi:sed priuernatis potius ois dignos iudicarunt:quibus ciuitas daret. Intelligebant
sane uiri pmagni illi & sapiẽtes tãtã esse uirtutis uim:tantã maiestatẽ:ut i hostibus quo
q; gratiã mereret.Nũ metui tu fortasse q̃ diligi malis?Optime natura puisum est:ut me-
tum semper odiũ cõsequat.At diligi & amari nunq̃ possis:nisi & iustissimũ te beneficẽ
tissimũq; pstiteris.Iustus uero ac bñficus esse nequeat:q aut aliis ultro nocuerit:aut mo
dũ rebus suis statuere:uel noluerit:uł neglexerit.Quare te Frãcisce Sphortia per magni
tudinẽ aĩ tui pclarasq; uirtutes oro:atq; obtestor:ut iram hanc istam omnẽ:siquam tan
dem in Tholentinatis meos iram conceptã habes:mitiges:ac places.Et omnẽ deniq; p
turbationẽ:quæ cõsilio prsus rationiq; aduersat:psternas:atq; abiicias. Nemo scit aliis

imperare:qui sibi ipse non potest. Nulla uictoria maior ē:nulla illustrior:q̄ seipsum uincere. Violentū nihil est diuturnū. pricipatus ille & firmus sane & perpetuus esse consueuit:quē tum ꝓbitatis egregiū æquitatisq; exemplū pepererit:tum ꝑgrata placabilitas animi munificentiaq; munierit. Quis illud Alcamenis dictū nō iure laudarit:qui cū a quodā rogaret̄:quonā pacto regnū optie quis seruauerit:si multi:ait:lucrū nō fecerit: Nam neq; certe magni est animi admirari diuitias:sed sūmi potius uiri est oia:quæ uel corpori:uel fortunæ subiecta sunt:ifra se ducere: Animus.n.nobis diuinus ē idēq; sempiternus Cætera uero mortalia quæq; sūt:& ad breue tēporis curriculū duratura. Rationi semp̄ nō cupiditati parendū est:Illa.n.ostendit in primis:quātū nos reliquis aiantibus antecellimus. Nihil recte geri pōt:quod cupiditatis gerat̄ ductu. Is solus in magnis uiris habēdus est:qui qđ doceat:qđ oporteat:facit. Quod siqs a me quæsierit:quid facere oporteat bonum principē:facile cōstāterq; respōderim:nō quod temere uulgus solet:& amicis benefacere:& malefacere inimicis:nā id tyrānoꝝ ē ꝓprium:sed quod prudentissime Aristo ille lacedemonius:quod sapiētissimus Socrates aliquādo cōsueuit:tū amicis benefacere:tū inimicos reddere amicos. Busyris. Aristotimus. phalaris nō amicis:sed inimicis soliti sunt malefacere. At istos istorūq; ois similes:inter impios īmanisq; tyrānos reponimus. Augustus uero &. G. Iulius Cæsar cæteriq; huiusmodi qui ī amicos benigni: & ī ipsos inimicos clemētissimi extitissent:diuinos honores meruere. Nonne Christus Ihesus humani redēptor generis etiā pro iis orauit:a quibus traditus morti esset: Quibus certe ipsis uel rōnibus uel exēplis & si facile adducebar nihil de te tali ac tāto principe aduersus meos Tholētinatis uerendū esse:quod a sapiētia & grauitate:qđ a iusticia & æquitate:qđ a moderatiōe & mānsuetudine:qđ ab aio excelso ac benefico alienū fuerit:meas tñ ꝑtis esse cēsui:ut & pro mea ī te fide:& pro ea:quā patriæ caritatem debeo quid tibi optimū factu existimarē:quādoquidē præsens corāq; nō poteram:litteris saltem ostenderē:sic.n.non ut mihi mens fuerat:sed ut necessitas atq; tēpus tulit: & uisere te quodāmodo ac tecū loqui sum uisus. Tu uelim:quæq; ab me dicta sunt:in bonā partem dicta interpræteris: Non.n.me tua minus:q̄ patriæ causa:ut hæc tam familiariter ad te scriberē:hortata ē: Nā & amo te unice:& delector mirifice tuis laudibus:quas nequa non dicā infamiæ:sed ne suspitionis quidē labe pollui patiare:sūmis precibus abs te peto. Vale prīceps florentissime:& si quid ī me esse aiaduerteris:qđ uel usui tibi aliqñ uel uoluptati futuꝝ putes:id omne tibi deditū deuotumq; itellige. Ex Sena pridie Nonas Octobres. Anno a Natali Christiano. M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Leonardo Iustiniano sal.

g Gnosce breuitati litteraꝝ meaꝝ: Nā repētina tabellarii abitio nō est passa:ut tecū lōgior fuerim. Quod aūt ad rē attinet:ut uera tibi renunciata sunt de mea ad philippū ducē abitione: Nō.n. Senæ sine piculo esse possum ꝓpter sicarios Florentios: qui nulla mea culpa meæ uitæ īsidiant̄. Veꝝ anteaq̄ ꝓficiscar Mediolanū:sum Bononiæ cōplusculos mēsis acturus. Inde ad te dabo & crebriores & lōgiores litteras. Vale. ex Sena Idibus Octobribus. M.cccc.xxxviii.

Frāciscus philelfus. Catoni Sacco Iurecōsulto & Oratori sal.

r Eddite mihi sunt litteræ tuæ Cato mi dilectissime:nō Senæ sed Bononiæ: quo uenerā ad.xvii.kal. Februarias. Vt maturē ad uos aduētū meū:nō est ī me:sed in prīcipe isto nostro:qui si fecerit:ut id mihi facere liceat per bouoniensis:quibus obstrictus sum:ad Augustum usq;:continuo te uidebo. Vale. ex Bnnonia Idibus Februariis.

M.cccc.xxxviiii.

Fráciscus philelfus Aeneæ siluio sal.

e T bene ualere te:& secundiorem iam tibi aspirare fortuná:Lætor maioré i mo-
dú.Quod aút scire cupis:quid i causa fuerit:ut relicta patria tua Sena:ubi & pa
catissime agebá & cómode:iter discordiaꝝ Bononiésiú digladiatióes me recepim:dicá
tibi.Qualis q̃tosq; iuidentiæ æstus Florétiæ paterer:ꝑsens ipse oli coráq; uidisti. At lu-
dus erat:qđ p id téporis patiebar incómodú ad eas erúnas:quas quasi alcides quidá:ꝑ
ferre postea sum coactus:Ná postea q̃ nulla aut iuris:aut æqui simulatione ꝑditissimo-
rú hominú rabies nocere mihi potuisset:ad arma cócursum est.. paratoq; sicario ære ñ
paruo:mane cú in publicá illá:quá nosti:Academiá docédi gratia ꝑgeré:ex occultis insi
diis in me nihil tale neq; cauété:neq; cogitanté impetus factus est.Erat sicarius togatus
Florétini mercatoris more:ne posset agnosci:qui educto repéte lógiore gladio:qui to-
ga tegebat᷑:cuspidé mihi direxit in pectus.Tráffodissetq; me oino:nisi dextera manu
facto pugno in eius pectus illico magna ui irruissem.Itaq; apposito loco ictus ille aber
rans in sinistrú brachiú me ꝑcussit omni illæsú uulnere.Eláguerat.n.ictus:qm̃ ille a me re
iectus pugno paululú esset amotus:Qui rursus sublato gladio:quo me acie feriret i ca-
put:in facié me ꝑcussit.Qui fuerit sicarius:notú est:a quibus aút cóductus &si nihil ha-
bet᷑ certi:infamia tñ i medices reperit & Cosmú:qm̃ nó solú eius factio mihi semꝑ ad-
uersaret᷑:sed etiá Laurétius frater apte m̃sta aduersus me ageret.paucis post mésibus ob
ciuilis discordias idé Cosmus in carceré primo cóiectus est.dein relegatus ad Venetos
sine alia ꝑrsus ulla ciuiú offésióe.Et ita ciuiles discordiæ tátisꝑ q̃euere:donec i posteꝛ an
nú iis pecúia corruptis q súma reip.ꝑerát:Cosmus i urbé reuocat᷑.Tú iura diuia oía húa
naq; cófúdút᷑.Optiates oés alii relegát᷑ alii ꝑscribút᷑.Hic direptióes:latrocinia:cædesq; se
quút᷑.Quæ ipe itués:aiaduertésq;:q̃to cú ꝑiclo i táto Florétiæ naufragio forent:q átea i
súma:ut ita dixeri:malachia naufragus extitissem:subduxi me:& ab iminétibus.tantorú
fluctuú uorticibus in senésis tuæ reipu.tanq̃ i portú aliqué maxíe opportunú deuolaui.
Hic aút cú & tráqlle & honorifice uitá agerē:neq; de re Florétia ulla mihi ꝑrsus cura eét
ꝑter humani cómiserationé igenii:mése decimo ex quo Florétia decesserá nulla mea ne
q; culpa neq; culpæ suspicione:titú potuit inimicoꝝ cóiuratio:ut ipse quoq; inter ꝑscri
ptos ciuis optimatis ꝑscriberer:id qđ ut accepi:uniuersæ ciuitati fuit molestissimú audi
tu.Quin inꝑximú inde ánú missus est Sená:ut me interimeret:idé ille sicarius:qui ab ea
dé ornatus cóiuratione i facié mihi uulnus inflixerat.Hic philippus é uocatus:patria na
tus casale fluminési:& patre Thoma:& auo Bruno:qui etiá ipsi ambo notissimi habiti
sunt sicarii.Aberá p id téporis ad petriolanas balneas:idq; nó tam ulla mea uel necessi-
tate:uel delectationis quidé gratia:q̃ diuino quodá cósilio:ut certo puto:Ná eo sum ꝑ
fectus sola uisendi cá:Solet.n.plerúq; oipotens deus:quo de ꝑseuerátibus i malignitate
facinorosisq; hominibus aliqñ suppliciú súmat:certas:quasdá easq; occultas parare uias
ad uindicádum.Cú eiusmodi ergo tépore sicarius philippus Sená uenisset:neq; me usq̃
uideret:adit ꝑclaꝝ in philosophia uirú ac medicú prudétissimú petrú Ioánetum:qui ex
patria Bononia pulcherrimis ꝑmiis accersitus medicinā docebat:ut nunc etiam docet
in eius urbis publico studio.Ex eo quærit:& qua in uicinia ipse habitarem:& ubi doce
rem:& quot mecum ducerem comites:& quantum ualerem gratia apud ciuis.Ad quæ
ille:ut est uir callétissimus æque atq; acerrimo strenuissimoq; ingenio:inspecto homi-
nis uultu & considerata uerborum temeritate:singulatim ea respondit:quæ mihi usui

fore arbitraretur. Eodemq; die litteris me de ea re omni cōmonefecit. Quare Senā ubi cōtinuo reuertissem: ex illoq; liquidius rem omnem corā didicissem: mox adeo præfectū præsidii: quem capitaneū uocāt: Honofriū tifernatem cognomento uirilem: hominē subdolū & fallacem. Huic rem ipsam: ut habebat: expono: & oia sicarii signa do: qualia & a petro Ioāneto didicerā: & ipse quoq; dum illū iterābulādum obuiā hābeo: agnosco. Respōdet cōtinuo ueterator ille & fraudolentus latro: Grates habeo sempiternas mi pater obseruādissime philelfe imortali deo: qui mihi cām præstitit: quo tibi aliquo officio meo rem dignā gratificarer: Nam iāprīdē cupiebā occasionem offerri mihi morem gerendi tibi. Hominē actutū cōpræhendam: cōpræhensūq; torquebo ita: ut uel tōcoctum cybū omnē ei eruam e stomacho: Quem si cōsciū cuiuspiā aduersus te ppetrandi facinoris offendero: uita priuabo. Sin minus offendero: missum faciam inquiēs. aberrasse me i se capiūdo: nō .n. illum esse: quē quærebā. Fateor equidem mi Aenea uel ex iis uerbis me illico de hoie suspicatū monstri nescio quid. Cæteꝝ qm̄ satis mihi de sicario cōpertum uidebat: egi homini gratias de optima erga me uolūtate. Capit sicarius eodē uesperi. Captus torquet: & mei iterimendi cā se missum cōfitet. Idq; Honofrius cōtiuo palam facit. Sed ab quo missus foret: reticescit: Nec sicariū plectit. Sed differt aiaduersionem: mō aliam cām obtendens: mō aliam: at uerisimilē nullā. Interea tēporis itrebrescitnō solū apud me. sed apud nōnullos grauissimos ciuis tuos: Honofriū tifernatem cōmutasse philippū sicariū cum ꝑtura florentina; Nihil est. n. apud florentinos usq; adeo secretū atq; arcanū: qđ minus q̄ primū effluat: ita sunt oēs tanq̄ rimarum pleni. Quod rumoribus fuerat diuulgatū: ipsius tandē rei euētus approbat: Nā paulo postea florentiæ prætor declaratus est Honofrius tifernas. Sed redeo ad Sicariū. Mulctauit hūc honofrius libris quingentis. Erantq; multo antea paratæ pecuniæ: quibus ille carcere liberatus remitteret florentiam. Et quod ridiculosius fuerat: in sententia: quam impudentissimus latro aduersus sicarium tulerat: dicebat illū ad id facinoris ppetrandū fuisse corruptum grandi pecunia & magna remuneratione. ab quo autē ab quibusue corruptus fuisset: subticuerat. Cæteꝝ longe se sua de sceleratissimo sicario liberādo fefellit opinio. Nam ego iniuriaꝝ agens ꝓuocatione sum usus ex tuæ patriæ institutis ad ꝑtorem. Itaq; ea ois causa ab honofrio latrone deuoluta est ad Iacobū Cōstantium siculum ex Mesana: qui uir inocentissimus & grauissimus ea tēpestate prætorē gerebat Senæ: Hic si potuissem cām ex integro cognoscere. nō obscure patuisset. & qui fuisset auctor florentiæ uulnerandi mei: & a quo idem sicarius missus Senam esset ad me interimendum: Nam Florentiæ quoq; patuit de sicario: patuit đ licitatore cōductoreq; sicarii. Is. n. fuit homo īpurissimus ac nequā Hieronymus brochardus imolensis. Sed qui fuerit facinoris auctores: qui mercedē quam pepigissent: sicario dissoluerit: in obscuro sunt: cū tn̄ nouere plures Laurentium medicē una cum Nicolao & Carolo frequentare ꝓpe solitū oium scelerꝫ officinam infames ædis hieronymi Brochardi per id temporis: quo sicarius est cōductus. Idemq; Laurentius medices Hieronymū cōiectum ob id scelens i uincula carcere liberauit: & ab omni poena tutatus est in maxima etiam totius ciuitatis offensione: quæ tota eam iniuriam publicam suāq; ducebat. Sed uis magnitudoq; pecuniæ longe plus potuit ac polluit: quam leges: quam æquitas: quam omne iuris piiq; uel officium: uel sāctitas: uel decorum. Sed redeamus ad prætorem. Is inquam Iacobus constantius cum non posset ex institutis patriæ tuæ eam de itegro agitare causam: quam præfectus cognorat: sed augere poenam duntaxat: quod potuit solum eam philippo sicario dex-

tram abſcidit publico iudicio:quæ me Florentiæ uulnerarat in faciem:obtrūcaſſetq; hominē quo nece ſua reliquis ſiccarius eſſet exemplo īmanitatis ſuæ:niſi ego id factū iri ꝓhibuiſſem:utpote q̄ maluiſſem uiuere illū uitā iutilem atq; dedecoroſam: q̄ ꝑ expeditā mortem liberari animi cruciatu:ut.n.magni eſt animi paruas ſuaſq; iniurias obliuiſci:ita iuſti & ſapientiſ de publico humani generis hoſte dignā aliquā capere ultionem. Cum igiť neq; pacate:ut audis:nec item cōmode agerem Senæ:uiderēq; q̄to cū uitæ ꝑiculo inter gladios ueneuaq; uerſarer:nō.n.defuere:qui etiā domi auſi fuerūt me ueneno perdere:Bononiā eo cōſilio me recepi:ut paucos poſt menſis Mediolanū petā:futurus apđ unicū noſtræ tēpeſtatis ſolē philippū mariā pĩcipē ſane oium:q aut ſūt:aut fuerūt : aut futuri ſūt munificētiſſimū & optimū:Apud hūc.n.nullæ mihi inimicoꝝ artes: nullæ iſidiæ oberūt totus ero cū muſis:totus cū amicis:totus mecū. Quod āt me hortaris:ne đſerā ipē me:ne cedā malignitati fortūæ:Hortaris tu q̄dē & amice & recte:lāpridē aīum meum noſti. Non is certe ſum:qui me neſciam uirū eſſe. Itaq; bono ſis aīo:per me licet: Nūq̄ me ignauiæ accuſabis:nec item inſolentiæ. Quin horatianū præceptū illud in uniuerſa tuebor uita:omne tulit punctum:qui miſcuit utile dulci. Tu uero quod ad te attinet:facito me đ omni re tua ſtatuq; certiorem. Vale ex Bononia.v.kal.Apriles..M.cccc.xxxviiii.

Franciſcus philelfus Ioanni tuſcanellæ ſal.

d E me quod flagitas ſcire:ad ꝑximas ſtudii uacationes:quas uocāt:Mediolanum ſum petiturus eo quidē cōſilio:ut ſiquā mihi nobiliſſimus ille princeps ſpē litteris maximā polliceť:re ipſa inuenero apud neminē malim:q̄ apud eū uitam agere. Sin ſecus offendero:ad Venetos me recipiam:Nam nihil incertius:q̄ Bononiæ res ſecundæ : Quanto.n.fortuna blādius uideť aſpirare:tanto magis aduerſi uentoꝝ flatus metuēdi ſunt. Vale ex Bononia Idibus Aprilibus.M.cccc.xxxviiii..

Frāciſcus philelfus Alberto Zancario ſal.

n On uanū extitiſſe me ſomnii cōiectatorē:res ipſa liquido oſtendit. Ioānem marium filiū fugiſſe ab me:noſti. Quo aūt cū neſcirē:ubi ꝑ noctē:quæ diē fugæ uigeſima quinta ſubſecuta eſt:eſſem uidere uiſus eū placentiæ agere inter milites quoſpiā poſtridie eius diei inſcēſo equo cū duobus famulis uerſus placētiā iter capio:quo cum ad biduū peruenio:incido nō lōge a porta urbis in Floriū quendā Mediolanenſem cognomento Nouatinū:qui cū filius Marius una equitabat. Florius cū primū me uidiſſet equo deſcēdit. Et me honorifice ſalutato:dixit putare ſe nullā mihi feciſſe iniuriā:quod meū filiū eripuiſſet ex ꝑditoꝝ quorūdā militum manibus eo ſane cōſilio:ut eum ageret ad Antonellū Arcimboldum:qui mihi ob clariſſimū iurecōſultū Nicolaū Arcimboldū fratrē ſuum meiq; amantiſſimū:uehemēter foret affectus:ob idq; nō ſecus filius meus ei carus futurus eſſet atq; mihi patri. Egi homini gratias:ut par erat:filioq; recepto placentiā ſum ingreſſus:paulo ſupra meridiem:ea mente:ut reliquū eius diei:qm̄ forem ex itinere fatigatus:cōſumerem in Cauponula quo diuerteram: Venit ad me ueſperi ſalutatum petrus platea : qui ea in urbe pro inclyto Mediolanenſium duce philippo Maria ciuitati præeſt. Qui ubi multa mecum & familiariter & perhumane locutus eſt: quæſiuit:qua hora uellem in poſterū diem Mediolanum petere:cui cum reſpondiſſem nō eſſe me ꝑ id tēporis Mediolanū petituꝝ:ſed Bononiam potius repetituꝝ: & ad ꝑximas dein uacationes ſtudii iturum Mediolanum:inſtitit ille multis rationibus ne prius Bononiam reuerterer:q̄ iſſem ad philippum Mariam ducem & uiſendi & ſalutādi gratia:

ab quo certo futurum sciret:ut & libenter exciperer:& honorifice.Quare cum eius uerbis colligerem oportere me oĩno ire ad prĩcipem:necessitatem ĩ uoluntatem uerti.Itaq; nudiustertius Mediolanũ secũda hora noctis ĩgressus sum itinere facto p agrũ Ticinensem.Hodie uõ multo post meridiẽ adiui prĩcipẽ:ab quo tãta cum humanitate ac tã honorifice:sum exceptus:ut me oblitũ mei pœne reddiderit:nõ tñ qđ ob eam rem ĩsolentior factus sim:q̃ ante hac cõsueuerim.Quin potius cũ tanta me honoratione ĩdignum existimo:facit:ut mecũ ipse cogitẽ:quidnã facere me oporteat:ut quã habet de me opinionẽ ea se nõ fallat oĩno.Cæteꝝ & hæc & alia plæraq; oĩa ppediẽ una cõmẽtabimur. Vale ex Mediolano.vi.nonas Maias.M.cccc.xxxviiii.

Frãciscus philelfus Aloysio Crotto sal.

q Vod diutius hic sum:eo serius ad uos redibo.Itaq; rogo te:ut ab humanissimo nostro prĩcipe mihi facultatẽ abeũdi exores:Nam & hic a me agiť nihil.& familia mea me absẽte uõ põt Bononiæ uon agere ĩcõmode.Vale Mediolani ex Cauponula ceruiæ Idibus Maiis.M.cccc.xxxviiii.

Frãciscus philelfus Gerardo Leonardo Cardinali Comensi sal.

a Dhortationẽ tuã pater modestissime libenter admitto:& si mihi habenda ratio est nõ fidei minus:q̃ grauitatis.Quo fit:ut æque nolim ĩiustitiæ accusari atq; leuitatis.Bononiensi reipu.sum obstrictus annuo docẽdi munere:Cui me satisfacere oĩno oportet:si uolo is esse:qui debeo.Itaq; rogo te:atq; obtestor:ut mihi iã tandẽ abeundi ueniã ĩpetres:ne dum apud uos grauitatis laudẽ cupio:habear apud Bononiẽsis & iniustus:& leuis:Non.n.te fugit fundamentũ iustitiæ fidem esse:qua sublata: omne iusticiæ munus corruat:necesse est.Vale.Mediolani ex Caupouula Ceruiæ.x.kal.Iunias.M.cccc.xxxviiii.

Frãciscus philelfus Rhaphaeli fuscherario sal.

q Vod diutius distulerim meũ ad uos reditũ:nulli culpæ mihi ascribitote:Nã ego iãpridẽ hic soluissẽ: si liber esset padi trãsitus.Sed cũ id sine litteris ducalibus nemini liceat:atq; eas ĩ hanc diẽ exorare nequeri:factum est:ut serior fiat mea hinc abitio. Quid aũt sit ĩ cã:nõ ĩtelligo.Cottidie mihi a prĩcipe respõdeť q̃primũ se mihi morẽ gestuꝝ. Sed huiusmodi q̃primũ nõdũ usq̃ apparuit.Qui apud principẽ & auctoritate ualẽt & gratia:me monẽt:ne sim ĩportunior:Nõ.n.temere fieri.Itaq; meipsius sum nescius Nõ desistã tñ oĩs obtũdere:q̃ prĩcipi assistũt:donec liberã abitionẽ ĩpetraro. Interea uero cõmẽdo tibi familiã meã:siquidẽ arbitraris me functuꝝ egregie meo erga te officio.Vale ex Mediolano pridie kal.Iunias.M.cccc.xxxviiii.

Frãciscus philelfus Alberto zancario sal.

e Go mi Alberte ad triduũ hic soluã & ppulchre q̃dem & pbẽigne ab hoc humanissimo prĩcipe tũ dõatus:tũ honoratus:Litteras tuis occlusas meæ dilectissimæ Chrysoloriæ cotinuo reddito.Vale ex Medioiano.v.Idus Iunias.M.cccc.xxxviiii.

Frãci.philel.Guarnerio Castelliõi iurecõsulto ducaliq; senatori sal.pl.di.

ſ I Mediolani pridie nõ ruri fuisses:cũ istic essem Bononiã rediturus:pluribus tibi corã respõdissem:quod nũc paucis feci:Erã.n.iã fere ascensurus equũ. petieras enĩ ab me.tu quotupliciter essentiam putarẽ accipi oportere:Ad quod tibi cũ essem responsurus:accersitus a prĩcipe:omni meo sermone interpolato:ex oculis tanq̃ euanuisti. Accipe igiť rem cõpendio.Essentiã:quã & οὐσιαν usian greci & latinoꝝ eruditissimi substãtiã uominãt:tribus modis accipiendã existimo:Nã & materiam:& formã:& qđ

ex utraq; constat:substantiá dicimus. Hoꝝ autem trium materia quidem quam ὕλην hylen græci dicunt:é potentia:quæ a græcis uocantur δυναμισ dynamis.forma uero quod ειδοσ:idos græce noiat̃ est perfectio:quæ ab Aristotele dicta é nouo nomine εντελέχεια entelechia. Quod aũt constat ex utroq;:uocamus hoc quiddá:& qđ iam compositũ est.Ego iam iter ingredior. Vale.Et me uostro indyto principi assiduc red de cõmendatissimum.Ex placentia pridie Idus Iunias.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Alberto Zancario sal.

e St a te sane prudenter factũ:quod mihi ex itinere fatigato lac coagulatũ miseris: Egebá.n.istiusmõi refrigeratiõis genere.Itaq; nõ minus te laudandum existimaui perinde atq; egregium coaguládi artificem quẽdam:q̃ Aristeus fuerit a priscis arcadibus laudatus.Is.n.cum í arcadia late regnasset:quo sibi maiore béiuolétia arcadas deuíciret: ꝑmulta:ut erat príceps uõ somnoléntus:& obtusus:sed acri strenuoq; igenio:& excogitauit:& adinuenit:quæ ad cõmunem hoíum uel utilitatum uel uoluptaté accederent. Quare is oíum primus cũ apum atq; mellis:tũ etiam lactis usum ad coagula íuenit: & hoíbus tradidit:q̃uis mellis auctoré Naso affirmet libeꝝ patré extitisse.Tuũ rus igit̃ ñ possum nõ amare cuius cõsuetudíe id te uideo assecutũ:ut ad urbanas lauticias ruralem fœcũditaté adiungas:Nam cũ lac solũ ex oibus cybis ad homís naturam sit satis:tũ idẽ coagulatũ delectat etiam plurimũ.Quod aũt scire uis:quid egerim apđ excelletissimũ principem philippum Mariam:cum in præsentiam ueneris:omnia narrabo tibi. Vale. Ex Mediolano.xvi.kal.Iunias.M.cccc.xxxviiii

Franciscus philelfus Frederico cornelio sal.

q Vem nunciũ de tuo fausto felicíq; cõiugio nũc primũ audiui . Is me ꝑfecto plurimũ delectauit:Nec.n.te latet:q̃ ego persæpe tecũ sermoné multũ habueri præsens:& q̃ frequẽter ét absens te scriptis meis tum bládius:tũ seuerius ad cõiugium sum hortatus:Quod certe faciebá nequaq̃ íductu patris tui grauiss.mi:& clarissimi uiri:ut tibi tu ꝑsuadere uidebaris:sed quoniá tibi bene esse cuperé.Ná cũ duo sunt uiuẽdi genera lege cõstituta:alteꝝ cælibatus:alteꝝ matrimoíi:qui hoꝝ neutrũ adamarit:haud satis in magna uersat̃ laude.Fecisti igitur recte:qđ & paternæ uolũtati moré gesseris: & tuæ florétissimæ reip.cõsulueris:quippe qui in filiis ꝓcreádis semiario reip.satisfacies:& ordiné illũ senatoriũ reddes etiam ápliore.Cæteꝝ quæ tibi præcepta seruáda cẽseam:paucis accipe.Et oíum primũ hoc unũ tibi aío ísideat:uolo.Cætera sacraméta esse hũana lege moreq; cõstituta:at matrimoniũ solũ diuino ore & íuentũ esse: & ípetratũ:atq; id q̃ dẽ nou in Aegypto ꝑ Vulcanũ:nõ in attica per Cecropa:nõ Romæ per Romulũ:sed in horto illo deliciaꝝ:ubi primis parẽtibus præcepit deus oípotens:ut crescerẽt:ac multiplicarent̃:terráq; replerẽt.Quod aũt & deo auctore:& in paradiso:& in nostris primis parentibus inuentũ est sacramẽtũ & tanq̃ lege sancitum:quanta cũ aí integritate & inocẽtia nobis tuendũ sit:uides.ꝑferti ꝙ triplicia illa bona matrimoniũ præ se fert:quæ maxime expetũt̃ in uita:honorẽ:utilitatẽ:uoluptatẽ:ut eni in societate ciuili nihil é adulterio neq; turpius:neq; ꝑniciosius:ita cõiugii sctitate nihil hõestius:nihil:uñ maiora emoluméta bonaq; ꝓueniát.Quot adulteriis íuoluti uel patrimõia cõsũpserunt:uel patriá ꝑdiderũt:uel ꝑierũt ipsi.At í cõiugii felicitate oia sũt secura:oia fructifera:oia plẽa iucũditatis.Qui amor uł diuturnior:uel dulcior:q̃ q uiꝝ uxoréq; cõiũxerit? Quæ áicitia uerior eé queat:q̃ q̃ mutua & corpoꝝ & aíoꝝ béiuolétia cõiuges deuinxerit. Tu mihi ex oí hoíum ætate tria:aut q̃ttuor:aut ad sũmũ q̃nq; áicoꝝ paria í mediũ referas:q áicitiæ sibi

nomen uendicarint: qualis extitisse græci uolunt Theseum: & perithoū: Oresten & pyladen: Achillen & patroclum: & phythiam & Damona: & ultimos Epaminoudan: & pelopidan. At horū nemo se amici cā interemit: Quid enim morte horribilius: At uir clarissimus. T. Cracchus tanta ē amoris uel sanctitate: uł uæhementia coniugale munus prosecutus: ut ultro ipse mori sustinuerit: quo uxor Cornelia supstes foret: Quid enim meminero Quintū planciū. qui cū primū audisset uxoris obitū pectus suum transfixit gladio. Cūq; domesticoꝝ interuentu ne qđ ppetrare esset aggressus: pficere potuisset: paulo post qđ uulnus fuerat alligatū: scissis fasciis soluit: & eo inuiti dextra constantiq; diuulso mortem sibi cōsciuit. Et. M. itē plancius ob horestiliæ quoq; uxoris obitū: quæ illum socioꝝ classem sexaginta nauiū in Asiā reducentē ad Tarentū usq; prosecuta: morbo est oppressa: inter eius osculandæ ungendæq; officiū: tantū potuit cōiugalis amoris caritas: ut districto gladio incūbens uitā deseruerit. Nec minoris uires coniugalis amor ostendit in portia Marci Catonis uticensis filia: quæ ubi primū accepit. M. Brutum uirū suum apud philippos uictū atq; iteremptū: ardentis carbones hauriens: quoniam ferri potestas omnis subrepta esset: e medio sese ultro sustulit. Vt autē Cæteras nobilissimas fœminas breuitatis gratia missas faciam: quis Lacædemonias illas uon maiorem in modū admiretur: summisq; laudibus prosequi studeat: quæ exorato a custodibus i carcerem aditu ad uiros minias: extremo spiritu alloquēdos quos Lacedæmonii uoctu morti destinarant: perinde atq; regnū affectantis: cōmutatis cū illis uestibus: uelatisq; capitibus p doloris simulationē: eos abire passæ sunt: sese ultro morti exponentes. Quid Elissa Dido: Nōne ut extincto uiro fidē pudicitiāq; seruaret: in ardētissimū rogū se proiecit: Nā Artemisia regina carū uiri Mausoli obitū tanta tulit acerbitate: ut nō contenta illud ædificasse monumentū Alicarnassi in ppetuam illius memoriam: qđ inter septem orbis terræ miracula nobilissimū numeraꝛ: uerū ēt ex eius caluaria facto poculo se uiri sepulchꝛ & haberi & esse uoluit: utpote quæ illius corpus in puluerē uersum paulatim totū ebiberit: & assiduis flætibus doloreq; cōfecta: per tabē e uita discesserit. Sācta est profecto pœneq; icredibilis matrimonialis beniuolētiæ caritas: quā qui caste ipoluteq; seruarint: digni habendi sunt: de qbus uulla posteritas conticescat: Nā utilitas quāta proueniat ex coniugio: quid attinet prædicare: Vt enī est prudētis patrisfamilias augere cottidie substantiā suam: q̄tū honestas patitur: ita diligentis atq; frugi matrisfamilias munus ē eam domi & digerere & tueri: Quod ubi fit: patrimoniū in dies magis atq; magis āplificaꝛ Et ē sane matrimouiū uiri mulierisq; cōiūctio secundū legē ob procreādos liberos: Nō eni ad lasciuiæ illecebras titilantisq; uoluptates istitutū ē matrimoniū: sed ut regenerationi generatio pparetꝛ ob eā scilicet rōnē matrimoniū noiatū: quod iccirco mulier debeat uiro nubere: ut mater fiat. Debet inq̄ decus matrioniale id officii præ se ferre: ut & rē domesticā regat: & liberos suscipiat: Nā hinc subsistit hūani generis ppagatio amicabilisq; societas. Et cōiugii qdē bona triplicia eē uolunt: fidē: prolem: sacramētū. Atq; fidei qdē est: ne pter copulam coniugalē aut cum altera cōcubaꝛ aut cum altero: sed ut æque uir sua uxore contētus sit atq; uxor uiro: quod tum certe fiet: cum pari se caritate prosequenꝛ. Ad quā qdem rem haud scio: an uxor longe q̄ uir debeat esse propensior: Nam si pudorem mulierpudicitiamq; amiserit: quid reliqui habeat in se boni: non intelligo. Quam me delectat Tertiæ Hæmyliæ Africani superioris uxoris præcipua illa fides & egregia caritas: quain uirum usa perhibetur: Hæc enim uō modo æquo animo pertulit uiri adulterium in ancilulam: dum esset in uita: sed eam quoque post illius obitum

libertate donatam liberto suo in matrimoniũ dedit. Quanta uero æquanimitate splen
didissimũ continentiæ exemplũ Liuia Tiberii atq; Drusi mater erga uirũ Augustũ fuerit:
& græcæ: & latinæ decantant historiæ. Volutabať enĩ Augustus per oẽm incõtinentiæ
fœditatẽ. Quod si pari fidei sanctitate se cõiuges adamarint: nulla huiusmodi labes ma
trimoniũ polluat. In ꝓle uero aliud ẽ matris: aliud patris officiũ: Debet enĩ liberos ma
ter cũ caritate suscipere. benigne alere religioseq; educare. pater aũt illud meminisse duo
eẽ hoĩum genera: alteꝝ doctũ & urbanũ: alterũ ĩdoctũ & rusticũ: & hoc qdẽ pecudum
esse simillimũ: illud uero nõ diuinũ minus: ut ita dixerim: q̃ humanũ. Est igiť officiũ bõi
patris filios iis instꝛ̃uere disciplinis: quæ libero hoĩe dignæ sunt: quo nõ indocti & rusti
ci: sed & doctissime eruditi elegãtesq; uideanť. Velim hac in re mi Frederice ad teipsum
oculos menteq; cõuertas. Teq; ac cæteros æqualis tuos diligẽtius dispicias: cõsyderesq;:
q̃tũ inter te & illos intersit. Nõne cũ aliquid more tuo loqueris & grauiter & diserte: te
oẽs taciti admiranť ac sese ignauiæ inertiæq; accusant: qđ nihil sciãt: qđ qd a se dici & qd
dici oporteat: ignoranť. Itaq; alii parentes incusant: q̃ nullã gesserint curã sui. alii seipsos
accusant: qđ tp̃s p secordiã & desidiã labi passi fuerit. Quo fit: ut & honoreris ab æqua
libus tuis: & a maioribus natu mirifice lauderis. Tuũ igiť fuerit: cũ primũ a matre libe
ros acceperis: eos erudire iis artibus: q̃bus & sapiant recte: & bene ꝓpoliteq; loquanť:
Nõ enĩ te præterit: q̃tã uim habeat copia ornatusq; dicẽdi: si ab ĩgenio ꝓficiscať & com
posito & bene morato. Quod aũt ad sacramentũ attinet: ea cõiugibus cura uľ maxĩa ẽ
adhibenda: ne diuortiũ fiat: ne dimissus dimissaue cã prolis alteri cõiungať. Sanctũ ĩquã
& ĩpollutũ matrimoniũ eẽ debet: Quod ut ĩ oĩ uita mutua dilectiõe tueamur: illud est
ꝓceptũ nobis assidue memoria repetendũ: nec maritũ hẽre ꝑtãtẽ sui corporis: nec itẽ uxo
rẽ sui esse arbitrii: sed utrũq; alteri pari quadã caritate obstringi ad ꝓcreãdam prolẽ: cũ
neutri liceat cõtinere sese: ubi alteruter nolit. Quo qdẽ iure & hic uxoratus & hæc ma
ritata nõ recte mõ sed & latine & elegãter diciť. Ita inq̃ coniugatos eẽ oportet: ut sui si
miles gignãt. Et id sane fit nõ solũ hoĩum institutis: sed naturali ẽt quadã lege: Sic enĩ &
arbor arborẽ generat: & seges segetẽ: & aĩal ex se aĩal. Itaq; oĩ est opa diligentiaq; studẽ
dũ: neq̃d ĩ præcellẽtia maritali: nõ agať modo: sed ne cogiteť quidẽ: qđ ab eius decoro
deoq; abhorreat: sed oĩa & pudice geranť & pie. Idq; eo magis curandũ est: qđ in bene
cõuenienti cõiugio situm ueluti seminariũ est quoddã florẽtissimæ & pacatissimæ reipu
blicæ: & eius qdẽ reipublicæ: quæ censeť optĩa: Scimus enĩ tria esse genera administrãdæ
ciuitatis: populi: optiatũ: regis: secundũ triplicẽ societatẽ rei domesticæ: Heri & serui: pa
tris & filii: uiri & uxoris. Et hæc qdẽ societas regiã: quæ ꝑstat cæteris: repꝛ̃sentat: at patris
& filii eã: quæ diciť optimatiũ: Nã populi pricipatus æque hẽt: atq; heri & serui. Et ue
ster qdẽ reipublicæ status ita ex optiatibus cõstat: ut a regio differat nihil: Eũ enĩ digni
tatis locũ dux apud uos tenet: quẽ apud Lacedæmõios rex solebat. Sed hac de re alias.
Nec illud mihi uideť ꝑtereundũ: qđ apud lacedæmonios Lycurgi legibus cõstitutũ le
gimus: is enĩ cũ eos: q nubere uoluissent spectaculo interesse gymnicis ĩ ludis ꝓhibuis
set: addidissetq; ꝑterea eã ignominiã: ut honore illo atq; obseruãtia: q a iunioribus ꝑsta
bať ĩ cõsessu senioribus: priuareť: lege tñ cauit: ne uir una cũ uxore ĩ eodẽ cubaret lecto:
& id quidẽ: quo plurimũ diei cũ æqualibus una esset: at noctis quiesceret totas: cũ sponsa
uel ad procreandos liberos & clã congrederet & cum pudore: Quod ea ẽt ratione Ly
curgus constituit quo & corpibus melius ualerent: utpote quæ nimio coitu languescũt
atq; ægrotant: & amor coniugalis assidue recentior reddereť: & partus ipsi robustiores

ficerent:At ipse tecũ rẽ hanc non ita ad uiuũ reseco.Sed illud sane te admonitũ uelim:nimiũ istiusmodi cũ uxore congressũ non solũ esse pniciosũ & ad uires & ad bonã ualitudinẽ:uerũ ẽt ad procreandos mares:Nã quo est semẽ calidius:eo ẽ ad maris filios procreandos accõmodatius.Quare usu fieri uidemus:ut senes magis q̃ iuuenes gignãt mares.In eã uero id esse puto ꝙ senes rarius coeũt q̃ iuuenes.Hinc fit:ut qđ natura in iuuẽtute potentius ẽ:id nimio ueneris usũ reddaẽ frigidius & ob eã rẽ ad mariũ procreatione ĩbecilius.Sed hæc tu pro tua prudẽtia moderabere.Cæteꝝ tibi maiorẽ in modũ gratulor:qđ eã duxeris uxorẽ cui nihil desit ad coniugii dignitatẽ.Duxisti eni puellã tũ probam & pudicã:tum ẽt pulchrã ac nobilem & cũ dote nõ uulgari .Quo fit:ut uix sciam utri magis gratulandũ censeã sponsæ ne:an tibi:Nã & ipse in tua republica uirtutis præstantia cedis nemini:& bonitate formæ non mediocriter uiges:neq; deteriore Corneli us es genere q̃ illa Contarena:nec minus q̃ illa opulenta.Efficiat igiẽ deus optimus maximus:ut propriũ sit uobis matrimonium uestrũ ac idem fœcunditate liberorũ & iucundũ & felix.Vale.Ex Ticino Idibus Octobribus.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Aloysio Crotto sal.

a D sextum Idus Octobres Ticinum huc perueni:ut ex nostro Catone sacco eloquentissimo iurecõsulto accepisti.Itaq; per tuas litteras certior fieri cupio:quid facere me oporteat:Nã ego hinc prius pedem non mouebo:q̃ consilium tuũ audiero. Vale.Ex Ticino.xvii.kal.Nouembres.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Saxolo pratensi sal.

q Væ tibi ex Bononia ob subitã abitionẽ meã respondere nõ potui : Nã cũ inde soluerẽ:redditæ mihi sunt litteræ tuæ:nũc ex Ticino uerbis paucis respõdi tibi: petis eni: qua rõne scurræ sint apud græcos βωμόλοχοι bomolochi noiati:& itẽ q apud nos sunt:quos græci ὀλεχίνους olechinos uocant:& quæ loca eẽnt:q Athenis κυκλοι Cycli hoc est circuli apellabanẽ.Bomolochos ꝓprie illos græci dicebant:qui sub aras ĩ sacrificiis sedere cõsueuerunt:ita noiatos ab ara:q βωμόσ bomos uocanẽ:& λοχεῖν Lochein:qđ insidiari significat:qm̃ ad aras insidiarenẽ:utpote q cũ assentatione efflagitarent.Quãobrem & q sacrificiis suscipiunẽ:tibicines.& uaticiniũ profitentes bomolochi uocabanẽ.Ex huiusce aũt rei translatione Bomolochi ẽt ii dicti sũt:q apti ac faciles atq; iidem humiles:oĩa lucri gratia pferrent iocando cauillãdoq;. Et hi qdem apud nos scurræ appellanẽ.hoies sane inepti atq; contẽnendi:qualis ẽ hoc tẽpore apđ Florentiuos Nicolaus Nicolus & poggius Bambalio:qui ut sũptuosioribus cœnis iter sint:a nullo sese scurrilitatis genere continẽt.Qui uero a græcis Olechinus ẽ appellatus crustis & spinis tectus:petrisq; assuetus:hũc nostri remorã uocãt:aquatile aial admodũ breue:in quo tanta inest tũ natura uis:ut nauim pnicius iter facientẽ eius carinæ inhærẽs adnixusq; retieat:ac remoreẽ:ob eãq; rẽ & a græcis Olechinũ.& a nostris remorã noiatum.Habeturq; istiusmodi aial amatoriis ueneficiis ĩfame:litesq; atq; iudicia diciẽ remorari:grauidarũ fluxus sistit utero:ac partus ad puerperiũ continet. Et id tũ in cybũ addi prohibeẽ:ut plinius refert.Huic spina ẽ parua:& oua amara ad quinq; numero.at ora ĩ medio corpore atq; in terrã uersa.præterea Olechino pedes eẽ Aristoteles asseuerat: utpote cui pennæ pedum instar locatæ sint:quanq̃ alii sunt:q dicant eos spinis uti ꝓ pedibus:& ita ingredi:ut in orbẽ uoluanẽ:Itaq; detritis sæpe aculeis inueniri : Nã quoniam futuros maris æstus sæuiciamq; præsagiant:hos correptis se lapillis operire: ut eo pondere stabiliatur mobilitas:& ita spinas uolutatione atterere.At Mutianus muricẽ eẽ tra

dit purpura latiorē:cui rostrū neq; asperū ē:neq; rotūdū:neq; ī āgulos ꝓdit:sed simplicē cōchā ēē autumat:quæ uno latere sese colligat. Trebius uero niger L. Luculli familiaris scribit hunc piscē haud ēē pede lōgiorē:neq; digytis qnq; crassiorē:cuius ea sit uis: ut & nauis uētoꝝ flatibus plēas sistat:& ī sale si fuerit asseruatus:aurūquoq; q̄ ī altissimos deciderit puteos:ubi admotus sit:extrahat. Huius ēt Lucius meminit libro sexto suæ pharsaliæ:igens. Nō puppi retinēs euro tēdēte rudētes In mediis olechinus aquis. Huius meminit Theophrastus libro quarto de huiusmōi aīalibus:ubi dicit echinoꝝ tris esse spēs ex quibus Olechinos & magnitudīe:& crassitudīe cæteros præstare. & ē sane Olechius: quē meminimus:dictio quadrisyllaba. at echinus dictō trisyllaba ē:suauis esu: & paulo minor Olechio:cuius ēt Iuuenalis meminit īquiēs. Ostrea callebat prio deprēdere morsu:Et semel aspectu dicebat littus echini. præterea echinus apd' græcos significat terrestre id animal:cui est apd' nostros hæricio nomē:qd' ipm ab hærēdo deductū ē: & æq; spinis hirsutus ē atq; maritimus echinus. At circuli quos quæris ad postremū:Loca erāt Athenis:ut Dinarchus cōtra Calleschrū ōndit:ubi aliqui uēibāt. Id aūt nom̄ tractū ē a circulari circūsistētia uendēdoꝝ: Quare Menāder ī ephesio ait:Itaq; ego mihi uideor ꝑ deos ī mortalis ī circulis uidere meipsū īdutū currere circū:ac uēire. Habes a me paucis:quæ petieras. Vale. Et Leonardū nostrū arretinū eruditissimū & eloquētissimum uiꝝ noīe meo saluere iube. Ex Ticino kal. nouēbribus. M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Ioanni ferufino iurecō. & ducali iusticiæ cōsiliario sal.

n Isi te & amem:& plurimi faciā:sim apprime īgratus:utpote q̄ dilucide ꝑspiciā mea tibi oīa curæ esse. Cōsiliū aūt īclyti nostri pricipis nō admitto solū:sed etiā laudo: ut par ē:proboq; uæhemēter. Itaq; tātisꝑ hic manebo:donec per eius litteras ītellexero: ad quod sim tempus ad uos iturus:Nā habitā esse diligentem rōnem rei meæ pecuniariæ:ut mihi plurimū conducit:ita uoluptatis plurimū affert:uł ea rōe qđ ne cogitāte me q̄dē priceps ū sapiēs minus:q̄ munificus ac benignus:ita de me cōsuluit:ut nō sim ī exigēda pecunia usurus alienis suffragiis:sed cōstitutis tēporibus ex certo loco mihi satisfactum eat. Quare ut ei meis uerbis gratias habeas īmortalis:te maiorē ī modū rogo. Vale. ex Ticino. iii. Idus nouēbres. N.cccc xxxviiii.

Franciscus philelfus Ioanni Antonio Brixiano sal.

u Esperi mihi redditæ sunt litteræ tuæ:itaq; cras ad uos ibo:Nā ante id tēpus hic soluere nō licuit:cū mihi ī hāc diē nullus sit equus. Itaq; ignosce breui meæ huic moræ. Vale. ex Ticino. v. kal. decēbres. M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Catoni sacco iurecōsulto sal.

h ortare Chrysolorinā meā ne miretur ꝙ hic diutius q̄ arbitrabar expecto: Nā ita est opus facto:quo nobilissimo huic pricipi morē gerā:& id qdē ī rebus nō paruis aut cōtēnēdis:sed & maxis & præclaris. Itaq; ut bono aīo sit:domūq; bene gerat: eā ꝑ tua prudētia etiā atq; etiā diligētissime adhortare. Vale cū pudicissima uxore tua. Ex Mediolano. pridie nonas decembres. M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Honofrio Strozæ sal.

q Vod fortassis apud nos nondū īcrebuerit:ego apud hūc præstantissimum principem philippum Mariam ex illis ethruscis turbulentissimisq; fluctibus:tanquā in tranquillum atq; securum reliquæ uitæ portum me recepi: ubi omnia mihi affatim sunt oblata:quæ nō solum ad emolumenta:sed ad dignitatē attinēt. ut mihi liceret tecū oīa libere cōmentari:quæ & ipse uellē:& tua nosse interesset. Sed tempoꝝ est habenda

atq; hoíum ratio:Nec enim me latet:ubi locorum es:& quã tibi cauendum sit.Itaq; fe
ram æquo aio desyderium meum.Cæterũ illud unum non reticebo principẽ hunc meũ
& patri tuo clarissimo uiro & tibi & uobis oíbus optare oía pro uoluntate uestra:atq;
nihil magis cupere q̃ in oíbus rebus uobis peregregie prodesse. Tu siquid ẽ:quod a me
uelis:fac:ut sciã:& factũ puta. Vale.Ex Mediolano Nonis Decẽbribus. M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Ioanni Antonio brixiano sal.

r Enunciabis principi nostro :quæ mihi mandarat:non minore diligentia : q̃ fide
me psecutum esse:speroq; futurũ ut ad paucos dies certi aliqd afferatur. Id cum
erit:continuo ad uos ibo.Interea tẽporis nullum officium prætermittam.Vale.Ex Tici
no.v.Idus Decembres.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Ioanni Aurispæ sal.

t V semp aliquid petis.Inseruis ãt raro.Quid hoís sis ignoro.petis a me Diona
prusaensem:quẽ equidẽ dabo ad te propediem ea lege:ut cum aliquãdo patia
ris ad uos redire:Ibit enim codex ille ad te mutuo:nõ dono.Quamobrem facito:ut ex
cõmodo tuo nihil mihi tãdẽ incõmodes.Tuscanellam nostrum opto bene ualere.Va
le.Ex Ticino Idibus Decembribus.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus petro Ioanneto philosopho ac medico sal.

r Ogo te maiorẽ in modum:ut meũ Virgilii codicem ac item cõmentatorem Ser
uium cures q̃ primũ bononiam perferri:& Alberto Zancario cõi amico nomie
meo reddi.Id qđ in hanc diem non fecisse te non possum non mirari. Nec enim debes
oblitus esse:& quid mihi:cũ istinc abirem:coram receperis:& quid postea ad te scripse
ri.Fuerit igiť officii tui:ne diutius litteris meis sollíciteris.Idq; ut facias:abs te non peto
solum:sed ẽt contendo.Vale.Ex Ticino.xv.kal.Ianuarias.M cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Alberto Zancario sal.

l Itteras meas ad petrũ Ioannetũ illustrem philosophũ ac medicũ ut ei reddẽdas
Senæ diligẽter cures:ẽt atq; etiam a te peto.Facitoq;:ut per tuas quoq; littteras
intelligat desyderari officiũ suũ in restituendis mihi codicibus meis &Virgilii:& Seruii
Tu rem oẽm tenes:uerum quod peto:eo scribito accuratius & grauius:qđ uereor eius
liberos esse i causa quominus mei codices ad me ierit.Nam ille & uir bonus est & ami
cus.Mea hic oia & secunda sunt & læta.Nam & huic nobilissimo principi sum carissi
mus & cæteris omnibus:qui auctoritate & dignitate ualent:admodũ iucũdus.Vale.Ex
Ticino.xv.kal.Ianuarias.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Catoni Sacco iureconsulto sal.

i Nstitueram hodie redire ad uos:sed iussu principis ante diẽ tertiũ hinc mouere
pedem nõ licet .Itaq; monebis uxorẽ Chrysolorinã:nequid miretur: turbeturue
ꝙ minus ad diem constitutum istuc reuerterim.principi eni parendum est.Vale.Ex Me
diolano pridie kal.Ianuarias.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus phil.petro Michaeli equiti aurato ac iurecõsulto sal.

c Vm idõeus eẽt oblatus nũcius: cui meas ad te lrãs darẽ:uisus es admonẽdus: id
qđ fortassis haud ignoras:te apud hũc humanissimũ principẽ nostrũ ualere au
ctoritate plurimũ.Itaq; tibi opa dãda est:ut bñ ꝑmerearis: Quod si feceris:ꝑmagnũ es
fructũ cõsecuturus.Reliqua tu corã ex hoc isto nuncio cognosces:Nõ eni oia cõmitten
da sunt litteris. Vale.Ex Mediolano pridie kal.Ianuarias.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Catoni sacco iureconsulto sal.

h Esterno uesperi cũ uniuersi aulici permagnaq; nobilitas esset in arce pricipis Cæsarei huius nostri i cænaculo:cui ẽ uiridi cognomentũ:celebrata est ãnua illa põpa cõmendãdi trunci Vulcano:pricipe ipso nõ præsente modo:sed solẽne etiã festum i primis agitante:ornãteq;.Hoc aũt mane:qui primus ẽ Ianuarii dies:cũ primũ illuxisset: oẽs in eandẽ arcẽ & in idẽ cænaculũ cõuenimus.& inde ꝑpauci:quoꝝ ipse numero sum ascriptus i cænaculũ sumus accersiti:qđ nobilium appellaŕ.Hic tãdiu expectauimus:donec prãdisset priceps.prãdet.n.semp in aurora:aut etiã aliquãto prius interdũ: Nã qui paucissimi est sõni:ante lucanũ tẽpus nunq̃ eum offendit i lecto.Amota uero mẽsa:continuo donata est uniuersa nobilitas aulicíq; oẽs:quotquot in utroq; cænaculo opperiũtur uariis muneribus pro dignitate cuiusq; & gratia apud principẽ.Dona sunt oĩa anuli aurei cumgẽmis aut pyropis:aut adamãtibus. Ego pulcherrimo anulo cũ adamãte in pyramidẽ surgenti donatus sum:& eo quidẽ nõ mediocris ꝑcii.Hunc:qui ꝑciosior sit: & meliorĩ auris metallis inueniri uolũt:Esseq; primũ oĩum reptum i iis metalli:quæ in æthiopia sũt iter Mercurii delubrũ:quẽ græci ἑρμῆν hermẽ uocãt:& Meroen insulã: qui maior nõ sit cucumeris sæmine:habereq; tantã in se uim:ut iuxta magnetẽ positus ferrum ab eo abstrahi nõ patiatur:aut abstractum sese rapiat:ac tanq̃ auferat.Sunt præterea adamantes aliis in locis reperti ut in India qui æque sit magnus ac nucleus auellanæ:cui similis est:qui nascíŕ in Arabia:sed aliquãto minor.Reperitur etiã adamas in macedonia in philippico auro olim inuẽtus:qui cucumeris sæmini est par magnitudie ut alter ex antedictis adeo paruus est:ut milii magnitudinẽ nõ excedat:a quo etiã nomen accepit:quippe qui cencros sit appellatus.Habetur alter in Cypro:qui colorem ereũ representãs in medicamie plurimũ uãlet.Est etiã adamas cognomie siderites:quod ferrei sit splẽdoris:cæteris adamãtium generibus põderosior:sed dissimili natura:utpote q & frangaŕ ictibus:& adamãte alio pforeŕ eo:qui cyprius ẽ.Et cũ ꝑciosior adamas & igni sit & ferro indomitus adeo:ut adamas appelleŕ:cedit tñ hircino sãguini:hoc.n.si recẽs calidusq; fuerit:maceratus & ictibus tãdem cedit & incudibus.Volũtq; in adamãte tantã inesse uim:ut & uenenis uim auferat:& lymphatiões metusq; uanos abigat:atq; expellat ex hominũ mẽtibus.Sed hæc de adamãte fortasse pluribus:q̃ oportuit. Cetera cum uenero:iter nos cõmentabimur:Nã ego mihi uideor fortunatissimus:quod huic me diuino principi sentiam esse carissimum:plura enim sunt:quæ non recte litteris committãtur.Cras ad uos redibo.Vale ex Mediolano kal.Ianuarias anno a Natali Christiano. M.cccc.xxxx.

Frãciscus philelfus Bornio salæ iurecõsulto sal.

d Esyderiũ de me tuũ me nõ iniuria ꝑlimũ delectat:Est.n.plenũ amoris ꝑcipui erga me tui.Sed uelí:scias mutuũ eẽ amorẽ nostrũ planeq; singularẽ:Nõ.n. magis me desyderas:q̃ desyderaris a philelfo.Dii malefaciãt factiõibus uestris:qbus diuia oĩa humanaq; cõfũdunŕ.Iã iteꝝ ad uos iui:eo sane cõsilio:ut a uobis nunq̃ decederem.Sed nescio qua uł hominũ pucacia:uł fatali astro sit factũ:ut bis ĩciderĩ i atrocissimas uestræ reipu.ꝑcellas atq; tẽpestates.Musis iter arma nusq̃ bene cõsultũ ẽ:sed Bononiæ lõge piculosius.Itaq; habẽda nobis fuit ratio & dignitatis:& q̇etis.Ego iussu principis mei adhuc ago papiæ:ad paucos dies Mediolanũ petiturus cũ uniuersa familia: Vbi oĩa mihi ꝑata sũt & ad cõmodũ & ad dignitatẽ.Vale.ex Ticio.iii.Idus Iãuarias.M.cccc.xxxx.

Frãciscus philelfus petro Thõasio philosopho ac medico sal.

i Am mihi itegrũ nõ est:ut tuo utar cõsilio:Sũ.u.huic excellẽtissimo principi ob-

ſtrictus non ſo'um fidei ſanctitate:quã prꝫterire nõ licet:ſed maximis etiã beneficiis: quibus ſi abuterer:poſſem iure igratitudini obnoxius fieri. At emon mali q̃ ulla ul' minima iuri nota iſamiæ. Itaq; rogo te p idiſſolubile amicitiæ noſtre uiculũ:ut me dignitatis meæ rationẽ hẽre patiare:Nã quo pacto me amicitia tua dignũ iudicares:ſi forẽ iniuſtus. Quod ſi iuſtitiæ fũdamẽtũ ẽ fides:patere æquo aio:quod pmiſſa atq; cõuenta iuiolate ſim ſeruaturus. Mors ipſa dũtaxat nos ab hoc pricipe abſtrahet. Et meũ in te amorẽ nulla neq; fortuna:nec tẽpoꝝ mũtabilitas labefactabit. Vale ex Ticino pridie kal. Februarias. M.cccc.xxxx.

Frãci.philel. Aloyſio crotto ducali ſecretario ſenatoriq; ſal.

o pportũe mihi redditæ ſũt exoptatiſſimæ litteræ tuæ:Nã hic diutius eſſe nõ poterã nõ moleſte ferre:Nõ.n.te latet:quo fuerĩ cõſilio ex urbe Sena primũ: deide ex Bononia a nobiliſſimo pricipe accerſitus. Veniã aũt cũ uniuerſa familia oiq; ſupellectili Mediolanum itra quatriduum:Miſi.n.iſtuc:qui ædis mihi cõduceret. Vale ex Ticino. iiii. Idus Februarias. M.cccc.xxxx.

Frãciſcus philelfus Alberto Zancario ſal.

u T ſcias:quẽ i locum miſſurus poſthac ſis tuas litteras:ego nudiuſtertius conceſſi Mediolanũ cũ uniuerſa familia rebuſq; meis oibus. Eſtq; aduẽtus meus cum ab hoc pſtãtiſſimo pricipe:tũ ab uniuerſa repu. exceptus piucũde adeo : ut unus philelfus oi busſit i honore. Mirabile dictu ẽ:q̃ ſum honoratus ab oibus. Bene cœpta ſecũdet deus. Quod ſi fiet:nemo me uno neq; fortunatior:neq; beatior. Vale ex Mediolano Idibus Februariis. M.cccc.xxxx.

Frãciſcus philelfus Saxolo pratẽſi ſal.

ſ Cribis mirari te:quid ſtoicis philoſophis i mentẽ uenerit:ut cũ i iis quæ corpori ſũt fortunæq; tributa:ſelectionẽ poſuerit:minus ea neq; bõa uoluerit:neq; mala appellari ſed altera cõmoda:altera icõmoda:& ut ipſi appellãt ἀδιάφορα adiaphora:hoc ẽ idifferẽtia:qđ & bene uti illis qs poſſit & male poſſẽ hac de re tibi rões nõ nullas oſtẽdere:quas tũ ob tẽporis anguſtias:tũ ob occupatiões meas in pſentia miſſas facio. Sed eã tu unã minie negaueris:Quod ſua natura bonũ ẽ:eo meliorẽ hominẽ reddit:quo magis creſcit i cumulũ:id qđ de oi uirtute tã actiua q̃ cõtẽplatiua licet itelligi. At cõmoda tã corporis q̃ fortunæ tãto reddũt hoies ad maleficiũ prõptioris:q̃to fuerit ãpliora. Alios opes igẽtes ſupbos reddũt:alios icõtinẽtis. Ita regni magnituno i tyrãnida cõtumeliãq; excedit. Idẽ de corporis uiribus atq; pulchritudine. Idẽ de iis oibus dici põt:quæ ul' fortunæ:uel corpori tributa ducunt' ſplẽdida. Veli:mihi aliquẽ ex his uirum bonũ oñdas hoc tẽpore:q uel formæ pſtãtia cæteros ãtecellũt ul' diuitus ſũt & potẽtia aliis ciuibus ſupiores. pudet me dicere qđ ueriſſimũ eẽ in oibus fere aiaduerti. Et dicam tñ. Nõ mõ uir opibus abũdãs nõ ẽ bonus:ſed & ſupbus & cõtumelioſus : pulchri oẽs laſciui ſũt & muliebres. Vale ex Mediolano kal. Aprilibus. M.cccc.xxxx.

Frãciſcus philelfus Antonio panhormitæ ſal.

i Am ditior factus es:id qđ ea cõiectura aſſequor:qđ te ſupbiæ obnoxiũ facias: Nam dũ nihil reſpõdes homini amiciſſimo tot a me litteris iuitatus:qd aliud eſſe rear i cã:q̃ ſupbiã? At ne illud te lateat:uelĩ:i quo plus ẽ fortunæ:in eo minus eẽ uirtutis. Quare tibi cauẽdũ ẽ:ne dũ pecuniis diligẽtius iuigilas:neglıgẽtiorẽ te pſtes circa igenii pbitatiſq; pſtãtiã. Vale ex Mediolano pridie Idus Maias. M.cccc.xxxx.

Franciſcus philelfus Leonardo Iuſtiniano ſal.

a Dhortationẽ tuá & si bonam in pte͂m accipio: eiusmodi tñ e͂t: ut ea hoc tẽpore utẽdũ nõ sit: Nõ es.n.nescius decere prudẽtem uir̃ tẽporis habere rõnẽ: Itaq; rogo te: ne quid posthac eiusmodi ad me scribas: qd᷑ iure queat repræhẽdi. præterea cum oĩbus in rebus tũ ĩ pmissis seruáda est cõstantia. Quid.n.leui hoĩe magis cõtẽnendũ: Ingeniũ tibi meũ iãpridẽ cognitũ esse oportet: quippe q & intus me noris nõ minus: q̃ in cute. seruata fide: nihil est: quod tua cã facturus nõ sim. Vale ex Mediolano. kal. Maiis. M.cccc.xxxx.

Frãciscus philelfus petro Thomasio philosopho ac medico sal.

q Vod afficiaris maxĩo desyderio uisendi mei: habeo sane exploratissimũ ul᷑ ex ea cõiectura: q̃ de meipso facio. Qui.n.nõ desyderẽ te & uisere: & cõplecti: & exosculari: q cũ uetere eaq; sũma beniuolentia sum cõiũctus: Accedit pterea uirtus tua & doctria & eloquẽtia & merita citro ultroq; collata ĩ: quibus plãe fit: ut nostra utriq; memoria nullo nec locoꝶ nec tẽpoꝶ ĩteruallo extingui queat. Cæteꝶ qñquidẽ qd᷑ uelimus fieri negt: id uelimus qd᷑ queat: necesse est. Vtẽdũ igit᷑ nobis est mutuo scribẽdi officio: ut qd᷑ ligua nõ põt: ardis pstet uicissitudo. Id & facillimũ ẽ utriq; nostrũ & iucũdũ in primis. Et quo initiũ det᷑ huiusmodi muneri: peto abs te: ut me facias certiorem de rebus orientalibus maximeq; de Turcis: si quid habes noui.. Vale. ex Mediolano. iii. Nonas Iulias M.cccc.xxxx.

Franciscus philelfus Ioanni Cornelio sal:

p Lacuisse tibi meos de exilio libros psimũ lætor: Nã pbari abs te scripta mea tanto & tãta grauitate & sapiẽtia uiro nõ possũ mihi nõ magnæ laudi ducere. Adhortatio uerò tua qua mecũ uteris ad absoluẽdũ id opis eiusmodi ẽẽ tibi psuade: quæ mihi psimũ addat honoris ad mei aĩ ĩstitutũ. Eo.n.maiore cũ studio nauabo: qd᷑ mea spõte sum aggressus: quo uideo me tibi rẽ factuꝶ gratissimã. Quare ni aliquod ĩfestum numen mihi impedimento fuerit: breui pficiam: quod occoepi. Vale. ex Mediolano pridie Nonas Iulias. M.cccc.xxxx.

Frãciscus philelfus Andreocio petrucio sal.

q Vod absẽtis mei ppetua recordatiõe imaginẽ præ te feras: sic.n.scribis: nõ possum eqdẽ nõ lætari: Affers.n.arguũtũ minie obscuꝶ egregie cuiusdã beniuolentiæ ĩ me tuæ. At ego quo itẽ aio ĩ te sum: debes ex teipso coniecturã facere. Et fieri sane nullo pacto natura põt: ut nõ æque amet᷑: q uero amat. Itaq; tibi debes ĩdubitato psuadere te mihi esse carissimũ: idq; cũ ob hãc istã cãm: qd᷑ me amas: tũ etiã: qd᷑ ea uirtute uiges: ut dignus sis: qui ameris ab oĩbus. Desyderare aũt te psentiã meã hoc sane ĩ te ẽ. Nã si Mediolanũ uisere ĩstitueris qd᷑ eius rei te: cũ istic agerẽ: aliqñ factuꝶ affirmabas: & psens psentẽ uidebis philelfum tuũ: & mlta cognosces: quæ absens attigere nunq̃ possis. Itaq; tuũ erit: ut cũ primũ tibi facltas dabit᷑: huc uenias: Quod si feceris: magnã mihi crede: uoluptatem cõsequere. Vale ex Mediolano Nonis Iuliis. M.cccc.xxxx.

Frãciscus philelfus Ioanni Aurispæ sal.

t Otus es ĩ libroꝶ mercatura: sed ĩ lectura mallẽ: Quod si faceres: lõge melius & tibi: & musis cõsultũ esset: Quid.n.pdest libros cottidie nũc emere: nũc uẽdere: legere uero nũq̃? Ego quos uẽdã: hẽo libros nullos. Emerẽ potius: si pecuniis abũdarẽ. Qui etiã ĩ hac pecuniaꝶ difficltate: si qd᷑ opus oñderis: qd᷑ pcio dignũ cẽseã: enitar emere: etiã si seruire me oporteret. Declarabis igit᷑ p litteras: qui libri tibi & q̃les sĩt uenales Quod si feceris: ĩtelliges me nulla pmi inopia: Sũ.n.apud eum pricipem: apud quem e-

gere pōt nemo. Vale ex Mediolano viii. Idus Iulias. M.cccc.xxxx.

Frácifcus philelfus Ioanni Tufcanellæ fal.

d E Quintiliani declamationibus qd ipſe ſentiá: paucis accipe. Equidé Quintliani iuétioné uæheméter pbo. Eſt ea. n. & acuta & prudés. Sed oratiōis eius filū mihi ſane nō placet: ſapit. n. hiſpanitaté: neſcio quá hoc é barbariá plane q̄dá. Nullá habet elegátiá: nullú nitoré: nullá ſuauitaté. Et quæ nō ꝓopua modo: ſed neceſſaria ſunt i oratore neq; mouet dicédo Quitilianus: neq; ſatis docet: nec delectat. Sed uidet̃ ſōnolentus qſ piá & icópoſitus. Tenet fortaſſe Quitilianus: q̄tú ex eius ſcriptis aiaduertere poſſumus: nónulla cómoda ꝑcepta artis rhetoricæ. Multa cómemorat: m̄lta colligit. Sed ita ſui diſſimilis eſt: ut quæ alios docet: ipſe ignorare uideat̃. Veꝶ cócedamus illi doctriná ſi ita libet oíno. Mouédi tñ delectádiq; uim nullá habet: Quæ qdé duo q oratori ſubtraxerit nō oratoré illú: ſed aratoré demóſtrabit. Vale ex Mediolāo. vi. Idus Iulias. M.cccc.xxxx.

Frácifci philelfi Epiſtolaꝶ Liber Quartus.

Francifcus philelfus Rainaldo Albizio equiti aurato fal.

q Vod nihil tibi ac cæteris optimatibus florétinis neq; optatius poterat i hac tépoꝶ calamitate neq; melius cótingere Rainalde Albizi: mittit hic humaniſſimus priceps meus philippus Maria uobis auxilio i ethruriá ad recupandá patriá iclytú & iuictú impatoré Nicolaú puſinú cognométo picininú cú exercitu firmiſſimo ac rebus oibus ornatiſſimo. Id aút mea potiſſimú opa atq; diligétia effectú eſſe nō te latet. Núc uero tui eſt officii id curare: ut nihil temere factú poſſit a quoq̄ exiſtiari. Hoc aút una re facillie cóſequaris: ſi ſtudueris: ut qui tecú futuri ſút (Ná de te uno ut es aío ingéti & moderato: nihil ucrédú ſuſpicor) nihil agát aut ſupbe aut iracúde: qui potius ab oi iniuria: ab oi maleficio ſe cótineát. Et q̄q̄ ſcio te prudéter oía curatuꝶ: qd tñ ipſe ſentiá: exponá paucis. Quoniá ꝑcipuus corporis uigor poſitus é i capite: ab ipſo primú capite initiú é ſumédú. Hoc. n. pcuſſo penitus: mébroꝶ quæ reliqua ſút: nullus eſt futurus labor: Ná exciſa radice cótinuo corruit tota arbor. Suſpicor. n. aliquos fore: qui priuatæ rei potius q̄ publicæ rōné habétes: uelint alii ab alio uel oppido: ul̃ municipio rem aggredi: a qbus ego uæheméter diſſétio. Recupata. n. florétia: oía quæ reipu. florétinæ parét: ſine ulla ui: ſine ullo oíno labore q̄primú redibút ad ſaitaté. Quod ſi ſecus initiú fiat: pmulta iterea tpis poſſint accidere: quæ rem ueſtram omné cóſiliaq; pturbent. Itaq; oíum primú ꝑpe ipſa urbis moenia ducédas copias arbitror: quo & amici atq; bóí ciues animú reſumát: & inimici ac pditiſſimi hoſtes patriæ iopiato metu pculſi audaciá oém cóſiliúq; amittát. Quod ſi feceritis: pmagna undiq; auxilia cótiuo ad uos cóſluent: Quis. n. ábigat & Bononiéſes: & Lucéſes ex hac pte: ex altera uero tú Senéſes: tú ét peruſinos uobis auxilio fore: His. n. oibus factio Coſiniana maxio é odio. Vos aút cú uirtute gratiaq; ueſtra: tú auctoritate & gratia huius ꝓſtátiſſimi pricipis icredibili beniuoléntia pſequuut̃. Nulla ſecordia utédú é: nulla negligétia: Eo. n. é utédú: ut hoc tpe de ſumma reꝶ decertádú ſit. Oía ſút ſecúda uobis: & inimicis aduerſa. Niſi uobis uos defueritis: actú é de oibus illis ipiis patriæ pricidis. Sétite quæſo: uobiſcú oés. Tollat̃ e medio oís animoꝶ offenſio: ſiqua i ullis exulibus iter ſeſe priuati eſt reliqua Cómunis uobis oibus Coſmus eſt hoſtis: & idem patriæ nō ſecus ac uobis iſeſtus & inimicus. Si húc e medio

sustuleritis: & uosmetipsos & uniuersam patriā iugo teterrimo liberabitis: Vale ex Mediolano. v. Idus Iulias. Anno a Christi Natali die. M.cccc.xxxx.

Fräciscus philelfus Sal. pl. dicit. Senatui & populo Florentino.

e Tsi uereor uiri Florentini aliquos fore: qui pturbatiōe quapiā potius ipotētiaq; ai: q̄ ulla rōne ducti: cū primū philelfi nomē manūue ispexerit: hasce litteras legēdas dissuadeant: malintq; suæ ipsoꝝ cupiditati: q̄ Florentinæ reip. uel quieti uel cōmodis inseruire: nolui tñ quæ uobis uestræq; ic'ytæ ciuitati maiorē in modū cōductura existiassem: pterire silentio. Atqui multo secus u certe sentirent: si nō tam sibi q̄ patriæ se natos uellēt: quāq̄ ne sibi quidē nati sunt: cū patriæ caritati nō cōsulūt: Nā si uobiscū uos egregiā illā & singularē meam erga uestrā rēpu. obseruantiā atq; pietatē repetere diligenter: & q̄uerissime iudicare instituerctis: plane iuenietis eū esse Fräciscum philelfum qui de illustri ciuitate uestra sit q̄optie meritus. Quod si psens oi opera. omni idustria. oi deniq; mente cogitatiōeq; studebā nō priuata mō. sed etiam publica fide ac beniuolētia id moliri. id agere: id pstare: ut oēs pspicue itelligerent me unū ex omnibus in primis existimādum: qui Senatui ac populo Florentino nō secus atq; imortali deo afficerer: nolim: arbitremini me igenium cū aere mutauisse. Et. n. posteaq̄ istinc decessi Senā primū: deinde Bononiā: Ticinū postea: & demū Mediolanū: aliud pfecto nihil tātopere curaui: elaboraui q; : q̄ ut & ciuis uestros aliquo semp officio psequerer: & nomē Florentinū summis laudibus apud oēs efferrem. Nec me cuiusq̄ iiuriæ aut inimicitiæ a meo pristino & obseruantissimo in uos aio retrahere sane potuerūt: Meminerā. n. iis me apud uos honoribus ac præmiis sex annos affectū: q̄tis antea unq̄ neminē. Aiaduerteram sæpenumero adeo me & auctoritate apud uos ois & gratia ualuisse: ut nihil unq̄ in urbe uestra frustra uel petierim: uel desyderarim. Cū alias sæpe: tum maxie p id temporis quo iudoꝝ coniuratione ac pfidia sum per occultos sicarios uulnere illo tetro dehonestatus: q̄ & bonis oibus & uniuerso populo carus essem & piucundus: liquido cognoui: Quis. n. magistratus alius ipse p sese alius p suos ad me nūcios nō plane ostendit: q̄ ægre & pmoleste ferret illam i me omnē iiuriam? Nōne ipsi octouiri quos custodiæ nomiatis: quibusq; reip. tutela ois ac salus mandata est: & bis & iteꝝ ierūt ad me: quo fierent ex meipo certiores: quosnā haberē suspectos: qui id i me facinoris ppetrassent? Et cum ipse iis de rebus eloqui nihil uellē: quippe qui id sine aliqua publica turbatione i lucem pferri nullo pacto posse censerē: nōne publicē ei mercedē decreto publico statuerūt: qui aut patratorē facinoris uiuum enecatūue dedisset: aut qui fuerant uel auctores: uel cōscii detulisset? Quinetiam plærosq; admotos quæstionibus: & uariis cruciatibus: quo rem idicarent: acerbissime afflictos obliuisci nunq̄ potero. Quid multis? Quæcūq; in me beneficia collata Florētiæ sunt: quæ & pluria fuerūt & maxia: ea oia & cōmuni: & una: & consentienti. & eadē oium optiatiū populiq; mente collata sunt. Iniuriæ quatūcūq; aut illatum: aut optatū est: id paucoꝝ eorūq; iproboꝝ ac pditoꝝ iuidiæ semp dedi. Sed unū illud & cū istic aderā: maximi semp feci: & absens ppetua memoria pdicatiōeq; præ me tuli nihil unq̄ Florentiæ a me tēptatum: quod nō ex sententia modo: sed etiā cumulatius atq; felicius: q̄ fuissem optare ausus: cōsecutus nō fuerim. Itaq; merito uos uiri Florentini optimoq; iure amo. colo. admiror. ueneror. Et quas referre nō possum: ingentis habeo uobis pro sūmis & imortalibus uestris erga me beneficiis & sepiternas gratias. At si minus re gratitudinē ai mei possum: nōne saltē uoluntate eā declarē uobis? Testor autē deū ipsum: quæcūq; dicturus sum: eo me cōsilio. ea fide: eo desyderio. ea pietate dictu

ris sum:eo me consilio.ea fide.eo desyderio.ea pietate dictuꝶ:ut rebus uestris: quas &
ꝑcipites & breui:quod omen diuia benignitas auertat:pituras itueor:& q̄tutissimæ: &
q̄optie ꝑspiciat. Quare uos ꝑ salutē.ꝑ icolumitatē reip.uestræ rogo:& supplicibus oro
ꝑcibus:ut omni ꝑturbatiōe uacui:quæ a me fideliter pieq; dicent:q̄diligētissime attēda
tis:cognoscatis:iudicetisq;. Qui hominū cœtus primū ad ciuitatē urbēq; uocarūt:nihil
uident mihi tātopere curasse:q̄ ut mutua ciuis beniuolētia & caritate cōiūgerēt: atq; de
uīcirēt. Sciebāt.n.amoris ui ac uirtute oia nō seruari mō:ueꝝ & augeri:& illustrari. Itaq;
nō absurde Orpheus ille in argonauticis quicūq; tādē is fuerit:quē tñ uetustissimū poe
taꝶ fuisse cōstat:cū loqueret de sūmo deo:eū esse amorē uoluit:quē ideo phaneta no/
minauit:q̄d oium primus ubi apparuisset:oia quæ cōdiderat:crearatq; ipso dūtaxat amo
re atq; cōcordia æterne māsura ꝑduraturaq; ostēdisset. Quare & mundus ipse qu.ꝶq; in
mūdo sunt:solo amoris uiculo & cōstāt:& conseruant. Nihil esse diuturnū pōt: quod
simultati.quod odio.quod discordiæ sit obnoxiū. Nōne illi primi ipuri āgeli quos dæ/
monas appellauit antiqtas:satis nobis ac sup exēplo sunt:q̄tū ærūnaꝶ ac miseriæ i mali/
uolētia & seditiōe sit positū? Sed quid supna & cælestia memoramus? Mortales morta
lia meminerimus.proinde & inferiora loquamur & uostra.ut Aegiptios.ut Asyrios. ut
Medos.ut persas omittamus:quid Hebræoꝶ regnū:ut ultiā hæc scelera ipietatēq; con/
ticuerit:totiens euertit? Nōne ciuiles dissensiōes? Macedonū uero iperiū quid aliud ꝑdi/
dit:q̄ intestinæ inimicitiæ? At lacedæmonii q̄diu Lycurgi legibus paruerūt:& pricipatu
floruerūt & gloria. Cū primū contēptis Lycurgi & æquitatis legibus cœperunt priuatæ
magis:q̄ publicæ utilitati & dignitati cōsulere:per oēs reip.ꝑcellas atq; naufragia liber/
tatē pulcherrimā continuo amisere. Quid Atheniēsiū ciuitate illustrius? quid ꝑclarius?
quid deniq; gloriosius? quid splēdidius? Hæc bonaꝶ oium & laudatissimaꝶ artiū inuen
trix ac parens. Hæc belli pacisq; disciplina domi:forisq; insignis. Hæc & dignitate:& opi
bus in uniuersum terraꝶ orbē.ꝑpollēs atq; admirabilis:ubi ad id magnitudis ac uirium
ascēdisset:ut nulla re ꝑrsus ad felicitatē egere uideret:nonne mox:posteaq̄ partiū studia
fouere.factiones cōplecti.pestiferas æmulatiōes ambitionesq; ciuiū alere cœpisset:repen
te ac ꝑceps in obscurā & sordidā seruitutē corruit? Nā de Romanis quis est:qui nesciat
eos alia nulla cā:q̄ contrariis iter se uolūtatibus:& studiis periisse fūditus? Siue.n.icipia/
mus a dñatu regio ab ipo usq; Romulo repetētes siue post exactos reges senatus ac po
puli pricipatū cōsyderemus:itueri licet:q̄tis ii semꝑ i tēpestatibus ac fluctibus iactarent:
quātis laboꝶ & calamitatū ꝑmerent molibus ob ifestas inter se mentes atq; cōtēnōes:
Nā ubi aliud uelle plebei:aliud optimates cœperūt:& aliud populus sentiret.aliud se/
natus:cū alii plæriq; supiores firmā florentēq; rēpu.loco mouerūt:tum & Marius & Syl
la radicitus ꝑpemodū euerterūt:& pōpeius & Cæsar:quātū i fortuna fuit:interemerūt.
Et enim quod ea seruata fuerit:inauditæ illi Cæsaris clæmentiæ benignitatiq; dādū est:
qui ea moderatione & animi magnitudine est usus uictoria:ut perspicuū reddiderit oī/
bus se lōge pluris fecisse semper patriæ salutē atq; dignitatē:q̄ suam. At ubi ad unius qua
si dei imitationē atq; exemplū:qui oia gerit sua illa sūma ꝑuidentia imensaq; maiestate:
omnia regit:omnia moderatur:respubli.ad unius optimi principis arbitrium feliciori/
bus quibusdam auspiciis peruenisse uidebatur:continuo rursus per ciuilis tempestates
fluctuans miserabile naufragium passa est: & ita passa: ut ex illo romani imperii fa/
stigio obstupēdaq; magnitudine præter nomē:aliud nihil extet:nihil appareat:& illud
quidem quantulumcunq; est:quod certe perexiguum est:nequaquā apud romanos:aut

Italos:sed quod & probo:& dedecori maximo ducendũ est:apud exteras & barbaras nationes.Oh discordia malorum & miseriarum omnium dux & causa: Quid enim & aliena:& uetustissima consectemur?Non abunde & domesticis & nostris exemplis uti possumus?Quid autem altius repetamus oportet?Quotiens uiri florentini uestra florentissima ista Ciuitas teterrimum tulit seruitutis iugum ob istiusmodi inter uos discordiarum procellas ac turbines?Vt enim antiquiora missa faciamus:Num farinatæ huberthi gebellinæq; factionis:Num alborum & nigrorum:quos appellarunt:uos cepit obliuio?Quod si minus reliqua memineritis:Senam petite.Bichernam ingrediamini:licet. Ingredientibus sese uobis Martinella campana illa humilis & abiecta ostendet ad dexteram.Et ue inter uos mutuis odiorum ignibus æstuetis : q̃ potuerit altis uocibus obsecrabit:atque obtestabitur . Idem superioribus e locis pendentia atque captiua uexilla uestra : quæ puluere ac sordibus iam deficiunt:admonebunt.Verum quid Senam.quid Bichernam.quid peregrinas urbes ac locos petere opus est?Habetis in prætorio uestro conspicuum monumentum obscuræ & truculentissimæ seruitutis depictam ducis Athenarũ imaginem.Quid depictam.quid imaginem dixi?habetis inquã fundamenta quæ iecit:robusta & munitissima perpetuæ seruitutis.Quæ si intueri:& depositis aiorũ turbulentissimis motibus consyderare uolueritis:intelligetis profecto:& antehac ꝓfuisse nunq̃ florentino populo:& hac tẽpestate:ni prudentia & grauitate uestra ĩ mediũ q̃primum consulueritis:q̃maxime obfuturas ciuiles discordias atq; inimicitias.Quid.n. per ĩmortalem deum contra uos arma sumitis?Quid præcipites ac furentes in perniciẽ uestram & exitium ruitis?Num adeo aduerso.adeo hostili.adeo inimico & infesto numine permimur:ut cum maxime perimus:tũ seruari maxime secundisq; rebus uti existimemus?An minus quæso aĩaduertitis uiri florentini iam res uestras ad triarios redisse:& tanto quidẽ in periculo uersari:quanto ex oĩ nominis florentini memoria nunq̃ ãtea Vellẽ equidem:ea mihi liceret eloqui:quæ pro mea fide:si uolo is esse:qui debeo:ne loq̃ quidẽ possum.Facerem sane:ꝑspiceretis.& id quidẽ luce clarius.ad id discriminis uos redactos:quod ubi obstinatius in sñia ꝑmanseritis:& durissimum sit:& extremã uobis calamitatem allaturum.Sed q̃doquidem & ipse loqui prohibeor:& uos ea estis ĩgenii acrimonia.eo usu.præstantiq; prudẽtia:ut uel nobis reticentibus:si diligẽtes & industrii esse aĩaduersores statueritis:ĩpendentem ruinam uobis ex ipso isto rerum præsentiũ fragore haud difficile prænoscere possitis:reliquum est:ut quæ uel monere.uel hortari. uel orare sine repræhensione uos possum:paucis expediam.Duo uobis faciunda censeo uiri florentini:quo rectissime & pacatissime uobis uestræq; ciuitati consultũ sit:ut & ciues uestros uiros optimatis:quos exules agitis:in urbem recipiatis:& cũ hoc diuino principe philippo Maria anglo ĩ gratiam redeatis.Quæ quidem ita inter se apta:ita cohærẽtia:ita cõnexa sunt:ut alterũ recte fieri sine altero nequat:Et enim q̃diu ornatissimum ac primariũ ciuitatis ordinem extorrem agitis:solliciti semper sitis:necesse est:quippe qui non sitis ignari ualere uiros optimatis:& prudentia: & magnitudine aĩ: & anctoritate: & opibus.Itaq; facile intelligunt:quibus sit artibus utendũ & ad patriã recuperandam: & rẽ:& dignitatẽ: Nam etsi magnanimorũ est uirorũ iniuriæ obliuisci:iniuriam tamen uel ulcisci:uel ꝓpulsare humana iura diuinaq; ꝑmittunt:Non enĩ hi uiri ĩgentissimis aĩs splendidissimisq; ingeniis:quos lõgissimus:ut uostis:rerũ uariarũ & maximaꝝ usus diu ac multũ per oẽs fortunæ uices exercuerit:atq; instruxerit:uel metu perculsi:uel inscitia : aut imperitia retardati se in otiũ conferãt:& æquo aĩo indignitatem patiantˀ:præsertim

cum plane dilucideq; perspiciunt tantú de se ponderis ac beniuolentiæ cum apud alios principes & reges:tum apud philippum Mariá concitatú esse:ut non tam de se sibi : q̃ de uobis dubitandú sit:Non.n.uiri optimates uos oderút:sed miserent̃ potius : qd̃ ad id difficltatis uestras res:quas suas ét ducút:redactas intueant̃:ut breui ultimá pniciem passuras metuát:ni saniore cósilio ,ppediem utamini. Videtis quas secú uires:quas copias:quos exercitus i agꝝ florentinú duxerit. Quo aút eos impatore philippus hic muniert:non uos fugit. Est.n.is Nicolaus picininus:qui ois & impatores & duces huiusce tépestatis bellicis laudibus mirifice superet: & cum omni uetustate haud iniuria cóparari queat:Huiusmodi certe hoies admirabilis ac diuina uirtus philippi Mariæ reddere cósueuit:qui sempitenæ illius ,puidentiæ minister:& perinde atq; secúda natura quædam ex iprobis probos & ex bonis optimos plane efficiat. Vigebat mediusfidius suopte ingenio atq; idustria Nicolaus eximia quadá cú uestris auspicius militaret & icredibili ,pbitate. Vbi uero huis diuini prícipis cósuetudine & disciplina est usus:facile declarauit:declaratq; in dies tm̃ se rei militaris & discipilna:& usu:& solertia iter mortales excellere q̃ tum omni laudatissimaꝝ oíum uirtutú genere atq; splédore philippus hic supra hoiem ,pxime accedit ad deum At quibus uiri optimates præsidus sunt auxiliisq; fræti:ea non contra patriam:sed pro patria cúpararunt:Est enim his istis innocentibus & fortissimis uestris ciuibus:quos sol o patrio eiecstis:caritate patria nihil carius:nihil átiquius. Qui si exiliú suú patriæ conducturú arbitrarent̃:modice æquissimoq; aio patria carerét. Sed cú manifesto cernunt per huiuscemodi naufragiú suú ciuitatis florétinæ non mó miserabilem iacturá:sed etiam extremá súmersioné atq; interitú:ut & se patriæ :& patriam pristinæ libertati dignitatiq; restituant:omni ope.omni opera moliunt̃. Cui. n.obscurum sit:quibus hoibus uos talis ac tátos uiros in pñtia parere oportet:qui florentinú populum oi pecunia exhauriunt:diminuunt dignitate:spoliant gloria:libertate priuant. Hæc dolent uiri optimates.hæc igemiscunt.hæc quærunt̃. Nullo in uos odio sút affecti. nulla simultate. Et iniuriá & cótumeliá oém obliti sunt. Miserent̃ uestræ calamitatis: & ob eam quoq; ré tanq̃ suarum obliti iniuriarum oos diligere iá incipiunt. Nihil uerent̃ magis:q̃ ne puicaous obdurueritis:quæ sola uos cá potest pdere:Ná si serius uestros ciuis in urbem reuocaueritis:nó estis nescii:quantú detrimenti & Florentinú solum & in primis municipia ipsa:& oppida susceptura sint:Quis eni hoc tépore militibus legem tradat:Quis eorum licentiá coerceat? Nullus dux:nullus imperator: nulla auctoritas uim militaré cohibuerit. Nihil sanius esse puto:nihil utilius factu:q̃ omnes militaris copias q̃primum ex ethruria dimittere. Id uero alia re nulla facturi estis:q̃ si ciuibus uos uestris hoc est uobisipsis & patriæ:& deo imortali euestigio & pie recóciliabitis: decreuerunt enim uiri optimates nunq̃ istinc firmissimú & ualidissimú exercitum amouere : nisi quauis uia recuperata patria pacate uobiscú uiuere ac tranquille uolunt. Quare ne horú lenitatem contépsisse uideamini:prouidete. Illud autem scitote:siquis etiam casus:nam uaria est fortuna belli:aut sanius consilium ex ethruria præsentem uel imperatorem:uel exercitum ad insubres reuocarit:tamen uon multo post uel hunc eúdem:uel fortassis etiá non minoré iperatoré & exercitú certe longe robustioré patiemini. Scitote ét illud nullam uobis cum exulibus opómatibus neq; firmam:neq; tutá pacé aut concordiam esse posse:nisi eadé cú philippo Maria futura sit. At hæc una uobis maxíe códucit:necessariaq; est:Ná siq̃ i uestris aís de recepós optiatibus suspicio resederit:qm̃ his acerbius fortasse:q̃ ius fasq; postularat:uos usos céseatis:q̃uis nihil de iis oio uerédú sit:nouu hoꝝ léita

tem ac mansuetudinem:sed siqua resederit suspicio: hunc estis semper eum sponsorem
habituri:cuius fides omni uobis certitudine certior esse exploratiorque debeat: Quis
enim aut é:aut fuit unq̃ hoc uno principe iustior:uerior:inocētior:cōstantior: grauior?
Nā q̃ est excelso atq; inuicto aio:quanta humanitate clemētiaq; pollet:q̃ se in oēs libe
ralem & munificētissimū præstat:ne mortui qdē ignorant:Et eni de religione & diuini
cultus obseruātia neminē esse inter mortalis uideo:q̃ sit cū philippo Maria cōferēdus.
Quo in hunc aio Eugenius semp fuerit:qbus hunc iniuriis p̃sæpe lacessierit.quibus de
trimentis affecerit:& uobis est ppulchre cognitū:& reliqs nō ignotū.Quā hic nūc Eu
genio par pari referre posset:modo uellet:q minus sentit:lapideus ē. Quod eo mag's
facturus credebaṭ:quod basiliensi concilio oi subsidio & ope semper adfuerat:ac faue-
rat. Verū id hoies nō consyderant nostȝ: hunc diuinum principē tantisper Basiliensi cō
cilio fauori p̃sidioq; fuisse:dū aiaduerteret Christianæ reip.& cōi ecclesiæ emolumento
atq; āplitudini patres illos prospicere:Nā cū primū eos priuatæ simultatis cupiditatisq;
rōne habere intellexit:ob idq; ad scissurā ecclesiasticā nefariūq; scisma oi conatu: oi stu
dio conspirare ac ueluti cōiurare:mox ab incepto sese auocauit:& alios:quoscunq; po
tuit:ab eo qđ breui futurū aspiciebat:iminenti facinore insaniaq; retraxit. Videmus tan-
dē seu id iure siue iniuria factū sit:pontificē alterū felicē:quē eo cōsilio atq; mente rē tan
tā admisisse fatētur oēs:quod minime futurū dubitasset.ut se gener hic q̃cupidissime se
quereṭ:Id quod ēt alios Christiani nois principes continue facturos sentiebat.Sed phi
lippus Maria nulla necessitudine:nullis p̃cibus:nulla ingentissimoȝ munerū ac præmio
rum spe induci potuit:ut amantissimo & bene merenti socero in hanc diē obsequereṭ:
itelligit enim primā sibi necessitudinē esse cū deo:nec plus cuiq̃ debere q̃ deo. Nec ulla
esse aut munera aut p̃mia cū uirtute deoq; cōparanda.Vtinā eximias huius īmortalisq;
uirtutes & cognouissetis iampridē pricipes Florentini:uel iātandem statuatis cognosce
re:Nā si malueritis huius diuini uiri beneficentiā & incōparabilē ai magnitudinē experi
ri:q̃ id præstare assidue:ut uel inuitus & præter ingeniū institutumq; suū bello premere
uos cogatur:experiemini profecto neq; tranqllius ad quietē:neq; ad dignitatē pulchri-
us:neq; ad status reipublicæ diuturnitatē ppetuitatēq; tutius: neq; ad facultates utilius:
neq; ad corroborādas uires aut felicius aut melius p̃uideri uestris rebus a uobis potuiſ
se:Non modo eni firma uobis inter uosipsos & diuturna pax atq; concordia p huius
magnanimi & iustissimi uiri auctoritatē ac fidem futura est:sed ēt nullum externū bel-
lum:nulli motus ipendeant:qui ulla uos non dicā calamitate aut detrimento afficiant:
sed ne inuadendi quidem Florentini agri potestatē habeāt:uidetis enim qbus finitimis
principibus ac populis circundati:septiuallati estis:istos ois cū philippo sentire:uel ois
potius sub philippo esse.Ea sunt cū philippo Maria alii amicitia:alii societate:alii diē-
telis iunctis iuncti:ut nihil malint:q̃ quod philippo gratū iucūdūq; fore aiaduerterint:
Nāq; bello etiā maritimo adoriaṭ uos nemo:Quis enim ābigat Alphonsum regē om
nisq; gotthalanos nihil oium tātopere optare:q̃ ut sibi ea facultas offeraṭ:ille dies illu-
ceat:quo quas īmortalis debent:sempiternas huic nobilissimo principi gratias referāt:
Quibus nunc classibus:qbus uiribus in mari Tyrrheno Alphonsus pollet:non sentitis
mō:sed corā aspicitis.Nec uos ueteres cū philippo Maria inimicitiæ:siquæ fuerit:a tāto
bono deterreāt.Sua huic fide nihil ē ātiqus:nihil cōstātius:nihil sanctius. Qui q̃m ē ad
decus & ad glīā natus:nō minori laudi dādū arbitraṭ eos sibi bn̄ficiis suis āicos reddere

q̧ fuerit inimici existiati:q̃ amicis ipis benefacere: Vt enim Eugeniú omittá cuius i húc i iurias nemo diligẽtius q̃ uos nouit. Alphonsú regẽ certe méministis: cuius ẽt potẽtissima classe qũq; estis aduersus philippú usi. ls cú illustri illa atq; formidabili ad Caiettá & nauali & terrestri pugna cú tot suis & fratribus & ꝑpiquis: cú tot ipatoribus: tot ducibus: tot pricipibus: tot maxis clarissimisq; uiris: táto: tá potẽti: tá firmo ornatissimoq; exercitu & ꝓstratus: & uictus: & captus esset: qs uestꝝ nõ credidit: si ueꝝ fateri ustis: illú nõ in carcerẽ: nõ i tenebras: nõ i uicla cõiectú iri: nõ ꝑpetuá passuꝝ seruitutẽ: sed ꝑ extrẽas potius ærũnas ꝑ oẽm cõtũeliá & ludibriú ultio et supplicio cú suis oibus affectú iri. Et iure id qdẽ euẽtuꝝ credebatis: Sũt.n.q apd̃ uos nihil aliud curẽt: studeát: moliát̃: q̃ per bonoꝝ detractiões atq; calũnias id efficere: ut & ꝓbi q sũt: iprobi: & hũanitatis: mãsuetudis: bẽignitatisq; cľtores: ihũani: crudeles: sordidi: & q uobis & poplo Florẽtio aĩci sũt: & laudú uestraꝝ studiosi: hi plãe inicissimi & ifestissimi uideát̃. At qua philippus hũanitate Alphõsum excepit: q̃ liberaliter múnificeq; tractarit: q̃ magnifice regaliterq; dimiserit: nulla posteritas cõticesset. Cú aliis i rebus pmľtis, ac maxis eximiá philippi iauditáq; uirtutẽ admirari soleo: tú i hac una i primis: q᷑ nulla dõinádi cupiditate a splẽdidissima illa aĩ magnitudie ũq̃ abduci potuit: ut de se quicq̃: qd̕ iuictissimo ac sũmo pricipe indignú foret: existimari posset. Reges uicerat philippus Maria potẽtissimos & maxios. ꝑmagna certe uictoria & oíum sane: quas aut uidimus: aut audiuimus: aut legimus: clarissima. Sed multo magis gloriosius esse reor: qđ ea uictoria usus est: qua nõ re miꝰs uicisse iudicarẽt: q̃ hostes. Et eni irá cohibere: qua nihil consuli recte põt: & isolẽtiá supbiáq; uitare: q̃ uictoria potissimú sol& afferre: unus hic: qui oía semꝑ cleñter facit: oia mãsuete: oía moderate: oía deniq; sapiẽtẽr: & sũmi pricipis munus arbitrat̃ ut suú. Quo factú ẽ: ut ñ cæteros mõ mortalis: sđ qđ lõge pluris faciúdú ẽ: seipm æqtatis & misericordiæ ac beneficẽtiæ laudibus mirifice supárit. Quáti uero huius laudẽ æstimari oporteat: uel ex eo ítueri licet: qd̕ Alphõsus ipe: ut ẽ nobilissimo gratissimoq; aío eá se putat ex sua captiuitate gloriá assecutú: qua sibi nullá offerri posse illustriorẽ i uita: nullá clariorẽ & dicat: & præ se ferat: nõ.n.uidet solú & Sicilia sese: & Sardinia ñ eẽ spoliatú: quas philippo ísulas ad cæteras difficilioris cõditiões debebat ultro: sed ẽt opibus auctú: & his ab eodẽ se hõestatú honoribus itellexit: ut lõge satius ac melius sibi fuisse cognosceret uinci q̃ uícere. Et qđ liberalissimú philippi igeniú ob stupẽdáq; uirtutẽ merito debet i cælú extollere: ne portus quidẽ Lunæ: qui núc Veneris cognomẽtú accepit: nobilissimú oppidú: aut Ilicem castellú múnitissimú sibi ab eo ipo Alphõso restitui passus ẽ. O igentissimo uirum aío. O ignotá diuináq; cõstátiá. Nõ aliť: nõ icẽdit philippus inicicias: ueꝝ & sedat & extĩguit potius. Haud.n. dominádi cupiditate ducitur: sed hẽri se sociú: sed amicú: sed obsequẽtẽ: sed múnificú: & uícere magis q uici officiis cupit atq; studet semꝑ: Ná quid ẽ opus aut Alphõsum regẽ: aut aliú queq̃ potius: q̃ uosipsos i mediú referamus? Quotiẽs si uoluisset philippus: qđ uestra pace sit dictú: potuisset uobis rebusq; uestris oibus ꝓ suo iure & uolũtate uti: Sileo reliqua. Et Lucẽsem mõ: & Immolẽsem cladẽ nõ estis obliti. Quo quidẽ utroq; tẽpore si Nicolaus picininus cú uictore illo ualidissimoq; exercitu i agrú Florẽtinú uertisset iter: actú sane fuisset de re uestra. Nullus erat uobis ipator: nulli duces: nullæ copiæ. Ciuili simľtate ardẽtissimisq; odiis íter uos ꝑ oẽm tumľtú ac furorẽ dissidebatis. Quare cú Nicolaus se rei accĩgeret: qppe q finẽ diuturni belli cú maxio sui pricipis icremẽto & glia i máu se hẽre ꝓspiceret: túcõtinuo philippus a co

pris reuocat. & uos ad pacē:ad amicitiā.ad societatē secum ineundā hortatur:monet:ro gat ēt. Quid hac humanitate benignius? quid tanta māsuetudine illustrius? qd huius aī magnitudine celsius? Nōne satis supq; declarauit philippus uobis nō mō patria liberta te priuare uos nolle:sed maximis ēt ac pluribus beneficiis uelle āplificare? Cōsueuit hic: ut liquido uostis:nō auferre aliis libertatē:sed ut est unus oium:q sunt:aut fuerūt:futuri ue sunt:excelso liberalissimoq; aīo: & ciuitates aliis & ꝓuincias cōdonare. Nolite igitur uiri magnifici aduersus hunc tā mitē.tā pium.tā benignū.tā magnanimū.tā diuinū prin cipē cū uestro ēt maximo detrimento atq; pnicie armis cōtendere potius:q̄ bñficiū ex- periri. Redite iā tandē cū philippo in gratiā. Hæc una res uobis nō diuturnā solū securā q; quietē allatura est:sed & publice & priuatim rebus uestris incremēti & dignitatis plu rimū. Diligebat hic antea Florentinū populū ductus quadā ingenii bōitate & sua. Eius aūt prudentiā ac uirtutē coram expertus noudū erat. Sed posteaq̄ uestros ciuis optima tis p illā istā reip. uestræ sæuiētē fortūā ꝓpius uidit:didicit:tractauit: incredibile ē dictu: quāta beniuolentia & caritate nomē Florentinū cōplexus est. Qua qdē una re motus: id ē:ut uestrā florētissimā ciuitatē præcipuo quodā & egregio beneficio afficiat:studio sius curat hosce præstantissimos ciuis uestros in patriā reducere:hoc ē uosmetipsos uo bis restituere. Vos āt ne puicatius aduersemini:& rogo:& oro: Nullū est enī pulchrius spectaculū ciuitate concordi ac sibi bene cōsentienti. At auditus certe alius iucūdior uul lus. Quæ ciuitas aut prudētius aut satius consulit rebus suis:q̄ quæ simul & uniuersa cō sulit? Quæ facilius quæ aptius.quæ pfectius quicq̄ agit:q̄ quæ simul cum ciuibus cūctis agit? Atq uno eodēq; consilio erratur aut nunq̄ aut raro. Quibus sunt res secundæ sua uiores:q̄ ciuibus cunctis idē uolentibus? Qui res aduersas leuius tolerant:q̄ qui cōi cō- stantia tolerant:& tāq̄ aliquod honus ferunt? Vel qbus potius accidūt rarius res aduer sæ q̄ q iuicē ꝓuidēt:iuicē cauēt:iuicē ꝓpulsāt ingruentē fortunā? Quæ alia ciuitas carior ciuibus esse pōt:quæ hospitibus honoratior:quæ amicis utilior:quæ formidabilior ini micis:q̄ quæ priuatū nihil ducit in bonis:qd a publica salute:dignitate:emolumēto:po tentia:trāquillitate abhorret? A qbus fidelior q̄ a suis laudatio proficiscit? A qbus uitu peratio aut uerior aut firmior? Cōsentientē & bene cōuenientē populū & mortales ue rent:& imortales amant. Seditiosū uero inter seq; dissidentē & deus odit:& hoies con temnunt. Quæ urbs:ager quantus:q̄ta hoium multitudo populū reddit ualētiorē q̄ ci uilis concordia? Quot enim sunt ciues in ciuitate concordi:tot oculi opes illius & am- plitudinē intuent:tot aures audiunt:tot linguæ admonēt:tot deniq; mentes:consyderāt intelligunt:curant. Ea nauis:quæ gubernatoris & nautarū concordia regit:& ipsa serua- tur:& uectores atq; honus seruat. Quod si ipsi iter sese gubernator & nautæ dissentire: & contraria uelle coeperint:ubi uæhementior aliqua uentorū uis incubuerit:& nauis re pente:& quæ in naui sunt:pereant:necesse est. Et currus itē:qui tū perito utat auriga: tū equis munitus cōsentiētibus sit:& in certamine ac ludo supare:& in prœlio seruari atq; uincere consueuit. Sin hi turbari tumultuariq; inuicem aggrediant:eo periculum discri menq; maius est:quo & ptinacior fuerit auriga:& equi robustiores. Eodē modo ciuili concordiæ huiusmodi omnia cōducunt uis pecuniarū:hominum multitudo:honores: gloria:uires. In discordia uero & seditione ciuium hæc omnia & detrimētosa admodū sunt & pestifera. Quid hæc autē prolyxior mea sibi uelit oratio principes florentini: nou obscure debetis animaduertere. pristina uestra illa erga me & maxima beneficia: ut hæc pro mei animi gratitudine piaque in uos fide tam familiariter uos monerem

adhorta me sunt. Vos uero etsi nulla ex parte dubito facturos oia sapienter: oia mode
rate: oia mature: ne tñ ullis fortunæ blandicus credatis gubernacula reipublicæ: & oro:
& obsecro: & obtestor prudentiá uestrá. Solet eni fortuna nonnũq̃ uersutius iis blandi
ri: quos & odit maxime: & ĩmanius pditum iri studet. Nulla est spes certior: nulla fidu
cia firmior: nulla diuturnior: q̃ quæ in deo fixa fundataq; fuerit. Quáobrem si spẽ fiduci
amq; uestrá pro singulari eximiaq; uestra prudẽtia atq; grauitate in diuina clæmentia &
benignitate collocaueritis: pspicue mihi uidere uideor breui futuꝝ: ut belli formidie ac
periculo soluti oi discordiarũ incendio: oi odio: oi simultate: oi deniq; contentione de
posita: atq; interẽpta & publice & priuatim felicẽ atq; fortunatá agatis uitam. Valete ui
ri excellentissimi. Ex Mediolano. xvi. kal. Iulias. Anno a natali Christiano. M. cccc. xxxx.

Franciscus philelfus Cosmo medici sal. pl. d.

a Ristides Atheniensis cognomento iustus cũ legatus una cũ Themistocle: q cum
ei erát inimicitiæ: mittereť: Vbi ad atticæ fines uentũ est: Vis ait o Themistocles:
nostras hic inimicitias relinquamus? Ná si uidebiť: eas rursus cũ reuerterimus: capiẽus.
Et pie ut semp Aristides: & q̃prudẽtissime monuit: Intelligebat eni utilitati publicæ nul
lo sane pacto per eos consuli posse: q priuato inter se odio dissiderent: at par esse priua
tá cám publicæ semp cedere. Quo ipso ductus cõsilio sextus Liuius salinator uir indubi
tato & illustris & magnus nó dubitauit præter ingeniũ & consuetudinẽ suam cũ eo re
dire in gratiá: a quo grauissimá accepisset iniuriá: Nam hunc Nerõis testimonio in pri
mis afflictũ & in exiliũ actum legimus. Quare cũ reipublicæ suam cum Nerõe collega
concordiá non mediocriter conducturá existimasset: facile suo uehemẽtiori ingenio &
iræ acerbitati moderatus ẽ. Qua quidẽ mãsuetudine singulariq; prudẽtia effectũ scimus
ut p Asdrubalis interitũ ac poenoꝝ ad Metaurũ cladẽ lætiori fortunæ Romanoꝝ pma
gna fieret accessio. Cũ his igitur de rebus mihi tecum agendũ esset: quæ & ad publicam
ptinẽt & ad tuá utilitatẽ: ut uł Saliatoris imitarer igeniũ: uł idẽ te monerẽ: q Thẽistoclẽ
Aristides: operæpreciũ duxi. Quid de nobis hoies Cosme arbiareť: te latere nó debet:
Ná te qualẽ in nos præstiteris: publica pscriptio declarat. Me aút haud æquo aío infini
tas ĩ me tuas iniurias cõtumeliasq; tulisse nó obscure potuisti pspicere. Itaq; inimici uul
go non absurde existimamur. Quo uero es ẽt in me aío: melius nemo nouit: q̃ ipse tu.
At ego siqd irarũ conceperá aduersus te: satis mihi uideor id oẽ uel euomuisse: uel con
coxisse: Ná mediusfidius te nunq̃ odi. Sed indigne me affectũ abs te anxie patiebar. Ve
rum utcũq; res habet: cũ Florentinæ ciuitati: tũ præcipue tibi utilissimũ fore arbitror: ut
inuicẽ uel tantisper redeamus in gratiá: dũ ea quæ amicissime ab me pientissimeq; dicũ
tur: & audias attẽtissime: & aío tranquillo consyderes: ac iudices. Quæ si pro tua prudẽ
tia & æquanimitate feceris: haud quaq̃ uereor futuꝝ: ut & philelfum sis nunq̃ posthac
exosus: & ipse ĩmortalẽ gloriá cõsequaris: & Florẽtinus populus ppetuo bene sit pbea
teq; uicturus. Quas publicas lrás dedi proxime ad Senatũ & populũ Florẽtinũ: scio te
& uidisse: lectitasseq; diligenter. Quæ publice sũ hortatus: eadẽ te & hortor: & moneo:
Ná si ad cõẽ oium cõmodum atq; emolumentũ priuatim ea sunt cuiq̃ conductura: tibi
sunt uel q̃maxĩe. Quo eni locupletior fortunatiorq; es: eo tibi magis studendũ est: ut p
multos habeas amicos: & inimicũ neminẽ. At q̃diu uiri optimates patrio arceanť solo:
nunq̃ possis pacato securoq; eẽ aío: Intelligas eni necesse est: nó exules modo ois: sed ẽt
quotquot iusti & fortes uiri in urbe retẽti sunt: tibi esse metuendos: Ná alii moueãť in
cõmodo reip. alii indignitate causæ. Nõnulli propinquitate: necessitudine: amicitia clẽ

alii indignitate causæ. Nõnulli propinquitate:necessitudine:amicitia clientelis. plerisq; etiã opes tuæ inuisæ sint. Quaq; ui quibusq; artibus moliant̃:ut p causæ honestatẽ te pditum eant:quippe qui & iniquũ & impiũ esse dictitent te nõ æquo iure cũ ciuibus uiuere:ac tui unius cã tãtam clarissimorꝝ & optimorũ ciuiũ multitudinẽ extorrẽ agi. His certe cogitatibus:his curis:his si uerꝝ fateri licet:molestiis & terroribus sollicitari te non sum nescius:Non es.n.obtusioribus quibusdã sensibus sed cũ ingenii acrimonia itelligis quãtũ uis:tum rerꝝ usu pmultaq; peritia nihil est:qđ minus calleas. Sed utinã uł naturæ uel fortunæ bono uti malles:q̃ supra ciuẽ appetere:Id.n.& tibi:& patriæ plurimũ conduceret:Nam & ipse oibus carissimus fores:& patriæ tantũ naufragiũ non itulisses. Verũ pleriq; omnes:qui & animi magnitudie:& ingenii uigent acrimonia:i eo ut plurimũ morbo funt:ut pares nõ facile admittãt:sed quaq; rõne pesse oibus & tãq̃ dominari uelint. Hinc & priuatæ & publicæ simultates oriunt̃:hic pestiferæ factiões:hic seditiones: hic tandẽ ciuilia bella cũ ingenti patriæ calamitate:exitio: interitu manant. Atqui illud quoq; quis negarit ois:qui se metui & odio esse sciunt:eos uel inuitos agere multa p iniquitatẽ:per iniusticiam:p sæuiciã. Nam qui se suppliciis dignos norũt:ea ne patiant̃:per omnẽ animi furorẽ:per omnẽ imanitatẽ diritateq; puidere. Hi aũt ignorare uident̃ mihi nullũ metũ diuturnũ esse posse. Nõ sibi ante oculos ponũt Aristotimũ:non phalari: Nõ Neronẽ. Nemo diu ipunitate lætatus est. Nullus est firmior principatus:nullus stabilior:nullus diuturnior:q̃ qui p iusticiæ & æquitatis officia in ciuiũ beniuolẽtia & caritate cõquieuerit. Satis magnus est:satis potẽs:qui honore se dignũ & admirandũ pstat. Es tu Cosme natura lenis:facilis:affabilis. Hanc si ducẽ sequi:q̃ iproborꝝ cõsilia malueris:& uiues bene:& morieris melius:Nã & psentes ac uiui te summis honoribus psequentur:& ois posteritas admirabit̃. Habes amplã expeditãq; pecuniã:qua tu si ad bonos ac pstãtis uiros uel seruandos uel accersendos in urbẽ uti:nõ aũt ad mulctandos exilio pscribendosq; istitueris:nemo te fortunatior futurus est:nemo beatior:nemo deniq; immortali deo homibusq; gratior:ut.n.multa corporis habitudo pdesse iis admodũ solet:qui nulli sunt egrotatiõi obnoxii:ualitudinariis uero uæhemẽter obesse:ita mea quidem sentẽtia argenti & auri magnitudo si uirꝝ bonũ:si iustũ: si beneficũ:si magnanimũ nacta fuerit:& illi:& cæteris magno usu est. Quod si apud eũ diuerterit:q bonitatis iusticiæq; expers & sordidus sit ac nullius roboris:cũ illi:tum etiã aliis detrimentosa ẽ pla neq; funesta. Qualis tua tibi uita esse debet Cosme medices:cũ ois fortunas tuas uides i alea Non.n.hi solũ:quos per ciuilis cõtentiones tibi esse inimicos reris:tibi sũt metuẽdi:sed isti magis qbus te carꝝ unice & admirabilẽ opiaris. Nõ.n.te diligunt: sed nũmos tuos:Nã si ulla te caritate cõplecterent̃:nõ te ad rapinã bonorꝝ ciuiũ:nõ ad pniciem:nõ ad uastitatẽ:nõ ad cædẽ exhortarent̃. Intelligũt ho.es callidissimi:q̃diu optiatum odio laboraueris:i sua te potestate necessario futurꝝ. Quare semp aliqd a te capiunt:aliqd poscunt:aliqd expectãt. Quicquid aũt iprobe:flagitiose:faciorose: ipieq; patrarit:te auctorẽ totius sceleris:te pricipẽ:te signiferꝝ pfitent̃:ac tuis se opibus tuent̃. Quæ ubi diutius ferre non poteris:Non.n.tantã scelerꝝ ac nequitiarꝝ licentiã æquo animo perferas: libidinem atq; furorem suum in te armabunt:tuas pecunias sitient:tuis se nũmis igurgitare omni arte:omni fraude:& omnibus deniq; insidiis molientur. Te malorꝝ omniũ causam esse dicent. In caput tuum per omnem uim & contumeliam coniurabunt. Atqui omnes inimicitiæ difficiles sunt:& permolestæ. Nullus est adeo imbecillus inimicus:adeo ifirmus:qui non ei grauis in tempore esse possit:qui & potentissimum sese & firmissimũ



censuerit:Nam aut agendo:aut dicendo:aut excogitando durius quippiã calamitatem importet.Odii fructus nunq̃ dulcis est:nunq̃ utilis:qui oĩum potius maxie perniciosus: maxie amarus.Nullũ est honus grauius:nullũ molestius q̃ inimicitias ferre.Nam secundas res turbare:& aduersas augere cõsuerũt:Excubat inimicus semp:insequit̃ semp:insidiat̃ semp:emori mauult:q̃ nõ ulcisci.Amicitia uero atq; cõcordia & publice:& priuatim semp ꝓdest.Nec ea quicq̃ esse pulchrius queat:neq; suauius:neq; melius:neq; diuinius.Qui.n.aptius:expeditius:certius bona ipsa adipiscunt̃ q̃ amici mutuis inuicẽ utentes subsidiis?Qui mala quæ sunt:facilius euitãt:q̃ qui amicos socios habẽt:Quibus ærũnæ minus accidũt quã iis:qui amicos habent doloris ærũnarũq; participes.Quibus est secũda fortuna suauior:q̃ his qui nõ sibi dũtaxat lætant̃:sed aliis quoq; gratulant̃?At ego nunq̃ illũ fortunatũ appellarim:qui ꝑ bonoꝝ uiroꝝ flætũ ac luctum fortunatus sit:Nec mihi felix uideri queat:cuius lætitia mæroti sit pluribus.At ne lætet̃ quidem in dolore multoꝝ:si sapit:Meminerit.n.eos oĩs:qui sua cã mærent:aliud nihil:q̃ de suo exitio dies noctisq; cogitare.Mortalẽ aũt nullũ oĩno esse cõtẽnendũ.Neminẽ.n.esse:qui aut homini:aut rei:aut saltẽ famæ nocere nequeat.Quare nemo est lacessendus iniuria.Nullius ꝑ sus homis in se odiũ cõcitandũ.prudenter.n.monuit Brasidas:qui ubi muris:quẽ in Caricis corripuerat:morsum excepisset:ob idq; illũ dimisisset:cõuersus ad circũstãtis ait:Nihil adeo paruũ est:qđ si audeat adotientibus repugnare:nõ se saluũ reddat.Vides iquã uiros optimatis:quos urbe eiecisti:eo esse aio:ut emori malit q̃ patria orbari.Itaq; nũq̃ cessẽt oĩa moliri ad reditũ.At ego dicis:i urbe sum.Et tu modo relegatus eras ad Venetos.Noli nũc ob istas fortunæ blãdicias fieri isolẽtior:optimatisq; despicere:quin potius illud Archidami lacedæmonii dictũ crebra memoria tecũ repete:Is.n.cum post cheroniæ pugnã a philippo rege asperiorem accepisset epistolã:ita rescripsit:Si umbrã tuã metiri uolueris:haud nũc eam maiorẽ inuenies:q̃ esset ante uictoriã.Quo maiorem uictoria elationem affert:eo magis diminuit cõsilium.Recte.n.idem Archidamus:qui cũ a quibusdam quo tempore prælio arcadas superasset:laudibus afferret̃: melius inquit foret:si eos prudentia potius:q̃ uiribus uicissemus.Quod tãtum innocentissimoꝝ ouium numeꝝ Cosme urbe expuleris & ipse urbe potiare:nõ tam tibi prudẽtiæ dandũ est:q̃ tuæ uel pecuniæ:uel fortunæ:uel Ioannis illius intellesci potius hominis perditissimi dolosis adhortationibus nefariisq; insidiis.Quod si tua opera hi reuocati in urbẽ fuerit:ac patriæ restituti:tunc magnũ te ꝑfecto uiꝝ:& sapientẽ:& beneficũ appellabo. Te unũ esse cõfitebor:qui omni uirture polleas:qui & diligendus sis:& obseruãdus ab oĩbus.Tum plane uiceris uiros optimatis:cũ teipsum uiceris;Depone iam tãdẽ Cosme: depone:si sapis uel extingue potius omnẽ animi tui ardẽtiorẽ excãdescẽtiã:flãmasq; iracũdiæ.Satis es ultus:siquid ulciscẽdũ existimaras.Noli diutius tentare fortunã:quæ tum maxie fallere:cum maxime obsequi consueuit.Iam aliquando prospice uel tibi:uel posteritati tuæ.Inquire teipsum propius:& acutius inspice.Non enim alteꝝ Cosmũ habituri sunt medices.Si malueris patriæ exules ciuis restituere:q̃ id peruicacius expectare:ut patriam ipsi pristinæ libertati dignitatiq; restituant:tum eris sane aduersante nemine in republica princeps:tum pater patriæ appellabere:tum omnes te colent:omnes admirabuntur.Et ne dubito equidem:ut es ingenio acerrimo:hæc eadem uideri tibi:Sed illud forsitan uereare:ne optimatium huiusmodi restitutio tibi calamitosa futura sit. At uide:q̃ tibi recte consultum uelim.permagna Romuli romanorũq; in Sabinos iniuria cõtumeliaq; fuerat.Inter eosdem uero & pax tandem & beniuolentia exorta est maxima.

Tibi ac tuis liberi sũt nõnulli:abũdãt & exules filiis.Quæ suauior:necessitudo:q̃ firmior quæ diuturnior eẽ possit:q̃ q̃ cõiugiis cõstat ultro citroq; cõstitutis:præterea q̃d secũdo loco litteris supioribus publice sũ hortatus:nulla re alia tũ publicus florẽtiæ ciuitatis:tũ etiam tuus tibi status solidior:durabilior:iucũdior:melior:felicior futurus est:q̃ si omni cura industriaq; studueris idq; q̃ primũ:ut huius diuini pricipis philippi Mariæ angli & beniuolentia uos & societate muniatis.Quanta hinc ad te Cosme utilitas:q̃ta dignitas:quãtus honos sit puẽturus:nequaq̃ ignoras:Nõ.n.nescis eum esse philippũ:qui cũ aliis oibus p̃claris ĩgentibusq; uirtutibus nemini oĩum cedit:tum & prudentia:& gratitudine:& munificẽtia cunctis mortalibus antecellit.Itaq; si tua potissimũ opera intellexerit rebus suis accessionẽ factã:est te p̃fecto apud se habiturus oĩum primũ.Is inq̃ te officiis p̃sequet:quæ & tibi:& populo florẽtino maximũ sint emolumentũ ornamentũq; allatura.Solebã equidẽ Cosme:cũ istic essem:uestroꝶ quorũdã hominũ iperitiã demirari nõ mediocriter:qui si quãdo:ut fit:in re bellica philippũ acceperãt incõmodo quopiã uel leuiter urgeri:cõtinuo gestiebãt:exultabãt:præ nimia lætitia tanq̃ apud se esse nõ poterãt.Tum ipse mecũ:dii boni:quid isaniũt florentini?quid publicæ supplicationes? quid publici plausus:quid publici ignes uolũt?Cum philippi lætant:nõne & suo:& p̃prio letant icommodo?An philippus perire possit:quin una pereant Florentini?Num qui philippũ uicerint:Florẽtinos incolumis fore patiant?Et p̃fecto Cosme uestra ois belligerãdi cum philippo ratio p̃stulta mihi:quod pace uestra dixeri:uideri solet:quippe qui deteriore cõditione uictores:q̃ uicti futuri sitis.Quæ.n.ad uos ex uictoria utilitas p̃uentura est?Num urbs:Num ager:num quicq̃ nũmoꝶ?Nã ut sileam:ad quantam reꝶ inopiam atq; egestatẽ p̃ belli diuturnitatẽ redigamini:an futuꝶ ignorat:ut per uictoriã pulcherrimã rẽpu.pulcherrimã amittatis?Victis aũt durius nihil timẽdũ est:q̃ iis uos muneribus & honoribus cumulatũ iri:quibus & duces:& impatores:& reges cumulatos audistis.Nõne igitur uobis sanius cõsuleretis:si idubitata uictoria cũ maximo rerum uestraꝶ incremento potiamini cũ philippo Maria:q̃ oino cum aliis uictoribus uinci?Quod si rebus uestris contenti otium q̃ negotium malueritis:facile uniuersæ Italiæ diuturnam pacẽ uestra cũ philippo societate tranquillãq; quietẽ parietis. Verum ne uos delectet tarda deliberatio.Non enim te præterit Cosme medices incredibilis ac p̃pe diuina huius diuini principis uel sapientia:uel animi magnitudo:Vt enim affinitates p̃pinquitatesq; tacuerim:q̃ ceteris uniuersis ac maximis potentatibus carus periucũdusq; sit:q̃ apud omnis ualet & auctoritate & gratia:non es ignarus.Quamobrem matura Cosme:dum licet.Accingere huic tam honesto:tam necessario:tam utili:tam sancto:tã pio operi.Succurre patriæ:succurre amicis:succurre & tibi:& tuis.Oblatam occasionem arripe.Noli:quæso:expectare:ut iure optimo dici queat:non uoluntate Cosmus:non animi iudicio:sed necessitate & rebus aduersis non tam ducitur:q̃ cogitur.Id autem una re facillime uitabis:si omni perturbatione liber te rõni submiseris.Vale.Ex Mediolano iiii.nonas Iulias.Anno a Natali Christiano.M.cccc.xxxx.

Frãciscus philelfus Kyriaco Anconitano sal.dicit.

q Vod & gratularis mihi:teq; propediem apud nos futuꝶ denuncias:dici nõ possit:quanta me tuis litteris uoluptate affeceris.Vtrunq; enim summæ beniuolentiæ argumentum est.Facito igitur si me amas:sicuti certe amas:ut te uti q̃primum fruiq; affatim possimus.Interim autem rem mihi pergratam facturus es:si ad quod tempus naues honerariæ sint istinc Bizantium soluturæ:per te certior factus fuero:quo uel tibi

uel nostro splendidissimo Scalamonti dem aliquid litterarum ad Marium filiũ. Quod autem placere tibi ostendis περὶ σμινθέωσ καὶ σμύρνησ. ea per z non per s scribi:& idem ptolemæum sensisse in suo de orthographia libro:Ego quidem neq; tibi: neq; ptolemæo ipsi assentior:quicunq; is tandem aut alteruter Alexandrinus:aut Ascalonites:aut Epithetes cognomiatus:aut alius quispiam fuerit:qui se grãmaticũ profiteri uoluerit. Id.n.ratio phibet:quæ istiusmodi cõsonantium numerum simul esse non patitur:id quod etiã apud priscianũ in primo de octo orationis partibus ĩtueri licet. Quare quæ tu epigrãmata istiusmodi characteribus scripta inuenisti:litteris atticis :ut aiunt: scripta esse fatendum est:uel ãte arcadas potius:quos καὶ περὶ τοῦ ἡλίου καὶ τῆσ σελήνησ extitisse fabulanť. Mihi tũ & epigrãmata tua:& quæ scripta abs te sunt:iucũdissima fuere. Vale. Ex Mediolano. v. Idus quintiles. M.cccc.xxxx.

Franciscus philelfus Andreocio petrucio sal.

n Imis lautus factus es:qui nos iam tædio habeas. Existimo te urbani istius: quem miníe bellũ sacerdotaria uxor belli filium uocat:cõsuetudíe uti cœpisse: ob idq; nostratia hæc cõtẽnere. Verũ caue:te solum solus offendat:Nosti homis istius tum uires:cũ exul ab octaua Marius bibit:tum etiam mores. At officii tui esse arbitror:modo tibi p Vrbanũ liceat:aliquid obstrepere litteris:quo de te ac tuorũ omniũ statu bonaq; ualitudine certior factus:mecũ ipse tacitus gaudeam. Tu interim puccinis te credas:noliñe ructes insanientesq;:& ĩ ruinã te trahãt:& in insaniam: Omnino.n.si credis uictores breui futuri sumus:id quod ex Landucio nostro accipies. Vale. Ex Mediolão. iii. kal. Sextiles. M.cccc.xxxx.

Frãciscus philelfus Saxolo pratensi sal. dicit.

f Verunt mihi tuæ litteræ piucundæ. & Ioannes Andreas iucundissimus. δοκεῖ γάρ μοι καὶ μέτριοσ νεανίσκοσ καὶ σοί φίλοσ ἐν πρώτοισ ὑπάρχων. καὶ γὰρ ἐπαινεῖ σε ἀτεχνῶσ καὶ θαυμάζει. Fuit ergo nobis cũ tua tum etiam sua ipsius causa carissimus. νέουσ γὰρ καλοὺσ εὑρεῖν καὶ μετρίουσ οὐ ῥᾴδιον. Quẽ medicum ad uictorinũ meũ daturus sim:non intelligo:Nã neq; litteras abs te ullas accepi:nec mihi ullus est medicus:nec itẽ futurus sit:opto. οὔτε γὰρ ἰατροῖσ οὔτε ἱερεῦσι χρῆσθαι ἐπιθυμῶ. Quid de libris nostris:& euripide: & mathematicis scribas:nescio:Eos uelim ac etiam uehemẽtissime rogo te:& oro:propediẽ ad me des. Flaccũ:& ciceronẽ nostri eruditissimi uictorini dedi Ioanni Andreæ:Id quod ut facerẽ: significasti litteris. Cõsultũ uero tuũ uel nostrũ potius nondũ satis cõsului. Quare ne inconsultũ me abiens dimittat:breui puidebo. platonis aut leges:aut rẽpu. libenter uiderĩ aut saltẽ τὰ τοῦ σωκράτουσ ἀπομνημονεύματα κατὰ ξενοφῶντα. Quod ais:imo cauillaris τοὺσ ξιφήρεισ μὲν καλῶς ἔχειν τὸν φιλέλφον δὲ κακῶσ. οὐκέστιν οὕτωσ μηδαμῶσ ἀλλὰ μονῶ μᾶλλον ὁ φιλέλφος μὲν εὐδαίμων οἱ δὲ ξιφήρεισ ἐκεῖνοι καὶ τῶ ὄντι αὐτόχειρεσ καθ' ὑπερβολὴν κακοδαίμονεσ. A Mario nostro quotidie litteras expecto:quas cũ accepero: faciã te qd tãtopere scire desyderas:& ad quod tẽpus eũ expectemus & de oĩ re alia certiorẽ. Vale. Ex Mediolano. v. kal. Octobres. M.cccc.xxxx.

Franciscus philelfus Catoni iurecõsulto & oratori sal.

a Vdio istic esse præsbyterũ quendã Cremonẽsem Iacobum Cassianum:qui multum ac diu humanitatis artibus operã dederit:tãetsi uel qua eruditione: uel qd omnino hominis sit:ignoro. Illud certe non placet:quod libros meos suæ fidei cõmis-

fos:nec reddiderit mihi:nec uerbum fecerit:Nam uictorinus feltrensis eius doctor:uir:
ut nosti:integerrimus idéq; doctissimus & mihi uetere familiaritate cóiunctus: litteras
ad me dedit:quibus miraẗ:quod nihil ad se scripserí:posteaq̃ & libros mathematicos :
& Euripidis tragoedias isti Cremonẽsi Iacobo ad me dedisset . Itaq; mi Cato rogo te
maiorẽ in modum:Iacobũ istum q̃primũ cóuenias:& ab eodẽ libros meos exposcas :
recipiasq; una cũ saxoli litteris ad me.paucis tenes:qd facto sit opus.Is aũt Iacobus phi
losophiæ philosomatus quispiá studet:ut aiũt.Vale unaq̃ cũ uxore foemina pudicissima .
.Ex Mediolano.iiii.kal.Octobres.M.cccc.xxxx.

Frácíscus philelfus Iacobo Cassiano Cremonẽsi p̃sbytero sal.

u Ictorinus feltrensis doctor tuus ac idẽ eruditissimus uir mihiq; amicissimus mo-
nuit me suis litteris duos tibi meos dedisse ad me codices:quorũ altero euripi-
dis tragoediæ:altero mathematicoꝝ libri cótinerenẗ.Quos cum arbitreẗ pluribus iam
mensibus mihi redditos esse:mirari se scribit:quid nihil ad me litteraꝝ ea de re accepe-
rit.Itaq; te etiá atq; etiam hortor meos mihi libros q̃primũ reddendos cures.Quod si
fortasse neminẽ habes:cui tuto rem cómittas:habeo istic hominẽ familiarẽ & uiꝝ opti
mũ:Catonẽ saccũ:clarissimũ & iurecósultũ & oratorẽ:& philosophũ.Huic igiẗ isti me
os libros restitues:quo & officio tuo :& Victorino doctori satisfacias:mihiq;p tua li-
beralitate morẽ geras.Vale.Ex Mediolano.iiii.kal.Octobres.M.cccc.xxxx.

Frácíscus philelfus Kyriaco Anconitano sal.

a D quitũ Idus Quintiles dedi ad te litteras:qbus suauissime tuæ ad me epistolæ
respóderá.Miratus aũt sum:quid postea nihil ad me scripseris:præsertim cũ scire
admodũ cuperem ut tũ significará:ad qđ tẽpus honerariæ naues Bizantium essent tra-
iecturæ.Num fortasse moleste tuleris:q̃ quæ nomía σμινθεύσ και σμυρνηου διά
τοῦ.σ.αλλά τοῦ.ε.μροτου.μ.scribẽda affirmabas:nõ ita scribenda esse ostenderiẽ
Inhumane,pfecto faceres:si assentatorẽ philelfum tuũ:q̃ tibi amicũ malles:Nam qđ ait
Terentianus ille Sosia:hoc tẽpore obsequiũ amicos:ueritas odiũ parit:habeat id quidẽ
locũ inter adolescẽtes & stultos:Inter uiros aũt & prudẽtis nihil ficti nihil simulari:neq;
dicendũ:nec sentiẽdum cẽseo.Quod si æquæ prudẽtia ac eloquẽtia es p̃ditus:quid est :
qđ minus uelis q̃ me aliud de te loqui:aliud sentire:& laudare aliud:pbare aliud:Id. n.
inani cuipiá gloriæ tibi ascribendũ foret.Quod quidẽ crimẽ q̃lóngissime abs te abesse ñ
sum nescius.τι γουνέισι σιωμέσ:Scribe obsecro q̃primũ aliquid uel qbus malis cha
racteribus.Nec me fructu dulcissimæ nostræ cósuetudis priuatũ uelis.Vale.cũ meo splẽ
didissimo Scalamóte.Ex Mediolão.iiii.kal.Octobres.M.cccc.xxxx.

Frácíscus philelfus Georgio carrecto iurecósulto sanitatẽ.

n On possum te ñ igratitudis accusare:q̃ rebus meis tádiu pro uolũtate usus & li-
beralitatis meæ obliuiscaris:& officii tui.Facis,pfecto ihumane:Ac mihi iam sto
machũ mouere icipis.Nõ.n.puto aut in legibus iuenisse te aut i alio quopiá iure id uni
licere tibi:qđ nemini bono licet.præsta te oro & bonũ tádẽ & gratũ uiꝝ.Vale.Ex.Me-
diolano.iiii.kal.Octobres.M.cccc.xxxx.

Frácíscus philelfus.Frácisco barbauaræ sal.di.pl.

u Ix dici queat mi hũanissime Frácisce:q̃ta me uoluptate affecerit hesternũ a te mu
nusculũ:Quod &si ipsum ex sese me plurimũ delectauit:eo tñ longe gratius iu-
cũdiusq; fuit:qđ abs te datũ:Intelligo enim me nulla mea frustratũ spe:qppe q plane p
spiciá te talẽ ac tñ uiꝝ:cuius familiaritatẽ atq; beniuolẽtiá iápridem unice desyderaui:&

familiariter mecum agere:& ĩ amore mihi affatim respõdere. Gratulor igitur facillimo isti tuo humanissimoq; igenio. gratulor modestiæ:atq; bonitati. gratulor beneficentiæ. lætor aũt felicitati meæ:q quod semp optarã:me uel nullo meo labore nõ solũ assecutum iam uideo:sed q̃cumulatissime assecutũ. Ego uero qd aliud amicitia nostra dignũ tibi referre possim:habeo certe nihil:nisi ut te & rogem:& orem:tibi quod facere idubitato potes:etiam atq; etiam persuadeas eum esse philelfum ac semper fore:quo possis omni in re:uel peculii iure uti. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. iiii. kal. Octobres. M.cccc.xxxx.

Frãciscus philelfus Thomæ Bononiẽsi sal. di. pl.

n I mihi iter ĩtercepisset tertiana febris:cui ipsi deus superiq; oẽs ad quartanam:ita cõtinuã quoq; ac peremnẽ ĩferãt:ut q̃celerrime radicitus eam perdãt:uenissem eqdẽ ad te q̃primũ ut æque tibi corã gratularer:atq; mihi mirifice sũ lætatus:qd pro tua singulari uirtute maximisq; meritis:ĩ eo te loco humanissimus prĩceps noster cõstituerit qui & excelsus est & illustris ĩ primis. Gratulor igit absenti absens. Ac precor ĩmortalem deũ ut quod certo spero:Illud Biãtis dictũ. Magistratus uiꝝ dimõstrat:clare ĩ te eluceat: hoc est ut nõ meæ & amicoꝝ solũ:sed oĩum expectationi pbitas tua integritasq; respondeat: Nemini. n. dubitãdũ est te in dies magis atq; magis apud nostrũ principẽ & auctoritate & gratia cariorem fore. Facies autem pro amicitia officioq; tuo:ut cum quid otii nactus fueris:memieris nostri. Vale. Mediolãi ex ædibus nostris. iii. Nonas Octobres. M.cccc.xxxx.

Franciscus philelfus Thomæ Bononiensi sal. di.

q Vod tibi existimauimus nõ iniucundũ fore:opima spolia ĩmortali deo quæ de hoste infestissima:febre illa tertiana uoueramus:nudiustertius detulimus:& non illa q̃dẽ in ferculo:ut Ioui Romulus:sed ĩ bona spe bonaq; fiducia:Neq; .n. ferculoꝝ mihi nec uasoꝝ copia ẽ:Noli tñ putes adeo me redactũ ad inopiã ut siquid ex isto uestro delicato & lautissimo aucupio ad me pro tua munificentia dederis:nullũ habeã ferculũ quo id cõmode sim excepturus. Quod si quæsieris:qbus armis:febris armis furoriq; restiteri:nõ equidẽ æsculapii aut Apidis. Sed fere par pari retuli. Eã illa mihi moliebat sitĩ qua ꝑpediẽ cõficerer. Id ego ãiaduertẽs eiusmõi sane inedia hospitẽ accipio:ut qd est in attico ꝓuerbio:lõge ad coruos trãsire:q̃ meo hospitio uti mallet. Itaq; liberatus oĩno uideor edacissima & molestissima hospite:quã uł cũ ægritudie audio ad amicissimos nostros optimosq; uiros Marcolinũ barbauarã:& Dominicũ ferufinã ex itinere diuertisse Quos uelim moneas:nõ bonũ uultũ hilarẽq; faciẽ ĩpudenti illi petulãtissimæq; bælluæ ostendãt. Sed ab sese potius q̃primũ:q̃diligentissime:q̃fortissime abigant. Et si nõlit inedia:& ueneno utant:& sanguine Vale. & me nostro diuino pricipi unice cõmenda. Ex Mediolano. vii. Idus Octobres. M.cccc.xxxx.

Franciscus philelfus. Antonio pessinæ sal.

c Vm erã absens:erã apud te semp. Me diligebas. me ꝑdicabas. me colebas. me oĩbus amicitiæ & familiaritatis officiis ꝓsequebare. Nunc aũt ꝑsens:neq; uideo te usq̃:nec audio. Nũ qd oibus fere ĩ rebus accidit:nostri ꝑsẽtia:tuã de nobis opinionẽ minuit: Nã qd ẽ p ĩmortalẽ deũ:q ita obmutueris:ut nec audias:nec loquare: Quid ẽ tua taciturnitate suspicer:nescio. Nã si tuæ occupatiões te mihi uisẽdũ ꝓhibẽt:at litteris saltem quippiã obstreperes. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Octobres. M.cccc.xxxx.

Frãciscus philelfus Blasio Axæretensi Vicecomiti sal. di.

ſ Olent nonnulli tãdiu amicos colere:quoad eorum uel præsentia uti:uel officio

frui queát.At ego huiusmodi hoies uel assentatores potius nihil caritatis:nihil oio humanitatis præ se ferre censeo:Declarant eni se nõ tá amicos coluisse:q̃ priuati propriiq; cõmodi habuisse rõné.Illoꝝ igitur mores perinde atq; ingratos & plane barbaros detestari consueui semp:Nihil enĩ amici recordatione mihi suauius esse põt:Quod cũ i aliis semper:tũ in te uno in primis expertus sum:Nã incredibile dictu est: q̃tũ me tenet desyderium tui.de te dies ac noctes cogitare non desino. Tu absens mihi semp es præsens. Iucundos nostros dulcissimosq; sermones crebra memoria mecũ repeto.Hac una re ab sentiæ tuæ desyderium lenio.Hac una re oblector:ac lætor. Quod siqd ad me litterarũ dederis:exiliá sane gaudio:exultabo:triumphabo.Quid abs te uelim:itelligis.Vale. Ex Mediolano Idibus Octobribus.M.cccc.xxxx.

Franciscus philelfus Francisco piccolpasso
Mediolanensium Archiepiscopo sal.

q Vod ruri te cótineas:quo tépore ꝓpter subeuntem iá hyemem urbs maxime colenda est:nõ possum nõ mirari:Nã solitudo ista qd tibi iucunditatis afferre possit:non intelligo.Quod si ociũ q̃ negociũ te malle dixeris:at memineris non te ad ociũ sed ad negociũ:hoc est nõ tibi:sed bonis oibus natũ.Quare cũ ab uniuersa ciuitate desyderaris:tui fuerit uel officii:uel benignitatis relicta ista solitudine rustica:te q̃primũ urbanum fieri:Quod ut facias:etiá atq; etiá rogo.Vale.Ex Mediolano pridie Idus Octobres.M.cccc xxxx.

Franciscus philelfus Kyriaco Anconitano sal.

a D quartũ kalendas Octobres meis ad te litteris sũ miratus:qđ nihil iádiu scripseras.Videbatur enim argumentũ id quoddá esse mutati ai erga me tui: Id qđ nõ moleste ferre nõ poterá. Nunc aũt cũ tua mihi epistola & diserta:& ꝑsuauis reddita é: quæ ubi ad.iiii.Nonas Sextiles istinc iter arripuisset:uix tandé sero ad nos.xiiii.kal.Nouembres ꝑuenerit:facile mihi intellegere uisus sũ uel téporũ difficultaté:uel núcii fortasse negligentiá ἢ σχεδὸν καὶ ἀπιστίαν esse accusandá.Non enĩ erat occlusa.Quæ quidem exoptata & dulcis epistola tua si mihi ad quod tépus debuerat:reddita fuisset:recte consultum foret mario nostro:qppe,qui:καὶ ἱμάτια παρ᾽ ἡμῶν. καὶ χρήματα καὶ ἄλλα τινα αὐτῷ ἀναγκαῖα ἔλαβεν ἂν διά σοῦ:quæ sane adhuc integra apud me sunt.Reliquũ est:ut me oportune cõmonefacias:& ad quod tépus nauis altera sit Constantinopolin traiectura:& cuius ductu. præterea ταῦτα τὰ προειρημένα πράγματα cui daturus hic ad te sim: quo perferenda cures πρὸς τὸν ἡμέτερον παιδαμάγρον. Et de his satis. Clarissimi dignitatis militaris uiri Rainaldi Albizii consiliũ nõ possum equidé nõ probare.Rogo:& oro imortalé deũ:ut eum icolumé reuehat:ac reddat nobis:Nãũ c eius ætaté annosq; consydero:uereor:ne maris tædiũ ac labor eius senectuté obruat.Velim meo noie uxorem eius Alexandrá adeas:& isti oé meum officiũ pecũiá:opem & polliceraris:& deferas.Vnice enim Rainaldo meo affectus sum:ut & sapiétissimo:& fortissimo:& optimo:& amicissimo uiro. Tu aũt cum mihi posthac quippiá scriptitaris:ne obliuiscaris:uelim:ueteré consuetudiné tuam. καὶ γὰρ νῦν οὔτε ἐπιγράμματα μοι οὔτε ἄλλο τι κεώτερον ἐπέστειλας.Vale.ex Mediolano.xiiii.kal.Nouembres.M.cccc.xxxx.

Franciscus philel.petro Michaeli Militaris dignitatis uiro ac iureconsulto sal.

t Va in me plima officia & beniuolentiá singularé nulla unq̃ apud me delebit obliuio:Nã & amabo te semp:& illustres ac ꝓclaras uirtutes tuas q̃si ppetuus aliqs

buccinator:prædicabo:diuulgaboq; apud oēs.Ingratus sane ille mihi uideri solet:q̄ nō pleniore quodā ore de absentis q̄ de præsentis amici laudibus loquat̄.At q præsentem laudat:etsi recte atq; uero id agit:assentatiōis tñ crimini apud plerosq; uidet̄ obnoxius: Existimat̄ enim id nō tā ex aīo fnia:q̄ alicuius uel suscepti:uł sperati cōmodi gratia cumu latius facere:q̄ par sit.Sed ne qđ in aliis ꝓbare non soleo:in eo ipse in ꝓsentia peccauisse censear:q te p litteras quasi coram laudem:hac de re satis ac sup:Nam qđ ab me tibi debet̄:melius fieri:q̄ dici uolo.Scire admodū cupio:quid istic apud uos gerit̄.Non enim te latet:q̄ sumopere Senensis reip.quieté trāquillitatéq; ꝑcupio.Quare cū aliquoꝝ hominū seditiōes audio & conatus pestiferos:doleo equidem æque:ac debeo. In primis aūt de Vrbano bellua.hui:belluo dicere uolui:certior fieri uolo.Increbuit eni apđ nos ꝓstātē istum ac pudicū uirū & ciué optimū mori decreuisse.Id ego miratus sum ualde: Nā quo pacto moriatur:q nunq̄ uixerit.Verum siquā aliā mortem oppetere fortassis i stituerit:q̄ impuri & obscœni hoīes suiq; simillimi consueruntuelim suas res gestas memoratu dignas ad me ꝑscribat:quo eius nomen īmortalitati cōmendē. Et ut intelligas siquid ét in hoc dicendi genere philelfus ualet:orationē funebrē ad te dedi:quam superiobus diebus habuimus in Thodeschini sepultura.Hāc autē si Vrbani sacerdotaria ista uxor audierit:nō uereor fore:ut cornigerū uirum suū non hortetur modo:sed etiā agat continuo ad interitum.Vale.Ex Mediolano.xiii.kal.Nouembres.M.cccc.xxxx.

Franciscus philelfus Augustino dato sal.dicit.

a Causas me negligentiæ: quod eqdẽ ꝑmoleste ferrẽ: si cuiq̃ me nossem indiligentiæ obnoxiũ: Nã quis alius me uno in amicos diligẽtior. At nullæ meæ iãdiu litteræ tibi sũt redditæ: quasi aliqd tu mihi ꝑdiu scripseris: cui uicẽ ipse minus reddiderim. Noli igiť ea torquere in me tæla: quæ iure optimo retorqueanť in te. Cæteꝝ istiusmodi desyderiũ tuũ non difficulter me expleturũ polliceor: quatenus ꝑ temporꝝ cõditionẽ mihi licuerit: Id tũ fiat: si ois sermo noster: oĩs scribendi cõsuetudo de musis futura sit: & de iis rebus: quæ nihil habeant cõe cum publicis actionibus. Ego: quod scire postulas: bene ualeo: meaq; fortuna contentus sum. pauca appetenti: pauca etiã satis sunt. quotidie mutare cælum hominis esse duco & incõstantis: & morosi: præsertim ubi id ab re fiat. Vale. Ex Mediolano kal. Iuliis. M.cccc.xxxxiiii.

Franciscus philelfus Ioanni Aurispæ sal.

n Oui ex ipsa usq; Constantinopoli esse tibi reconditos non nullos Theophrasti libros: & eos maxime: qui περὶ φυτῶν inscribuntur. Hos ego mihi exscribi cupio. Estq; mihi cõmode paratus librarius græcus. Itaq; rogo te: ut codicẽ illũ mittas ad me q̃primũ: redditurũ item ad te propediẽ. Noli: obsecro: ullã excogitare causã aut cõfictã: aut uerisimilem: qua fretus: mihi minus morẽ geras: ne ipse item cum meo aliquo uolueris uti officio: par pari referre cogar. Vale. Ex Mediolão. xv. kal. Augustas. M.cccc.xxxxiiii.

Franciscus philelfus Saxolo prateosi sal.

n On idem esse τό ψεῦδοσ λέγειν καὶ τό ψεύδεσθαι sextus empericus li
bro primo de grámatica apertissime docet: Nã ψεύδεσθαι hoc ẽ mẽtiri tum
existimamur: cũ id dedita opa facimus i alterius fraudẽ atq; detrimentũ: cui mentimur.
At ψεῦδοσ λέγειν hoc est mendaciũ dicere: ẽt ad eius utilitatẽ: cui dicimus menda
ciũ: fieri a nobis põt: id qđ & parentes i filios: & medici in ægrotos obseruare plærũq;
cõsueuerunt: Multa eni q̃nq; dicũt: quæ norunt nõ eẽ uera: & dicunt tñ: ut illis uel admoni
tione uel exẽplo: uel spe aliqua ꝓsint. præterea mentiendo nõ ipsi fallimur: sed studẽus
alterq; fallere in eius detrimentũ. At dũ mẽdacium dicimus: tũ ẽt ipsi fallimur: dum uos
uera loqui arbitramur. Vale. Ex Mediolano Nonis Augustis M.cccc.xxxxiiii.

Franciscus philelfus Leodrysio Cribello sal.

m Iror: qd tibi in mentẽ uenerit: ut ex papia litteras ad me dederis: qbus petis: ha
beam ne: qcq̃ exploratũ ac certũ: cuiusmodi legẽ tulisset Otho iperator de con
sessu ordinis equestris i Theatro: & quæ itẽ fuerit lex Iulia: & q̃ scatinia: Quid eni te nõ
miret: q cũ habeas istic iureconsultorũ Homerũ: Catonẽ saccum: nõ ex isto potius: q̃ ex
philelfo quæsieris de istiusmodi legibus: Cæterũ ut tibi morẽ gerã: non Otho Cæsar i
perator: sed. M. Otho tribunus plebis legẽ tulit: nequis i ordine equestri spectaturus se
deret: nisi sestertia quadringenta milia possideret: Quod cui cõtingeret: qsquis is tandẽ
esset: siue ingenuus: siue libertus: ei liceret i gradu quartodecimo iter eqtes spectaculo in
teresse. ad quadringẽta aũt subintelligi oportet millia ãtiquo more: Nã quadringẽtorũ
sestertioꝝ possessio in romana republica fuisset inopia: cũ sestertia cẽtum cõplectant li
bras argenti triginta: cũ sestertiũ cõtineret ex ære signato libras duas ac semis. Legẽ uero
Iuliã sanxit. G. Iulius Cæsar: qua cauebatur: ne liceret adulteriũ ppetrare. Sed deprahensi
qui fuissent in adulterio: ii supplicio dederent. Quod uero loco ultimo abs te petit:
Lex Scatinia a Scatinio lata est cõtra puerorũ cõcubitores: qui uocant ἀρσενοκοῖται
arsene coetæ. Hos enim graui supplicio afficiebat. Nos tum pædicatores tum pædicões
appellamus: istiusmodi hoĩes flagitiosos: & impuros: ac plãe sceleratos. Vale cum cato
ne nostro. Ex Mediolano. vii. Idus Septembres. M.cccc.xxxxiiii.

Franciscus philelfus Francisco Scalamõti equiti aurato sal.

e T de horologii inuentore: & nude uomen acceperit: respondebo tibi: qđ didici
lectitando. Habetur in sacris litteris: nou ægyptiorũ inq̃: sed hebræoꝝ: Nam ægy
ptii sacras litteras uocabant: qbus p quædam aialia ac signa uerba ipsa significabãt: utpo
te uerbi grã anguillã pingentes & inuidũ intelligebant & inuidiã: ea rõne: qđ ãguilla cũ
aliis piscibus nullã hẽt coionem: sed ab eis semp seorsũ se continet: & sub leporis figura
auditũ: qm̃ lepores sint acerrimi auditus: habet inq̃ apud hebræos libro regum quarto
Achã oium primũ horologiũ iuenisse. At his ægyptii nequaq̃ assentiũt: q ut hoium ge
nus ob cæli tẽperiem ab se ortũ cepisse uolunt: ita etiam cũ alias pulchras artis & disci
plinas: tum borarũ rationem repertam esse: quippe qui asserant hostiam: quæ ĩmolãda
foret: quater ac uicies paribus inter sese distantis meiere animaduersam: & inde unius i
tegri diei tempus in horas quattuor ac uiginti fuisse distributũ: quod & diẽ scilicet cõ
plecteretur & noctem. Cæterum a ꝓbatissimis traditur auctoribus Hermen trismegistũ
cum esset olim apud ægyptios sacrum animal quoddam Serapidi dicãdum coniecisse
id in diem totũ duodecies fecisse urinam pari semp iterposito tẽpore: & inde hunc ho
rarũ ordinem: constituisse: dimensum scilicet diem in horas duodecim ac noctem eodẽ

modo.Id autem eo uidetur ꝓbabilius:quod hora ab ὥροσ oros qđ urinã significat: nomẽ habet.Sũt præterea:qui acutius rem uelint iuentam:dicũt.n.celi quadraturã i duodecim partis ꝑ ratione musica diuidi:& inde horaꝝ manasse rõnem.Aquam.n. quæ tenuissima cauerna deflueret:cũ per totũ diem excepissent:hãc maiores nostri in duodeci partis diuiserũt:ex quibus quidem partibus numeꝝ horis iposuerũt De Halcyone autẽ quod requiris:ea nata ẽ patre Mænolo & matre Canabe:nupsitq; Cyeci: quæ quidem auis uitã agitat circa littus:eiusq; pulli auferũtur a fluctibus:& ut ferũt:dies quattuordeci circa hyemalis uersiones quiescit:dicta aũt ẽ halcyon:quoniã i mari cõcipiat: Nã αλσ hals αλοσ halos salum hoc ẽ mare significat:& κυειν cyein cõcipere:& ob hãc rationem aspiratur in prima syllaba:& scribitꝰ per y tenue:Vocatur ẽt halcyonis.De pane uero pastoꝝ deo duplex apud græcos habetur fabula.Nã alii dicũt eũ esse natũ matre penelope Vlixis uxore:& patribus ꝓcis oibus:ob idq; pana esse noiatũ: πᾶν pã.n.omne significat.Alii uero cõtendunt eũ natũ esse ex penelope & Mercurio cõuerso in hircum. Et hæc hactenus.Tu uelim me facias certiorem de oi tuo statu:id quod ꝓximis tuis litteris te prætermisisse miror.Scis.n.tua mihi oia curæ esse. Quod si de me quæras:mihi perbelle est:Nã pricipi huic meo uniuersæq; & aulæ:& ciuitati sum carissimus.Vale.Ex Mediolano.iii.kal.octobres.M.cccc.xxxxiiii.

Frãciscus philelfus Ioanni Olzinæ sal.

i Oanni Zaburgadæ scribæ regio dedi ad te dono quattuor opuscula: quæ iam pridem ex græco in latinũ conuerteram eloquiũ:duo Xenophõtis Socratici: alteꝝ de rep.Lacædemõioꝝ:alteꝝ de regis Agesilai laudibus:& duo item ex plutarcho Cheronẽsi:quoꝝ altero Lycurgi uita:altero uita Numæ põpilii contietur. Ea uero cum certior factus fuero tibi reddita eẽ:mittã cõtinuo tibi dono secũdũ:quẽ edidimus:de exilio librũ:ubi de ĩfamia disseruimus.Nũc.n.tertius nobis liber uersatur ĩ manibus:qui de paupertate ĩscribitur.Interea uero tẽporis ꝙ Ioannes ipse Zaburgada meo noie tibi coram exposuerit:id ut cures:plurimũ cupio:atq; te rogo.Vale.ex Mediolano pridie kal. Octobres.M.cccc.xxxxiiii.

Franciscus philelfus Saxolo pratensi sal.

n Olim mireris:si quãdo serius respondero tuis litteris.Id.n.nõ fit negligẽtia ulla mea:qua mihi nihil ẽ inimicius:sed occupatiõibus maxis:quibus ita obruor interdũ:ut uix sim apud me.Nũc ad ea:quæ petis.Artemisius ẽ apud Macedonas mensis maius.Ad hæc hyperides orator nõ nũq̃ artemisiũ uocat dianæ simulacꝝ: nã artemis diana est.præterea euboeæ ꝓmõtoriũ Artemisiũ uoiari oñdit Demosthenes in ea orõne: quæ pro Ctesiphonte hita ẽ. τέχνη βάναυσοσ techne banausos ẽ:quã nos artẽ sordidam appellamus.σύνεσισ synesis proprie calliditas est αγχινοια anchione uero uersutia Διάνοια dianoea intellectus est & intelligẽtia:quã Cicero quandoq; cogitationem interpretatꝰ:quasi cogitando intelligamus.Vale.ex Mediolano.iii.kal. octobres. M.cccc.xxxxiiii.

Frãciscus phil.Nicolao arcimboldo ducali senatori ac iureconsulto sal.

e Go singularem ingenii tui acrimoniam summamq; prudẽtiam cum semper ꝓbaui:tum maxĩe sum hoc tempore admiratus:cũ eo in legatiõe ad Venetos uti collega nolles:quẽ noras hoiem esse leuissimũ:& tamen ubi principis uolũtatem nosti:te paulũ æmiliũ admittere collegã Varronẽ haud recusasti.Cæteꝝ eo fortunatior paulo:quod Varronẽ ridiculo habitum redderis:egisti oia pro uoluntate & usu principis.

Optandum de te principi esse uideo: quod Agamenon sibi ducebat de Nestore. Si talis: qualē te omnes esse iudicant: haberet uiros decē Frācīscus Sphortia: & de uenetis actum esset: ut ita loquar: & de omni Italiæ diciōe. Laudo moderationē animi tui. laudo prudētiam. laudo bonitatē: quibus tu fretus uirtutibus: tantā es in hāc diē laudē cōsecutus: ut in hac uniuersa gallia cisalpina anteriorē i hoc uitæ genere habeas neminē. Gratulor igit tibi tot uel naturæ industriæ tuæ bona. Mihi aūt ꝗmeritissime lætor: cui talis amicus contigerit: quo nemo est nec melior: nec sapientior. Vale. Ex Mediolano. iii. kal. Octobres. M.cccc.xxxxiiii.

Frācīscus philelfus Sceuæ corti ducali senatori ac iurecōsulto sal.

a I pspectum haberē & exploratū animū erga me tuū: nō tam multos persæpe tibi cōmendarē. Sed cū aiaduerteri nunꝗ isse frustra meas ad te litteras: nō sum ueritus etiā hoc tēpore tibi cōmendare istius homīs cām: qui tibi reddidit meas litteras. Quod eo facio maiore cū fiducia: ꝙ mihi uideor itelligere uiꝝ bonū & pmodestum iniuria trahi per fora: ut qui pecunia sit iferior: ab eo opprimat: qui solis opibus sit superior: Cæteꝝ noui inocentiā tuā & animi magnitudinē. Scio nō patieris litteras meas fuisse uulgaris. Vale. Ex Mediolano. kal. Octobribus. M.cccc.xxxxiiii.

Francīscus philelfus Bornio alæ iurecōsulto sal.

a Ccusare negligentiæ me uideris: ꝙ iamdiu ad te nihil scripserim: quasi tua sit diligentia singularis: qui uix unas reddideris litteras post meas ad te denas. Itaq; tibi cauendū est: ne tua i te retorqueant iacula: quibus iure confodiaris: Quod si fieri ab me uolis: cura: æquior in me sis: litteras tū tuas uel p breuis legi plibenter: ꝙ in iis lectitandis agnoui ueterē tuā urbanitatē. Vix dici queat: ꝗtum me teneat desyderiū & uidendi & amplectēdi tui. Quod nobis cū locoꝝ interuallū auferat: reddat id saltē litterarū uicissitudo. Vale. Ex Mediolano Nonis Octobribus. M.cccc.xxxxiiii.

Francīscus philelfus Albertho Zācario sal.

a Nteuertis tu quidē mi Alberthe: ut qui negligētiæ accusandus: mihi obiicias indiligētiā. Numeres: uelim: quot ad me litteras dederis: posteaꝗ a uobis Mediolanū solui. Quod si meas ex tuis scrinus erueris: intelliges: uter nostrū magis sit accusatiōe dignus. Nec ē mihi molestū tn̄: ꝙ meaꝝ epistolaꝝ tenearis desyderio. Diligis. n. me: quē qm̄ coram uidere amplectiq; nō licet: quæris istiusmodi solatii genus ex litteris nostris: quaꝝ si uelis crebritate uti: id facillime cōsequeris: si minus ipse obmutueris: Quādo. n. frustra ad me scribis: quo minus tibi cōtinuo respōdeā: Cæteꝝ utcūq; res habeat: scribā ad te psæpe: uel ad facietatē usq;: quotiēs otiū dabit. Vale. Ex Mediolano Nonis Octobribus. M.cccc.xxxxiiii.

Frācīscus philelfus Guarnerio castellioni ducali senatori ac iurecōsul. sal.

q Vod & pximo āno: ac itē superiore mihi pollicitus es: tuæ fuerit humanitatis pstare deniq;: Scis. n. me nihil petiisse. Nūc aūt postulo: ut qđ ultro te factuꝝ obtuleras: effectū reddas. Quod si pstiteris: habebo tibi gratiā nō mediocrē. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. vii. Idus Octobres. M.cccc.xxxxiiii.

Frāci. philel. sal. di. plu. Aloysio crotto ducali secretario.

q Vantum tibi debeam: memoriter memini: Non. n. mediocris est benificentia in me tua: at amor certe singularis: quem si æquauerit beneficiū: tn̄ debere tibi existimabo: ut referēda gratia me inferiorē futuꝝ putē. Et ita imortale erit beneficiū tuū. Id autem tum præstiteris: cum me deceptum fuisse nō patieris. Num si aiaduerteris me ob

iperitiam florinos:quos uocant:i cōuentis pro ducatis accipere:pati debes errantem la bi e uia.Scis.n.uniuersam poene Italiā aureos nullos ducatos appellare præter Venetos Nā reliq nūmi aurei apud cæteros uere omnis & prope: & respublicas florini uocant At nestri istiusmodi florini sunt semiducati.Ego me falli nullo pacto uelī.Cura igitur a pud iustissimū prīcipē ut dolus ille malus tollat e medio.Quod si secus fiat: propedie consulam & rei & dignitati meæ.Vale.Mediolani ex ædibus nostris Idibus Octobri bus.M.cccc.xxxxiiii.

Fran.philel.Ioannifrancisco Gallinæ ducali secretario sal.

e T si noui ea te esse ītegritate ac bonitate naturæ:ut malā omnē maliciā nō secus atq; teterrimā pestem aliquā abomineris:noli tñ ea rōne decipiaris:q̄ aliqui ne lint prudētes uideri:qui nō sint:Nemo.n.prudens pōt esse:q̄ idem nō sit & iustus & oī morali uirtute pditus.Intelliges ex collega tuo uiro grauissimo & optimo Aloysio crot to:qua tēptent aduersus me uti uersutia hi:qui ducaliū pūctuū totiusq; ducalis ærarii cu rā gerunt:ignorātes illi qdē:ut uidet:stomachū meū:qui nihil admittit indignū aut me ptū.Tu igit:qui ab usq; Sena & nosti me:& dilexisti:diligisq; egregie:curā:ne mihi ul la fiat iniuria:Nā ego illam nullo pacto sum platurus.Nō te latet:q̄ ego sum alienus ab omni auaritiæ suspitione. Cæterų cōuenta mihi atq; pmissa sine ulla diminutione seruari uolo.Id ni factū fuerit:me cōuentis oibus solutū existimabo.Vale.Mediolāi ex ædibus nostris Idibus Octobribus.M.cccc.xxxxiiii.

Frācīscus philelfus Antonio pessinæ sal.

h Eri dedi binas litteras:alterā ad Aloysiū Crottū:Alteras ad Ioānēfrācīscum galli nā:quas puto legisse te.Tuū fuerit curare:ut Senatus rei meæ hoc estnut iusticiæ q̄primū pspiciat.Quod ni effectū cognoro:eodē utar uerbo:quo ad philippū.L.Craf sus:Si ego tibi philippe senator nō sum nec tu mihi cōsul.Tenes aīum meū.Num adeo me abiecero:ut admissurus sim florinellos pro florinis:id est argenteos sedecim in sin gulos florinos pro argenteis duobus ac trigīta: At nostrates:dixeris:ita loquunt.At no strates nō ita sentiunt.Ego illos florinos itellexi:atq; itelligo:quos uos uestro more du catos nominatis:cū uniuersa Italia solos ducatos appellāt Venetos nummos aureos.Et ita etiā intellexi munificentissimū prīcipē atq; statuisse certo scio:uel inuitis harpyis istis: qui mentē nobilissimi principis deprauare moliuntur.Vale Mediolani ex ædibus no stris xvii.kal.Nouēbres.M.cccc.xxxxiiii.

Frācīscus philelfus sal.pl.di.Ioanniantonio
Rembaldo ducali cubiculario.

n On imerito sapientissimus noster prīceps te unum ex oibus cubicularis plurimi semper & fecit:& facit.Nouit.n.bonitatē tuam:nouit grauitatem:nouit cōstātiā: nouit fidē atq; obseruātiā erga se.Video alios nonnullos:qui loquunt ad gratiā:qui se duci sese uel prece uel præmio nō difficulter patiunt.Te nero eum esse fatent omnes: apud quē nil sit ueritate antiquius.Nihil in te fictū estnihil simulatū.Oia refers ad iusti ciā & ad pricipis decus.Et tum maxime officio fungi putas:cū nil aūt agis:aut loqueris: q̄ iure possit a quoq; accusari.Quo uitæ moruq; instituto cum apud prīcipē summā ti bi cōparasti beniuolētiā:tum apud cæteros ois laudē immortalem.Intellexisti quo dolo meco agebat.Rem oēm:ut habeat:renūciasti pricipi:q:ut est aio splēdidissimo munifi cētissimoq;:& iusticia singulari:nō est passus sub figmento alicuius sui emolumēti publi cā atq; suā deludi fidē.Quis igit te nō diligat:ametatq; ppetuis laudibus tollat ad cælū:

Meruisti tu certe de me q̄optime. Itaq; uelim: tibi pollicearis eū esse philelfum: quo de uno oīa tibi possis & recipere: & spōdere: quæ præstari queāt ab aīo ingenuo atq; gratissimo. Vale. Et me p̄stātissimo nostro humanissimoq; pricipi accuratissime cōmēdato ac dedito. Mediolani ex ædibus nostris. vi. kal. Nouēbres. M.cccc.xxxxiiii.

Franciscus philelfus Bornio salæ Iurecōsulto sal.

q Vas ab me orationes petieras ad te dedi: Serius uero: qm̄ iis carebā: Hospitabātur. n. apud amicū iādiu: Nam neq; meorū scriptorū minus: q̄ nūmorū sum liberalis. Quare iniuste ii agūt omnes: qui abutunt̄ benignitate mea: Non enim omnes sunt Bornii: quo quidē uno gratum magis uidi aliū neminē. Vale. Ex Mediolano. v. kal. Nouembres. M.cccc.xxxxiiii.

Frācíscus philelfus petro Thomasio philosopho ac medico sal.

m Acrobii codex de saturnalibus is modo est Mediolanū allatus: quē ante meam in Thraciā nauigationē: Vicentiæ cū agerē amisi: puto. n. meminisse te uirū illū clarissimū Leonardum Iustinianū dedisse ad me litteras: quibus & a te plutarchi æthica: & ab me Macrobii saturnalia peteret cōmodato. Vterq; codex datus ad eū est p scribā p̄fecti p̄sidii Vicentini tabellario cuidā ducalis dn̄ii: qui certe illos nunq̄ reddidit Leonardo. Quin uersutus & callidus ueterator fabellā excogitauit: inquiens: cū ex equo descendisset apud cauponulā nescio quā bibendi gratia: equū se īde fuga surripuisse in p̄ximas siluas: quē postea cū eēt p̄secutus: uix illū tādē īuēisse amissis illis codicibus: quos ephippio alligarat: putare tñ eos furto surreptos. Nos si rem memoria tenes: multū de libris laborauimus frustra: cū nihil odorari potuerimus: in cōmunē tādem acti sententiā: qđ scriba ille: cuius fidei eos credideramus: fraude nō uacaret. Quæsiui ex hoc homie: unde eū sibi codicē cōparasset: respōdit emisse ex publico librario quodā: quē uulgo uos bidellū appellatis: esse aūt eius tabernā librariā euntibus ex riuoalto ad forū diui Marci ad dextrā. Tuū igit̄ opus fuerit quærere ex eo librario: quo pacto ille codex ad se deuenerit: Ita. n. fiet fortassis: ut uterq; sublatos libros nobis uēdicemus. Id tu ne habeas neglectui: te plurimū rogo. Vale. Ex Mediolano. iii. kal. Nouēbres. M.cccc.xxxxiiii.

Franciscus philelfus sal. di. pl. Ioānotio maneto.

q Vam doleo uir amicissime: qđ nobis uti ñ liceat litterarū uicissitud̄e pro nostra cōmuni snīa. At liceret mihi sane: ubi eadem tibi licētia scribēdi esset. Nō. n. is est priceps meus: qui mihi quicq̄ p̄scripserit: utpote qui norit meū scribēdi genus totū esse igenuum: nihilq; cōtinere: qđ reprehendi possit. Nō. n. curamus: quæ ad bellū: sed quæ ad pacē attinēt. Totū nostrū studium est cū Musis & cū iis artibus atq; disciplinis: quæ semotæ ab omni armorū strepitu: ad bene ptinēt beateq; uiuendū. Quin ii mihi desipere uident̄: q se imiscēt ābitiōi & auaritiæ: qbus potissimū uitiis publici pricipatus redūdāt oēs: Quæ. n. requies illis dat̄: qui aliis malūt: q̄ sibi uiuere. Vt igit̄ cætera omittā: quæ uel tyrānida sapiunt uel iperiū: cupio ex te discere: q̄ belle uales: & quæ tibi cū libris reliqua sit familiaritas: Nā ego huiusmōi studiis si unq̄ antea: tū maxīe hoc tempore delector. Vale. Ex Mediolano. iii. kal. Nouēbres. M.cccc.xxxxii.

Franciscus philelfus Kyriaco anconitano sal.

r Eddita sunt mihi quattuor pulcherria epigrāmata: quæ nuper ex peloponeso i Italiā aduexisti. His ego sum ita delectatus: ut nō uerear te rogare: ne unq̄ cesses ab istiusmōi mercatura: quæ & putilis est: & doctis oibus piucūda. Quod aūt itelligere ex me petas: quid antiqui philosophi senserit de partibus animi: repetam paulo altius:

Nam aliter eum partiti sunt:qui ab Italica philosophia:aliter qui ab Ionica fluxerunt:
Duo.n.esse philosophiæ pricipia te arbitror nõ latere:alterũ Ionicum:alterũ Italicũ:py-
thagoras igit̃ samius Italicæ priceps philosophiæ dupliciter aium diuisit:tum altius: tũ
ꝓpinquius ac dilucidius:cũ primũ dixisset duas esse animi partes:alterã rõnalem : alterã
irrationalẽ:deide etiam alia est usus secundo loco diuisiõe:cum diceret animũ distribui
ĩ tris partes:quarũ altera in se haberet rõnem:altera uero quæ ea careret: diuidebatur in
duas partes:quarũ una cõtineret τον τυμον thymon:hoc est eo loco animositatẽ nã
τυμοσ thymos plura græce significat:animositatẽ aũt pro iracundia accipiebat:In alte
ra aũt parte την επιτυμίαν epithymiam.i. cupiditatẽ collocabat. At Democritus at
q; Epicurus in partes duas aium separarũt:posuerũt.n.rõnem inhærentẽ ac fixã i Thora
ce.quæ uero pars rõne uacat:eã dispersam esse uoluerũt p omnẽ corporis cõcretionem:
quã σύγκρισιν syncrisin uocãt. Quinetiã ea corpora:quæ sensu carẽt:Democritus uo
luit aliqualis animi habere participationẽ.Et hi quidẽ oẽs ex Italica fuere philosophia.
At stoici :qui auctore Socrate ionicã ꝓfitent̃ philosophiã:cui pricipiũ dedit Thales mi
lesius:cõstare homĩs animũ uoluerũt ex octo partibus:In iis.n.posuerũt hos sensus qui
q; uisum:auditũ:odoratũ:gustũ:tactũ. et sexto loco partẽ uocalẽ:septimo uero eam:ab
qua est semẽ.Octauã aũt partẽ eam statuerũt:quæ intellectu & ratione ĩperat oibus hi-
sce partibus septẽ.Sed plato Socratis auditor eadẽ est usus tam prĩo q̃ secũdo loco ani
mi partitiõe:qua pythagorã usum didicerat:Nã & in partẽ habentẽ rõnem humanum
aĩum distribuerat & ĩ partẽ:quæ esset rõnis expers:Rursusq; eundẽ separauit aium ĩ tris
partes:utpote qui mentẽ atq; rõnẽ in capite collocarit.aĩositatem uero uigorẽq; iracun-
diæ:qui ꝓprie est ipse θυμοσ thymos:quẽ modo meminerãt ĩ corde & cupiditatẽ quo
q; subter præcordia.Mens igitur ipsã:quæ pria est ea uis atq; potestas animi : quã græci
Δυναμιν dynamin uocãt:in capite tanq̃ in arce imperat ut regina primaq; dignitatis
estq; cõtemplatiua:Nã ea parte & uigemus:& intelligimus:& sapimus.Sed altera uis a
nimi:cui plato secũdã tribuit dignitatẽ:ut est in pectore cõstituta:ꝓstat:ut agamus:quæ
ipsa mens atq; ratio ĩperarit.Vis aũt illa:quã inferius positã ostẽdimus :præstantioribus
illis potestatibus obtẽperat:Nec illud certe prætereundũ reor:existiasse platonẽ per ois
artus animũ meare corpusq; uniuersum:atq; singillatim p membra oia tanq̃ per istrumẽ
ta quædã uim suã uirtutẽq; ostendere.præterea ad eundẽ animũ referri oia:quæcũq; oc
currunt sensibus:Quæ aũt a sensibus referunt̃:esse alia atq; alia.At Aristoteles platonis
discipulus:illũ.n.annos uigĩti audierat:ac priceps sectæ peripateticæ in hasce partis ani-
mũ secuit.Eas.n.esse duas dicebat:quarũ altera uolebat rõnem cõtineri:alterã uero uaca-
re rõne.Rursus ãt q̃ hẽret i sese rõnẽ:illã quoq; i duas diuidi ptis:quarũ altera ita cõtẽple
mur ea:q̃ sũt:quoad ipsa pricipia secus hẽre ñ pñt:ut pte altera:ea cõtẽplãur:q̃ hẽre alit̃
pñt cũ ad ea:q̃ alia sũt genere:ptes quoq; aliæ sint genere necesse ẽ.Alterã uero harũ ptiũ
Aristoteles sciẽtificã uocat:alterã rõciatiuã:cũ rõciari aliud nihil sit:q̃ cõsultare. De iis.n.
quæ hẽre aliter possunt:cõsultat nemo.Sedẽ uero mẽtis atq; rõnis ĩ cordis penetralibus
esse uoluit.Ad hãc aũt mentẽ Aristoteles docet ea referri omnia:quæ singuli sensus nun
ciãt :ab eadem de iis fieri iudiciũ:quæ sentiunt̃:atq; exãimari cuiusmodi ea sint:quæ ua-
rie occurrunt sensibus.At ea in parte:quæ sua natura rõnis est expers:appetitum Aristo
teles posuit:qui si a ratione se regi gubernariq; patiatur:multarum est uirtutum capax:
earũq; moralium:nam mores huius partis sunt qualitates.Sin a perturbationibus auer-
tatur: distrahaturq;:fit officina uitiorum omnium.Et hæc sunt sane:quæ mihi hoc tem

pore de animi partibus occurrebant. Cum plus otii dabitur: longior tecum ero. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Nouẽbres. M.cccc.xxxxiiii.

Fraciscus philelfus Francisco Barbaro sal.

a Dhortatio tua mihi maiorẽ in modũ pbari debet: utpote quæ ab optimo aïo manat: meiq; amãtissimo. Veȝ qui mare ingressus ĩ uæhementioris fluctus inciderit: nõ quo uelit: sed quo ingruentũ uentorum flatus traxerint: nauigare cogitur: uel ĩnitus. Itaq; ex tẽpore consilium capiatur: necesse est. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Nouembres. M.cccc.xxxxiiii.

Fraciscus philelfus Normano albizio sal.

t V me obtundis litteris tuis. Quare mihi irasci non debes: si minus sæpe tibi respõdeo: Nã ea petis: quæ præstari nõ possunt: prudẽtius tibi cõsulueris: si patris uiri grauissimi sapientissimiq; malueris: q̃ tuo uti consilio. Nescio tibi assentari mi Normane. Homo sum libero ingenio. Nihil simulati præ me fero. Dum tibi mauis quam patri obsequi: omnibus es ridiculo. Vale. Ex. Mediolano pridie kal. Nouembres. M.cccc.xxxxiiii.

Fraciscus philelfus Rainaldo albizio equiti aurato sal.

p Vto iãpridem te uel ab usq; Florentia: cũ apud uos agerẽ: cognouisse haud obscure eo me esse ingenio: ut uerbis pascere didiceri neminem: illosq; lõge minus: qui mihi iure sint diligendi. Itaq; ne inani alaris spe: nihil hic esse uideo: qđ faciat ĩ rem tuam. Rẽ paucis tenes. Aliunde tibi cõsulas: oportet. Nec uelim: tibi persuadeas me tua causa laborem ullum aut fugere: aut fugisse. Sed ita res habet. Vale. Ex Mediolão. pridie kal. Nouembres. M.cccc.xxxxiiii.

Fraciscus philelfus sal. di. pl. Antonio petrucio equiti aurato.

n I plurimi faciã amorem tuũ: ingratus sim: Intelligo. n. ex proximis tuis litteris: qđ tũ dubitaui nũq̃: me tibi esse carissimum. quod autem me hortaris: aium inducã: ac si opus est: cogam: ut ad uos redeam: Quod si facere decreuero: te operã daturũ pollicerisut ad uos sim & q̃cõmodissime & q̃ honorificentissime. Hortaris tu quidem & amice & perbenigne. At habeo tibi gratias: qui liberalissimi amici fungaris munere. Cæterum non mihi licet ullam accipere cõditionẽ uel maximã: Nam humanissimus hic princeps ita me tractat: ut nulla mihi relinquatur querendi causa. Itaq; rogo te: ne moleste feras: si rõnem habeo tum constantiæ: tum dignitatis meæ. Vale. Et uirum optimũ: Gynum bellantem nomine meo saluere iube. Ex Mediolano. pridie kal. Nouembres. M.cccc.xxxxiiii.

Fracifcus philelfus sal. di. pl. Francisco Scalamonti equiti aurato.

e Gi de prætura Mediolanensi apud hunc nobilissimũ principem amice: & accurate: feciq; it intelligeret: & qui esses: & quanti faciundus. Non difficulter se persuaderi passus est. Delectatur. n. uiris doctis clarissimisq; ingeniis. Itaq; nobis spem dedit nõ uulgarẽ: Iussit. n. nomen tuũ referri in cõmentarios. Quantũ mihi uideor intelligere: nõster breui futurus es: Interim ea para: meditare: cogita: quæ nostro huic magnanimo principi uoluptati: tibi uero futura sint honori. Et ut magis armatus sis: delectãt hic princeps iis hoibus: qui quéadmodũ tu: astra sapere uident: si forsan quicq̃ sapiunt astrorum potius q̃ rastrorũ. Vale. Ex. Mediolano pridie kal. Nouembres. M.cccc. xxxxiiii.

Franciscus philelfus Rainaldo albizio equiti aurato sal.

q Væ mihi sit sententia de re uestra Rainalde albizi: dicam sane haud obscure. Ni

miam uideo in uobis omnibus uiris optimatibus negligentiam: qui tanq̃ speretis secunda oía uobis dormitátibus ꝑ uestra uoluntate optatisq; euẽtura: nullo utimini: ñ modo consensu iter uos: sed ne consilio quidem: Nam quem existimetis rebus uestris adfuturũ: si uobisipsis uos defueritis. Et uigilandũ est: mihi crede: & paranda omnia: quátum in uobis sit: quæ ad uictoriá spectant. Atq; ut uno uerbo oía perstringã: nihil eoꝝ faciũdũ est: quæ facitis. ponite ante oculos inimicos uestros: illosq; in obeũdis negociis imitamini. Id si feceritis: breui futurũ spero: ut & patriá teterrima oppressam seruitute in pristinam libertatẽ dignitatẽq; uendicetis: & uobisipsis perq̃optime cõsulatis. Quod si secus feceritis: & illi male: & uobis omnibus miserrime ꝓspicietis. Vale. Ex Medioláo pridie kal. Nouembres. M.cccc.xxxxiiii.

Frácisci philelfi Epistolarum Liber Sextus.

Frácifcus philelfus Vladislao Hungariæ Regi sal. pl. di.

e Go te rex Vladislae cũ adire scribendo instituissem: nõ poterá equidem non subuererier: ne a quibusdá existimarer iprudentior: quippe qui dicturi uiderentur nõ esse mei neq; muneris: nec etiá dignitatis ad ea summũ regem adhortari: quæ uel in primis regalẽ magnitudinem præ se ꝑferunt: Nam qui ad decus & gloriá natus: altus: educatus oia supra hominẽ & mediteris: & moliaris: & facias: nũq̃ posfis: ut opinor: ullis meis uel monitis: uel adhortationibus quasi equus Lydus in cápũ ad splendidissimæ laudis cursum uehementius incitari. Sed ego certe neq; te moneo admirabili prudentia principẽ: nec adhortator accedo: q̃nquidẽ ultro pro diuina benignitate ad summi honoris calcẽ qui humanæ felicitatis & testimoniũ est & præmiũ: uel eas: uel peruenias potius. Quid. n. per imortalem deũ aut pulchrius ad humanæ: aut fructuosius ad diuinæ gloriæ gradum tibi cõtingere potuisset: q̃ quod ipsa dies & deus obtulit præclará de Turcis uictoriá gente barbara & imani? Qui patritis relictis auitisq; gurgustus ubi sese per omnẽ turpitudinis foeditatem dies noctesq; polluerent: horrentibus illis Caucasi uastisq; rupibus tádiu ac multũ in uniuersum ꝓpe terraꝝ orbem sunt aduersus Christi nomẽ per omne ludibrium & contumeliam debacchati: Quas. n. ciuitates. quos populos. quas deniq; remotissimas nationes quisq̃ afferat: quæ turcoꝝ imanitatẽ obscœnaq; flagitia per omne scelerũ oium genus minus uel tulerint: uel pertulerint: Obdormierat nescio quopacto excelsum illud & iuictum robur uirtusq; Christiana. Ac tantus terror uniuersas mentes inuaserat: ut etiá sine prælio uinceremur: & quicquid erubescendi hostis libidini aut furori collibuisset: nõ pati solum: sed perpeti quoq; posse uideremur Oh temporꝝ calamitas miserabilisq; fortuna: Ad tãtũ miseriaꝝ deuẽtum erat: ut ignobile illud atq; agreste Turcorum uulgus ex humillimis pastoribus ac famelicis & fugitiuis scytharũ seruis lõge lateq; i populos Christianos & reges ipentarẽt: i diesq; magis atq; magis ita suũ ꝓpagarent iperiũ: ut iam uix sexagita millia passuũ abessent ab Italia. Itaq; nõ absurde fortassis audacissimus iste & petulátissimus amoratus iactare uino obrutus iter capacissima illa pocula cõsueuit se tẽplo scissimo diui petri ꝓpediẽ ꝑ stabulo ganeoq; usuꝝ: Cõsyderabat. n. latro callidus ac pestifer Christiáos pricipes: q & auctoritate ualerẽt & uiribus: mutuis iter se odiis atq; discordiis laborare: cõtẽdere: digladiari

lios uero p̄ter q̄stū curare nihil:nōnullos ignauia corripi.negligētia plures detētos inter cipi.Inter quas ille uostras calamitates iactabundus atq; exultans non desperabat breui futurum:quod secum ipse p̄ omne facinus ac nequiciā animo uolutasset.Sed uoluit cer te dominus deserere tādem suum gregē efferatis rapacium luporum morsibus tam mi sere laniandum. Audiuit fidelium fletus. Vt clemens:misericors:benignus:non solum ærumnas leuare:sed extremam omnino præstare opem auxiliumq; afferre dignatus est. Quare suos in te oculos coniecit. Tua est præclara indole delectatus.Dilexit probitatē uitæq; sanctimoniam. Te unū delegit ex oībus Christianis principibus:qui suum popu lum prostratum erigeres:sustineres:tuereris:qui impurissimos hostes suos trepidos tan dem palantisq; auerteres:fugares:prosterneres:cōprimeres:interimeres:qui in omnē po ritatem per īmortalem nominis splendorem te oībus gentibus admirandum redderes. Quæ quidem ipsa rex præstātissime cum mecū ipse cogitarem:uideremq; maximis tuis laudatissimisq; conatibus tam tēpestiue atq; salutifere Christū optimum maximum p̄ spexisse : non potui equidem pro mea erga te fide singulariq; obseruantia nō gratulari uel tuæ uel Christianæ felicitati:quæ tuo ductu tuisq; secūdissimis auspiciis ea futura sit: cui non mō accidere aduersi nihil queat:sed cuncta potius affatim bona curriculo con- tingant.Mihi uero plurilætor:quē supernus rerum omnium Imperator & cōditor tuo rum parentum regalibus illis ac sanctissimis nuptiis iccirco uoluit interesse:quo te inde natum ad cōmunem christianæ reipublice libertatem ac decus aut coram intueri aut sal tem & crebro:& uno:& eodem omnium sermone tuas res clarissime gestas audire atq; gaudere aliquando liceret:Nouit enī uel Iulianus iste īnocens ac sanctus uir uiuentis hu ius Christi Apostolus:sic enim iure appellare licet summū pontificē Eugeniū:qua tem- pestate orator sū missus ab Imparore Constantinopolitano Ioanne palæologo ad Ro manorū Imperatorem Sigismundū uenisse ēt me inuitatum ad nuptias.Et quod incredi bile mea cū uoluptate in mentē redit:id uidi per somnū prima illa nuptiarū nocte : qd' nūc uigilans loquor:Videre enī uidebar dormiens pulcherrimum quoddā astrum sole etiam ipso longe maius atq; illustrius:quod cælitus delapsū in regiæ istius uestræ eminē tiore culmine cōsedisset:unde circunquaq; emissis splendidioribus radiis ubi altius sese luce mirabili sustulisset:incredibili celeritate i Macedonicū primo:deīde in Mysū:Olym pū:uniuersamq; Asiā p̄uadere festinaret:ac tantū undiq; fulgorē effunderet:ut æque solē atq; ille lunam sua præsentia obscuraret.Aliaq; p̄multa uidere sum uisus: quæ curiosiore narratione persequi non licet.Sed quod ad rē attinet:reuelasti p̄fecto mihi tu rex florētis sime ingentibus tuis coeptis splēdidissimisq; uirtutibus meā oēm tā lōginqui somnii ue ritatē.docuistiq; haud frustra somnia uel immitti:uel emitti:Nā seu diuino iussu quodam reuelent' extrinsecus dormiētibus nobis:quæ aliq̄ñ futura sunt:siue ea sit hūani aī natura atq; uis:ut tū maxime uigeat:sapiat:intelligat:cū sensibus corporis somno seruiētibus ac poene uinctis:se ipse ueluti solutus in libertatē uindicat:& tanq̄ per rariorē corporis ne bulam illa quæq; cernere iā incipit:quæ perspicua olim & luce omni lucidiora ei futura sunt.Quæ quidē res sicui fortasse dubia sit:mihi sane esse nullo modo possit:cui re ipsa somnium omne iam aperitur:Tu enim rex Vladislae nuptialis illius astri imaginem re- præsentas.Tu ueluti cælitus missus es:qui & Istro iam pro diuina cōmiseratione: & uni uersa Thracia hellespontoq; superato q̄primum sis per illustrem p̄ditissimorum hosti um cladem atq; interniciū in Mysiam illā Turcorumq; emporium pursam peruenturus. Tu nō diu post: ut spero:ægyptiis Syrisq; oppressis:patefacies cunctis Christi fidelibus

sanctã ciuitatem. Tu quasi nouus aliquis Alexander ad Gangem usq; uel ad illos potius
usq; Gangaridas quos Alexandro metui fuisse legimus: cũ tua sempiterna gloria pene-
trabis: Nã quid ego te Alexandro cõparem: qui oi uirtute illo sis & melior & igentior?
Quanq̃ enim Alexander cũ primũ arma cœpit mouere non in hostes & barbaros: sed
i amicos & græcos: eandẽ ætatẽ ageret: qua nũc tu es: annos eni uiginti natus erat: illum
tñ uitia permulta comitabant: te uero uirtutes plures. Erat Alexander ebrius. Vladislaus
sobrius. Impudicus ille. Tu pudicissimus ac plane tẽperans. Agebat Alexander oia teme
re. Tu consulto oia & prudenter. Vtebatur ille ad res gerẽdas audacia duce & iracũdia.
Tu fortitudine & clæmentia. præbebat ille sese uel i amicos iniustũ. Tu neq; in tuos nec
in alienos quicq̃ uel agis uł meditaris sine iusticia. Ille ingratitudini sæpenumero se fecit
obnoxiũ. Tu unus oium es gratissimus. Quod si Alexander infinitis flagitiis atq; scele-
tibus inquinatus totam prope Asiam ne multo qdem cum milite subiugauit: qd de tot
tuis tãtisq; uirtutibus sperandũ fuerit: qui nulli uel libidini: uel ai impotẽtiæ seruias: sisq;
innocentissimus: præsertim cũ ad florentẽ firmissimũq; exercitũ Christũ habeas tecum
propugnatorẽ atq; uexilliferũ. Et qbus cum tibi pugnandũ est: Nũ aduersus gallos: aut
Britãnos: an aduersus præpotẽtes atq; inuictos Italiæ populos: Sane aduersus Turcos.
aduersus pastores & fugitiuos: qui nullo iusto Marte oia p latrocinia furtaq; moliunt.
Nihilo tñ minus barbara ista atq; abiecta natio contemnenda oio non est: sed curanda
oia diligenter: Nam ut ait poeta: Et neglecta solent incendia sumere uires: Id qđ cum in
aliis q̃plurimis uerũ esse aiaduertimus: tum in re turcorũ in primis: Cũ enim diutius isti
contemnunt: pro nihiloq; habent Bosphoꝝ urbem ad hellespontũ ipsius etiã Iustinia
ni Imperatoris tẽporibus clãdestinis latrociniis duce latronũ Bochamo ceperunt: diri-
puerũtq;. Et cũ mox fugati sese intra caucasi cautes recepissent: rursus Heraclio imperãte
emerserũt in persida: unde Mahometũ pditorũ omnium perditissimũ atq; nequissimũ:
cuius nunc impiã sectam ob nequitiarũ illecebras maxime oium amplexant latrocinan
tẽ illum eisdẽ latrões artibus turpiter expulerũt. Indeq; factũ est: ut sensim atq; paulatim
pgrediẽtes: dum neminẽ perinde atq; contẽpti repugnantẽ offendũt: in intimis hadria
tici sinus regionibus cõsederint: late oia longeq; turbantes. prædantes. populantes: usq;
adeo christianoꝝ pncipũ uirtus obdormierat: elanguerat: cõtabuerat. Itaq; diuina qua
dã prouidentia factũ reor: ut in tãtis humanaꝝ mentium tenebris ipse in lucem ueneris
ad salutẽ & lucẽ Christianoꝝ. Quare perge: ut facis: Vladislae rex fortissime. Vtere tãto
& tam grandi bono: quod tibi cælum ostendit & sydera. permulta iã de Turcis in hanc
diẽ splendidissimaq; trophœa statuisti. Iã tota metuit te barbaria atq; cõtremiscit. Quic
q̃d habebant aut roboris aut spei ipurissimi hostes oẽs nois Christiani: id omne in la-
trociniis insidiisq; turcorũ collocarãt. Horũ autẽ tot millibus per tot tamq; diuersa prœ
lia abs te nuper interẽptis: quid reliquũ seu uirium siue fiduciæ sit aut turcis: aut cæteris i
fidelibus: quẽ latere possit: esse certe arbitror neminẽ. Mirum profecto est: quãtã de tua
animi magnitudine inauditaq; constantia apud Christianos ois & spem: & fiduciã cõci
taueris. Iã de trophœis: quæ uocant: nullus sermo: nulla mentio est. Extremũ illũ optatũ
q; triũphũ quotidie oẽs expectant: per quẽ liceat cũctis ipune ac secure non ægyptũ &
palæstinã solum: uerũ etiam uisere locos ois: ac gentes: ad quas olim uox euãgelica per
uenerit. Itaq; uniuersi populi regesq; Christiani p tua icolumitate atq; uictoria deũ orãt
& unus oium maxie xpianissimus princeps meus philippus Maria ãglus: q te dignitatis
& ãplitudinis gradu non secus pfecto q̃ patrẽ & colit & ueneraf: sed amoris caritatisq;

affectu æque atq; filium caræ habet & periucundũ. Qua hũc uoluptate affici existimes :
quotiẽs audit suis de te optatis respõdere fortunam? Ita mediusfidius delectaẽ ac gestit
rebus tuis oĩbus ꝓspere gestis: ut nihil apud eũ lætius ĩcrebescere posse putẽ. Te regum
sydus appellat. Te Christianæ reip. ꝓpugnaculũ noiat. Te Christi uocat & cultorẽ & lu
men. Quot quotidie pro te preces ad deũ hẽt? Quã assiduis supplicatiõibus: illisq; piẽ
tissimis ꝑ te uno huius principis iussu tẽpla oĩa celebrãẽ. Quãobrẽ cũ & deo te rex Vla
dislæ ĩtelligis hoibusq; carissimũ: cũ in te uno christianoꝝ oĩum salutẽ cõstitutã esse ani
maduertis: tuũ fuerit: ut quaꝝ reꝝ labores ac discrimĩa maxĩa cũ tua ingẽti laude suscepi
sti: eaꝝ pulcherrimã palmã expectatũq; triũphũ ne relinquas. Quin age adiutore atque
duce Christo Ihesu ĩuade ĩpiam illã teterrimãq; barbariã. Tibiq; ꝑsuade nõ minorẽ tibi
operã dandã esse: ut rõ tua pugnãdi oĩs cum diuina uolũtate cõueniat: q̃ ut exercitus oĩs
tuus & ordinẽ obseruet & modũ Nã cælestẽ opẽ frustra fieri uidemus: quã hũana actio
aspernẽ. Itaq; uon mõ ut uicas: tibi cõsyderãdum ẽ: sed quomõ uicas: cũ is euẽtus maxi
me sit ĩ laude: quẽ optima cõsultatio antecesserit. Vale rex ĩuictissime. ex Mediolão: No
nis nouembribus. M.cccc.xxxxiiii.

Franciscus philelfus petro candido leuco decembri sanitatem.

i Nter maxĩa ĩnumerabiliaq; mala: quæ tristis ĩuidia præ se fert: id esse boni aĩad
uerto: quod nemini magis nocet: q̃ sibi. Itaq; tua te torqueri ĩsania nou moleste
fero. Vale & aliquanto resipisce. ex Mediolão. v. Idus Februarias. M.cccc.xxxxv.

Franciscus philelfus Antonio Raudensi theologo sal.

q Vo significato accipi cõueniat quotus quisq;: etsi non dubito nosse te: tamẽ q̃m
id a me requiris: paucis accipe. Idẽ significare puto quotus quisq; in singulari nũero: q̃d
nomẽ uumerale quot: Vt quotusq̃sq; ẽ: qui aliter sentiat: ꝑ eo quod dicimus: quot sunt:
qui aliter sentiãt: Nam q̃ dicũt quotusq̃sq; idem significare quod aliq̃s: uæhemẽter errãt:
id q̃d ex Cicerone oĩq; uetustate licet ĩtelligi. Vale. Mediolani ex ædibus nostris Idibus
Nouembribus. M.ccccc.xxxxv.

Franciscus philelfus Aloysio crotto ducali secretario sal.

p Lacuisse plurimũ hũanissimo nostro prĩcipi epistolã illam ad Regem Hungariæ
Vladislaũ uæhemẽter gaudeo. Quod aũt eius noĩe me hortaris: ad philippum
ducẽ Burgundiæ ut scribã: q̃primũ effectũ dabo. Vale. Mediolani ex ædibus nostris xv.
kal. Ianuarias. M.cccc.xxxxv.

Franciscus philelfus Catoni sacco ac iureconsulto sal.

n Vnq̃ te das ocio Cato sacce. Ac facis tu quidẽ & prudẽter & bene. Quid. n. est
magis alienũ ab hoĩs natura uita ociosa & inerti: cũ illud nobis debeat ẽe ꝓpriũ
naturæ: ut semꝑ uł agamus aliquid: uel circa ueritatis ꝑspiciẽtiã uersemur? Sed iam ad ea:
quæ petis: uenio. Quæris. n. quæ rõ platonẽ adduxerit: ut aĩ sedem locarit ĩ capite: cum
eam eius auditor Aristoteles ĩ cordis penetralibus esse uoluerit? Demonstrant mundũ
mathematici esse orbicularem: quæ quidem figura præstat cæteris figuris omnibus: cum
hæc sola suis partibus similatur. Cumq; mundus circunferatur: eius quoque partes circũ
feruntur. Qua ratione ductus plato uim mentis atque rationis in capite esse uoluit: Is
enim ad totius mundi exemplum animum distribuit trifariam: Nam ut mundi sumita-
tẽ ac etiã principẽ: q & gubẽrnat: & regit: & moderatur oĩa: cælesti insigniuit dõicilio: ita
summã hoĩs partẽ: quæ caput ẽ: mẽti, rõniq; tribuit. Deĩceps post cælũ ꝑide atq; ĩ media
regione ãgelos demõasq; subiecit: qui pro cælestis regis imperio & agãt: & exequantur

imperata oia. At homines in terra posuit: qui pareant: & imperata obeant. Ad quatum rerum imaginẽ tum quiddã in nobis: quod agendis studeat: collocauit in medio: tũ pu betenus atq; infra tertiũ illud posuit genus: qđ regitur: atq; administraẽ. Quæ quidẽ ul tima hæc duo appetitus sunt species: quas tñ rationi ipsi plato docet naturaliter obedi re. Et ita mens in capite præsidet: quã primã uim ai dignitatẽq; eẽ uult & eã contẽplatri uam: qua intelligimus ac sapimus. Quæ uero secũdæ ẽ dignitatis: eã uim ita constituit in pectore: ut per eã agamus: quæ iussa sunt. Sed quæ uis tertia inferius ẽ posita: ea superio ribus paret dignitatibus. Aium præterea putat plato per ois meare artus: & corpus uni uersũ: p mẽbraq; singillatim tanq̃ instrumẽta uim suã transfundere. Quæ aũt sensibus occurrant: ut sunt alia atq; alia: ea in sentiẽdo referri ad aium oia. Vt igitur paucis oia cõ plectar: plato uim mẽtis atq; rõnis: quasi principẽ locauit in cerebro: Longius enĩ abest ea pars corporis a colluuione ac sordibus: Iracũdiæ uero aiositatisq; uæhementiam: qui τυμοσ uocatur a græcis: in corde: at cupiditatẽ subter præcordia statuit. Cuius qdẽ & ordinis & sapiẽtiæ Virgilius familiaris noster minime ignarus: pulcherrime cecinit ĩ pri mo æneidos libro inquiens. Celsa sedet æolus arce sceptra tenens. mollitq; aios & tẽpe rat iras. At quare noiatũ deũ existimẽ: & quæ sit eius secũdũ priscos illos philosophos definitio: rursus paucis accipe. Stoici qui sunt grauissimi inter ois philosophos & acutis simi iudicatu: diuinam substantiã ita definiunt: Diuina substãtia est spiritus intelligibilis igneus: qui forma carens: tũ in ea quæ uelit: mutatur: tũ rebus oibus simul assimilaẽ. Vt aũt deus appellareẽ: huiusmodi cãm inuenio. Cum sydera suspicerent hoies: quæ & cur su uterentur ppetuo: at currere dicitur græce τέειν thein: esseq; eadẽ in cã: ut ĩi contẽpla rentur: id qđ dicitur τεωρειν theorin: icirco eũ astra cætera: tũ maxime & solẽ & lunã deos noiauerunt: q̃q̃ sunt nonnulli: qui deũ dictũ arbitrenẽ Δέοσ deos: quo nomĩe ti mor signif catur: quod deus scilicet timendus: metuendusq; sit: is uidelicet: q ut sunt ani mo deprauato: diuinam substantiã neq; uerenẽ: neq; uenerantẽ: quippe quã esse nullam putent: Ex quoq; numero te nõ esse existimandũ: quæstiones tuæ dilucidum præbẽt ar gumentum. Vale. Ex Mediolano Idibus Februariis. M.cccc.xxxxv.

Franciscus philelfus sal. di. pl. Francisco barbaro.

q Vem ego hac tempestate putem ex græcis hoibus græcos cæteros doctrina e'o quẽtiaq; præstare: quæris a me rem pfacilẽ iudicatu. Honos alit artis: Cicero no ster inquit. omnesq; incendimur ad studia g'oria. Quẽ inquam honorem nunc putes a pud græcos propositũ bonis artibus atq; disciplinis in tãta græciæ totius inopia: Legi ad ippodromũ Constantinopolis in marmoreis quibusdã lapidibus sub pulcherrimo illo obelisco uersus quosdã ad partẽ anteriorẽ obelisci latinos: ad posteriorẽ ãt græcos: & utrosq; heroicos: & item utrosq; admodũ ineptos: qui quantũ ex iis põt intelligi: im pressi atq; insculpti in lapidibus illis fuerant Theodosio seniore ĩperante: cui Arcadius atq; Honorius filii in regnũ successere. Quod si in secũdissimis rebus illius orientalis im perii litteræ & bonæ artes negligebantẽ: quid nunc existimandũ sit ĩ tanta græcorum ca lamitate & seruitute. Cæterum ut ad quæsita respõdeam: unus Theodorus gazes mea sententia cæteris græcis oibus & litteris præstat: & eloquẽtia: nõ hac inquam libaniana garrulitate: sed eloquentia illa prisca: qua & Demosthenẽ: & Aeschinẽ: & Lysiam: cæte rosq; illos nobilissimos oratores usos legimus. Est præterea uir grauis & bonus: ac pla ne dignus: quem diligas. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Martias. M.cccc.xxxxvi.

Franciscus philelfus Bauerиæ philosopho ac medico sal.

d Ebes nõ esse oblitus:q̃ me semper Boetii opera delectarint:cũ in omni facultate atq; disciplina:tũ ea maxime:quæ scripsit in dialecticis:in qbus ipsis mihi uisus ẽ excelluisse plurimum. Quæ igiť noua tantus uir de Syllogismis categoricis hyppotheticisq; præcepta adinuenit:ea mihi excribi cupio. Itaq; a te peto:contendoq;:ut coꝝ librorum copiam facias mea causa eruditissimo atq; disertissimo iurecõsulto Bornio salæ: Is enim librariũ aliquem parabit:qui huiusmodi prouinciá sit obiturus. Vale. Ex Mediolano.iii. Nonas Martias. M.cccc.xxxxvi.

Franciscus philelfus Thomæ Senecæ sal.

q Vod pudoré tuum accuses:nequaq̃ est opus: Nam tametsi tuæ me litteræ plurimum delectant:delectarũtq; semper:quippe quæ ab hoie erudito & ipso quidẽ mei amãtissimo proficiscanť:tamen cũ siles etiá:mihi es carissimus: Scio eni te mecũ nõ libenter silere neq; sponte:sed ob eá fortasse ré:quod uel locus aliquis:uel fortuna quæpiam scribere ꝓhibuerit. Fuerunt autem nũc mihi eo tuæ litteræ suauiores:quo sunt desyderatæ diutius. Quod uero cupis pro nostræ amicitiæ munere imortalitatis nomini ꝑ nos cõmendari:id q̃q̃ in te est:cuius eruditio est illustris:faciam tñ:quod petis non inuitus. Sed tu uelim interea loci de morte dũ non iprudenter cogitas:te uiuum eẽ memineris. Facitoq;:ne tuas prius sarcinulas colligas:q̃ te uidero:nam uidebo te iucũdissime. Vale. Ex Mediolano Nonis Martiis. M.cccc.xxxxvi.

Franciscus philelfus Francisco ochæ sal.

b Artholomæus catias nouariẽsis iurisconsultus me nuper cõsuluit: qué idoneum ipse censeré:q nouariensem adolescentiá bonis & litteris:& moribus institueret. Itaq; tu mihi continuo uenisti in menté. Audiuit uir ille de te libẽter:petiitq;: q̃primum curarem certior a te fieri: Velles ne Nouariæ ludum aperire: Volunt eni ii ciues eiusmõi uirum:qui & grãmaticam simul & rhethoricá doceat publice. Tu igitur si rem probas: ostende mihi ꝓpediem:quantũ nũmorum tibi constitui uelis ꝑ huiusmodi annuo munere. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Maias. M.cccc.xxxxvi.

Franciscus philelfus petro perleoni sal.

t Vam illá orationẽ Ioanni caimo iápridẽ dedi ad te:qua de quid ego sentiá:sentio enim optime:ex iis quæ antea tibi scripsi:debes intellexisse. Cupio cultellos turcos:nõ qui a turcorum officina in Italiá nauigarint:sed quos opifices genuenses turcos imitati fabricarint:falcatos illos atq; subcuruos. Nosti:quos dicá: qualis scilicet istic emi:cũ adessem. Mihi res tua cordi est:id qđ breui:ut spero:liquido cognosces. Vale. Ex Mediolano Idibus Maiis. M.cccc.xxxxvi.

Franciscus philelfus petro thomasio philosopho ac medico sal.

n Equid reꝝ mearum lateat te hoiem amicissimũ & uirũ optimũ proxima nocte hora septima morte mihi sublatus ẽ dilectissimus mihi filius Olympus flauius: q mihi natus ex uxore secũda Vrsina hosnaga matrona pudicissima:adeoq; formosa:ut horæosyna dici posset:nondũ mensem nonũ iplerat. Itaq; naturæ ibecillitati cõsentiens: non possum non esse in luctu:ꝑsertim qđ ex oibus liberis meis erát is pulcherrimus: & præ se ferebat imaginem indolis cuiusdam egregiæ. Vale. Ex Mediolano.vii.kal. Iunias. M.cccc.xxxxvi.

Franciscus philelfus pallanti Strozæ equiti aurato sal.

u Ix dici queat:q̃ me delectarint proximæ tuæ litteræ. Nullum enim officium omisisti neq; boni uiri neq; amici hominis. Monuisti & prudenter:& bene. Sequar equidẽ consilium tuum. Moderaborq; mihi: etsi nõ absurde iá bilis escandescebat: Is.n. sum:qui iniuriam ferre possim:contumeliam uero nullo pacto possim:nec etiam uelim:

Nā iniuriā ferre prudentis hoīs moderatiq; duco:contumeliā uero & stulti & fatui.Faciā igit':quod hortaris.Tibiq; uelim psuadeas nemine oīum amicorum esse hac tēpesta te te uno mihi cariorem.Vale.Ex Mediolano.v.Idus Ianuarias.M.cccc.xxxvii.

Franciscus philelfus sal.di.pl.Bernardo Iustiniano.

c Vpio oīo uos uisere ad resurrectionem dominicā:quo & tuo reliquorumq; amicorum mutuo conspectu frui colloquioq; liceat:& certa honestatis lege quæ mihi istic negocia sunt:cōponā'. Quare si me amas:da operā:ut tuta mihi ad uos pateat accessio:ne publicæ principū simultates:siquæ tandē eæ sint inter uestrā nostramq; rēpublicā:priuato obsint officio.ptereā ut scis nō minus sū Venetus:q̄ Mediolanēsis. Vtraq; eni ciuitate donatu sum. Vale.Ex Mediolano kal.Februariis.M.cccc.xxxvii.

Franciscus philelfus sal.pl.di.Sexuæ corti
equiti aurato ac Iureconsulto.

t Abellariū ad te in germaniā pficiscentē non sū passus ire uacuū meis litteris: Ex quaq; delectatione poteris facile cōiectare:q̄ta me priuaueris uoluptate:qd eidē tabellario Mediolanū modo repetenti nullā ad me epistolā dederis.Et fecisti profecto pace tua dixerim:inhūane & illiberaliter:qd cū ad alios scriberes:hoīs amicissimi sis oblitus.Sed quo maior est beniuolētia nostra:eo fortassis existimasti magis licere tibi uti mecū silentio p litteras:præsertim in istis germaniæ niuibus:quaq; frigore digyti q̄doq; stupeant:ac rigescant.Itaq; ignosco excusatiōi tuæ:mō ista posthac uti nolis. Quare fac ut erratū cumulatissime resarcias:operamq; des:ut aliqd noui reportes i Italiam tecum: quod musarū nostraq; intersit:Non enim fieri pōt quin epi'copus æneas uir doctrina: & eloquētia singulari egregiū aliquid inuenerit in tot ac tam plenis & puluerulentis bibliothecis germaniæ.Vale.Ex Mediolano pridie Idus Februarias.M.cccc.xxxvii.

Franciscus philelfus Cuniforto Barzizio Iureconsulto sal.

q Vod ad principē Marchionē scripserim:non te latet. Quid aūt ea in re decreuerit:nosse cupio.Rogo igitur te:ut quoniā non mediocriter nostra interest. quæ sit istius mens principis:q̄primum intelligere:cures pro uirili parte : efficiasq; ne diutius nobis expectandum sit . Erit hoc mihi pergratum. Vale.Ex Mediolano Idibus Februariis.M.cccc.xxxvii. Franciscus philelfus Antonio trebano sal.

a Ntonius florentinus fictor & excusor egregius æque tēpestate nostra atq; praxitelen apud priscos memorāt copanue aut phidian aliquē:& te diligit plurimū & mihi est carissimus.Itaq; a me petiit:ut te in familiaritatē beniuolentiāq; acciperē: qppe qui mei studiosissimus sis:Cupere enim se non secus suos amicos ois fieri meos atq; ipse est.Quare ut & homini amicissimo & humanitatis officio satisfacerē:ocircoo hasce litteras ad te dedi:ut tibi perpetuo testes essent singularis dilectionis erga te meæ.Vale.ex Mediolano.iiii.kal.Martias.M.cccc.xxxvii.

Franciscus philelfus sal.di.pl.petro Thomasio
philosopho ac medico.

e Xpectabam quotidie tuas litteras:quibus de iis omnibus fierem cumulatissime certior:quæ mea interesse censeres. Tamen cū interim iste nūo'us ad te iret:nō eū sum passus meis litteris uacuū proficisci.Te aūt ut uel hac in re meo exemplo uti uelis: etiā atq; etiam rogo. Vale.Ex Mediolano.iiii.kal.Martias.M.cccc.xxxvii.

Franciscus philelfus sal.di.pl.Francisco barbaro.

a Eque tuam humanitatem laudo:atq; tabellariorū accuso uel negligentiā uel per

fidiam in reddendis litteris meis. Intelligo enim: quare nihil responderis: cum quid esses responsurus: ignorares. Reliquũ est: ut quod tuis litteris q̃amicissime polliceris ac reci-pis: & diligenter pficias & q̃primũ. hoc erit mihi tã gratũ: ut imortalibus beneficiis me tibi obstrictũ fore pfitear. Vale. Ex Mediolano. iiii. kal. Martias. M.cccc.xxxxvii.

Frãciscus philelfus Bernardo Iustiniano sal.

q Vanq̃ minime futurę dubitabã: quin abs te mihi litterę ppediẽ redderenť: tñ cũ existimassem neqnaq̃ tibi fore ingratũ: si publicus tabellarius aliquid itẽ litterarũ mearum ad te deferret: scripsi rursus: eadẽ scilicet: quæ ãtea. Itaq; uelim cures: ut ad resurrectionẽ dominicam pateat mihi tutus ad uos accessus. Vale. Ex Mediolano. iiii. kal. Martias. M.cccc.xxxxvii.

Franciscus philelfus Bornio salæ Iurecõsulto sal.

r Em mihi feceris admodũ gratã: si a doctissimo philosopho ac medico Baueria Boetii cõmentarios i porphyriũ & itẽ i aristoteles pædicamẽta atq; i eum librũ cui titulus est περὶ ἑρμηνείας peri hermenias: tãtisper mutuabere: dum excribantur: id quod fiet q̃primũ: Nõ.n. mutuũ peto fœneratorũ more:: ut meũ fiat tuũ uel tuũ meũ: sed ut cõmodet eos nobis cõmentarios intra mẽsem.u. redibũt Bononiã ad te: quo Bauerię nostro restituas. Vale. Ex Mediolano. iii. kal. Martias. M.cccc.xxxvii.

Franciscus philelfus. Albertho Zancario sal.

l Itteras tuis hisce occlusas cõmuni amico & eruditissimo iurecõsulto Bornio salæ reddito perq̃celerrime. eumq; hortare: ut sepositis paulo conuiuiis ac musicis homini amicissimo inseruiat Vale. Ex Mediolão. pridie. kal. Martias. M.cccc.xxxxvii.

Frãciscus philelfus sal. di. plu. Nicolao Quinto Ecclesiæ Romanæ pontifici Maximo.

n Esciã: qd optatius i uita mihi pater beatissime Nicolae Quite pontifex maxime: quid iucũdius cõtingere potuisset: q̃ q̃ diuina benignitate te sacrosãctæ Romanæ ecclesiæ pfectũ didicerim: Iãtandem.n. cũ publice: tum priuatim eruditis oibus optimisq; uiris tuo fausto atq; felici ductu pulcherrime consultũ & ad rem: & ad dignitatem aĩaduerto: Nam qui sola uirtute: igeniiq; præstantia: atq; doctrĩa incõparabili: & eloquẽtia singulari ad sũmi põtificatus maiestatẽ sublatus es: pbitatis disciplinæq; fautorẽ fore te: qui dubitet: esse puto neminẽ. Itaq; ut de reliquis cõticescam: nõ possum mihi nõ uehementissime lætari atq; gaudere: cũ memoria mecũ repeto superiora illa tempora: iam enim ãni ppe uiginti præteriere: quibus ab ineunte iuuenta usq;: cũ Bononiæ primũ docuissem: tua familiaritate: qui eandẽ ætatẽ ageres: suauissime usus sum: Nõ fieri enim potest: quin una cum ætate ingens ac mirifica tua illa creuerit erga me caritas: q̃nquidẽ quorum me gratia diligebas: ea nulla ex parte diminuta sint: Nã mea erga te fides & incredibilis obseruantia accessionem i dies magis magisq; suscepit: & ita suscepit: ut nihil ad cumulũ præter solũ desyderiũ possit accedere: Et.n. qui pro uiribus colit: nihil amplius in eã rem: queat: q̃ supra uires aut desyderare aut optare. Quare hoc unum est: qđ in tanta mea ac tã mirifica animi uoluptate: quã ex hac ista tua ad sũmum põtificatum creatione cõcipio: me quodãmodo offendit: qđ maiore aut pietate aut ueneratione te psequi nequeo. Quid.n. uel audeam supra hominem: uel sperẽ? Frustra uero quicq̃ optare demẽtis est. In te igiť amando colẽdoq;: nõ tã accessio a nobis est: q̃ stabilitas cupienda. Hanc aũt sempiternã fore: tuæ sãctitatis merita ni præstiterit: nullũ certe meũ pstare possit studiũ: Nã cũ permagna sit facta & omni ex parte icõparabilis i dignitate disparitas adeo:

ut similitudo nulla possit adduci:eadem nunq̃ sit amicitia:ni tu:qui Christum igeris in terris:christi quoq; humanati secutus exemplum:ex isto tuo excelso atq; diuino solio i nostrā humilitatem tuō cordis ītutū per superiorē illā ac tuā animi mansuetudinem ita demiseris:ut seruata etiam illa mathematica:ut aiunt:iter plus minusq; ꝓmerentes ꝓportione quadā me non minus diligas q̃ a me ipse diligeris. Hoc.n.si feceris:nō solum qd' fucata gentiliū:sed ꝙ uera & īdubitata æterni dei sapientia ꝑcipit:& similē amicitiā nostrā:& eandē oīno:qoæ fuerit:ad oltimū oitæ calcē cōseruabis. Et ne maximis occupationibus tuis uel intēpestiuior accedā:uel īportunior:iam de his satis: Nā reliqua si sanctissimus ille spiritus diui Nicolai:cardinalis Bononiēsis tibi quōdā patris dum erat in uiuis:nūc uero sanctimoniæ tuæ filius:cui nosti me carissimū extitisse:altioribus melioribusq; intētus obsequiis:īgerere memoriæ tuæ distulerit:ea quæ mea interfuerint:oīa tibi pater amplissimus mediolanensis cardinalis:Henericus uerbis meis corā exponet. Bene ī Christo ualeat sanctitas tua:cui me etiā atq; etiā cōmēdo:ac dedo. Ex Mediolano uigilia resurrectionis dñicæ. Aono a Natali Christiano. M.cccc.xxxxvii.

Frāci.philel. Ioāni Tuscanellæ apostolico secretario sal.

g Ratulor fortunæ tuæ mi Tuscanella iuxta atq; uirtuti:qd' locū nactus es ornatissimū apud Nicolaum Quintū pōtificē maximū. Quod aūt me iuitas ī Romanā curiā:tuūq; omne polliceris studiū:libenter audio adhortatiōes tuas:modo ītelligā: ex teipso ne loquaris:quod ad me scribis:an iussus a pōtifice. Si me hac de re feceris certiorem:nō obscure aīaduertam:quid me facere oporteat. Vale. Ex Mediolano Idibus Iuliis M.cccc.xxxxvii.

Frāciscus phile'fus Catoni sacco Iurecōsulto sal.

q Vid tibi ī mentē uenerit:nō possum augurari:qd'ex meipso cupis ītelligere:quot ānos sim natus. Num fortassis ullā mihi paraueris uxorē:quæ q̃ sum corpore firmo robustoq;:uelit ītelligere. Nā ferrū est:qd'amant:ut ē apud Iuuenalē. At mihi uxor est:tā & si eam ægrotās ægrotationē:quā:qood uæhemēter doleo:nunq̃ sit euasura. patitur.n.tabē eiusmodi:ut huius uita diuturna esse nō possit. Vxorē tñ tertiā ducere mihi nō est in aīo. Vtcūq; tñ habet postulatio ista tua:obsequar uolūtati tuæ. Natus equidē ipse sum āno a Natali christiano nonagesimo octauo supra ānū trecētesimū ad millesimū:die quinto ac uigesimo Iulii:& id quidē mane circiter ortū solis; Quo die litteras hasce ad te scripsi:meus natalis agebat:Itaq; initiū dedi quīquagesimo ætatis anno: ualitudie usq; ꝓspera:& acerrimis sensibus pro diuia benignitate:ac firmissimo toto corpore. Va'e. mi du'cissime Cato. Ex Mediolano. octauo kal. Augustas. āno a christi Natali die millesimo quadrigentesimo septio.

Frāci.philel. sal.di.pl. Ioāni ferufino Iurecōsulto.

q Vod me dolore poene cōficit:ac macerat:acerbissimū tibi hæ litteræ & luctuosissimū afferūt nūcium:proxia.n.oocte:quæ idibus augustis successit: hora secūda splēdidissimū illud pricipō decus atq; lumen philippus Maria anglus Mediolanēsium dux:cū uētris ꝓfluio aliqoot dies dissolueret' :naturæ deoq; cōcessit. Tota ciuitas est in flætibus:senioq; cōficit'. Neq; qd cōsilii capiat:satis nouit. Tumultuaria sūt oīa: Nā neq; auditū fuerat adhoc tñ pricipē ægrotatiōe detineri ulla:cū repēte clamor sublatus ē eū uita excessisse. In hac tñ rerꝝ oium perturbatione uident' oēs publicā libertatē appetere. Quid secuturꝝ sit augurari nescio. Væhementissimæ mihi uidentur ꝓcellæ tempestatesq; impendere:præsertim quod hostes potentissimi sint in ipsis fere portis:& hic in tam re

pentino īfortunio paratū ſit nihil. Ni deus ipſe ꝓuiderit: maxīe fluctus naufragiaq; ſequẽtur. Vale. Ex. Mediolano. xviii. kal. Septēbres. M.cccc.xxxxvii.

Frāciſcus philelfus ſal. di. pl. Ioāni auriſpæ.

n On iniuria mihi rebuſq; meis metuis amiciſſime auriſpa: Nā hic oīa ſunt turbulēta. poſt obitū illius nobiliſſimi pricipis philippi Mariæ: qui unus iure meritoq; potuit cū omni hominū memoria de gloria certare: mira hic facta eſt mutatio ī animis huius populi. præter paucos ex ordie nobiliū: ita ſunt oēs ad laxā quandā & diſſolutā libertatem īcenſi atq; īflāmati: ut nihil magis oderit: quā unius philippi illius nomē. Ego libentiſſime Romā cōcederem: ſi daretur abeundi facultas. Vale. Ex Mediolano kal. Septēbribus. M.cccc.xxxvii.

Frāciſcus philelfus Albertho Zācario ſal.

b Reui ad te ibo Romā petiturus: niſi ab iis fuero īpeditus: qui nouæ huic ꝓſunt reipublicæ. Quas litteras tuis alligatas acceperis: cura q̄diligentiſſime redditum iri: Nam id facere mea plurimum intereſt. Vale. Ex. Mediolano. iii. Idus Semptembres. .M.cccc.xxxvii.

Fran. philel. petro Thomaſio philoſopho ac medico ſal.

q Vos duos hippocratis libros in latinū cōuerti eloquiū: alteꝝ de flatibus: alterū de paſſiōibus corporis dedi ad te: ut ꝓximis litteris petieras. Hos cū legeris pro tuo arbitratu: cura: ut ad me redeāt: Scio. n. nō facies: ut mei qdā amici antehac apud uos cōſuerūt: qui quos libros mutuo potius: ut uidet: q̄ cōmodato & ad cōſtitutū tēpus acceepiſſent: ita uerterūt ī uſum ſuū: ut apud dnm̄ ius nullū relictum uideatur. Sed hæc tecū iocatus ſim: Noui enim bonitatem & ītegritatem animi tui. Vale. Ex Mediolāo. Idibus Octobribus. M.cccc.xxxxvii.

Frāciſcus philelfus Ioanni lamolæ ſal.

r Ecte facis mi lamola: qd nullū tibi reliquis dubiū. De muſis qd quæris: tibi paucis reſpōdi: utpote qui eſſem minie otioſus. Sūt: q muſas denominatas putēt pinde atq; ομου οὔσας homu uſas: præſunt. n. oratiōi: una. n. utētes cōuenientia: quam ἁρμονίαν harmonian uocāt: & ſimul canūt: & ſimul tripudiis exercent: nec unq̄ īuicē ſeparant: Nā tametſi eaꝝ quæq; ſuā uim habet: ut alia in Aſtronomia: alia ī geometria: & alia ī aliis diſciplinis: in unaquaq; m̄ eaꝝ muſas oīs īuenias. In Aſtronomia. n. atq; geometria facile reperias & carminū & hiſtoriæ pulchritudinē atq; dignitatē. Et eodē modo in cæteris artibus & ſciētiis. At alii muſas nomē duxiſſe arbitrātur a μῶσαι: qd ut noſti: quærere ſignificat: quærendo. n. diſciplinas adipiſcimur. Ob quā ipſam rem eas priſci nominū īuentores muſas appellauere: qd artis ſint doctrīæq; præbitrices. Quod aūt Ioue illas dicāt memoriaq; natas: nil dicūt abſurde: cū oporteat uiꝝ eruditū ac doctū intelligentia memoriaq; uigere. Sed uis intellectiua a Ioue eſt: ut reminiſcēdi a memoria. Vale. Ex Mediolano pridie Nonas Nouēbres. M.cccc.xxxvii.

Frāciſcus philelfus Matthiolo puſino philoſopho ac medico ſal.

t V me negligētiæ uideris accuſare cum nulla unquā diligentia uti cōſueueris: niſi circa rem fortaſſe pecuniariā: cum aliquē ægrotum ſanādum acceperis: cui cum ꝓmiſeris: receperis: ſpopōderiſq; futuꝝ: ut intra octiduum omni aduerſa ualitudine liberetur: in menſis traducis duos & amplius: uerbis hominē lactās: pecuniiſq; emulgens. Sed hæc tecū iocatus ſim: cum tu ſerio facis omnia quæ referātur ad quæſtum. Verum hæc medicis uobis legitima ſunt: ut uel celeriter hominem perimatis: uel ægrotatiōe diutur

na conficiatis. Ratio uestra omnis refertur ad lucrum. Et accusas me negligẽtiæ: qui unus omnium sis negligentissimus Vale. Ex Mediolano. xv. kal. Ianuarias. M.cccc.xxxxvii.

Fráciscus philelfus Iacobino bicheto sal.

ſ Vm ego tua cá Lactátium abũde mutuatus: qué intra quĩdecí dies ꝓmisisti redituꝝ ad dominũ. Tu eum codicẽ penes te habes iam ꝓpe ánum. Facisq; mihi nõ mediocrẽ iniuriá: cũ tua cá ludere uideor uiꝝ optimũ mihiq; amcissimũ. prudentius tibi cõsulueris: si Lactátiũ dederis ad me ꝙprimũ: ut eũ tádem remittá ad dñm. Vale. Mediolani ex ædibus nostris kal. Ianuariis. M.cccc.xxxxviii.

Franciscus philelfus sal. di. pl. Antonio petrucio eqti aurato.

q Vá nouissimis litteris tuis mihi códitionẽ ꝓposuisti: quo redirẽ ad uos: si id mihi facere esset iam ĩtegrũ: eá libẽter acciperẽ: Sed cũ ob alias mltas rõnes ea mihi uti nõ licet: tũ ꝑcipuæ ob nouũ huius reipu. statũ: quo tẽpore nemo ẽ sui iuris. Breui tñ futurum puto: ut tibi ex mea seutentia respondeam. Vale. Ex Mediolano. ꝑdie Idus Ianuarias. M.cccc.xxxxviii.

Franciscus philelfus Galeacio Cremensi sal.

a Liũde mi Galeaci tibi cõsule: Ná hoc tempore quid aliud tibi consulá: nihil habeo. Vale. Ex Mediolano. Idibus Ianuariis. M.cccc.xxxxviii.

Franciscus philelfus Catoni Sacco Iurecõsulto sal.

n Escio sane: quid tibi sim respõsurus ad ea: quæ multa scripsisti nõ amice minus: ꝙ iucũde: & pro tua cõsuetudine. Sed uides: in quæ tẽpora ĩciderimus Itaq; ignosce tum breuitati litteraꝝ: tum etiá qđ nõ liceat apertius loqui. Sed mittá aliqué ex meis ad te: ex quo mentem omnem meam cognosces. Vale. Ex. Mediolano Idibus Ianuariis. M.cccc.xxxxviii.

Fráciscus philelfus sal. pl. di. Besarioni Cardiali niceno.

e Am Homeri Iliada: quá uir eruditissimus Theodorus gazes excripsit mihi & eá quidẽ magna cũ ipensa atq; sumptu: facio táti: ut ne Crœsi quidẽ ingẽtibus illis admirabilibusq; thesauris cuiꝙ sim cessurus. Te aũt pater reuerẽdissime maiorẽ ĩ modũ miror: qui me cũ ab usq; Cõstãtinopoli noris uel ĩ publico discẽdi ludo: ubi post obitũ mei soceri Chrysoloræ fuimus apud Chrysococẽ cõdiscipuli: mores arbitreris cũ ætate mutasse: Vt q unus oium liberalissimus esse cẽserer: bẽignitatẽ illá cũ auaricia cõmutari. Donare didici sæpe ꝑmulta: at uẽdere nihil unquá: ꝑsertim libros: qbus sane ꝑciosius nihil duco. At hũc homeri codicẽ tá carum habeo tá iucũdũ: ut uix quiꝙ ĩ uita magis. Itaq; ignosce hac ĩ re mihi. Siquid aliud tibi possim gratificari: iusseris nihil frustra. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Februarias. M.cccc.xxxxviii.

Fráciscus philelfus Albertho Zácario sal.

q Væ hic geranť: neq; ausim: neq; debeo scribere tibi: Scis. n. nõ decere ĩcolá in aliena repu. esse curiosum. Omnis mea cõsuetudo hoc tẽpore ẽ cũ libris. Itaq; semotus a popularibus fluctibus: ne pereá naufragio: ĩstitui tádiu in huiusmodi portu me cõtinere: donec alicũde secũdus aliquis uẽtus aspiret. Vtiná mihi liceret ad uos ire: Quod quoniam facere prohibeor: modice feram necessitatem. Vale. Ex Mediolão kal. Februariis. M.cccc.xxxxviii.

Franciscus philelfus petro perleoni sal.

n Vgaris tu quidẽ: cũ neglıgẽtiá mihi obiicis: quasi tibi mores mei sint incogniti: Ná quẽ unũ uidisti unquá ꝙ me diligẽtiorẽ: At qd uelis: ad te scribá ĩ táto rerum

omnium turbine. Itaq; sine me temporum habere rationem. Tibiq; persuade tuam rê omnem non secus: atq; ipsius meam mihi cordi esse. Vale. Ex Mediolano. viii. kal. Martias. M.cccc.xxxxviii.

Franciscus philelfus sal. di. pl. Fráncisco patricio.

q Va ipse in te tuo uelim uti officio: Galeacius Cremésis iste: qui meas tibi litteras reddidit: diligenter coram exponet. Tuus aút mihi animus exploratissimus est. Amas. n. obseruasq; me egregie: Nec potes oblitus esse: q̃ ego te semp dilexerim: Ná tua tum doctrina: tú dicendi elegátia testimoniú facit. Quod cú ita sit: reliquú est: ut re ipsa intelligam: q̃ etiam hoc tempore tibi sum cordi. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Apriles. M.cccc.xxxxviii.

Franciscus philelfus Augustino dato sal.

a Ccipies ex Galeacio isto Cremensi: qui meas ptulit ad te litteras: quæ uelim abs te curatú iri: Nó. n. ignoras: quátum discipuli præceptoribus debét: quos non secus ac parentes colere ueneraríq; oporteat: Quod qm̃ minie ignoras: tecú longior esse nolui. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Apriles. M.cccc.xxxxviii.

Fráciscus philelfus sal. di. pl. Angelo actiolo equiti aurato.

q Væ petenti tibi: philippo Maria duce adhuc uiuo: receperá de Cosmo medice: ea seruaui oia. Quæ uero tu mihi neq; petenti: neq; cogitáti es pollicitus: nusquá apparent: At nouit Cosmus & egregie quidé mecú actú esse nullo iure. Quod si extrema affectus iniuria: oia tibi códonaui: quid facturus sit Cosmus: apud qué unú tu posse uideris oia: Aut igitur promissa persice: aut tibi debeo nihil. Vale. Ex Mediolano kal. Aprilibus. M.cccc.xxxxviii.

Franciscus philelfus Guarnerio Veronensi sal.

ſ Trabone geographú: qué ab me petis cómodato: darem ad te q̃primú: si penes me foret. Sed eú ab usq; Cóstantinopoli cum aliis meis permultis libris misi ad Leonardum Iustinianú uirum clarissimú & tibi æque amicissimú: atq; ipsi mihi: ea sollicet lege: ut mihi: cum primú in Italiá reuertissem: bona fide restitueret. Nunc illo uita functo: libri oés sunt apud eius filiú Bernardú: uirum optimú patriq; simillimú. Tu rem tenes. Vale. Ex Mediolano. iii. Nonas Augustas. M.cccc.xxxxviii.

Fnraciscus philelfus Ioanni Aurispæ sal.

t E uno mi Aurispa nemo est in accipiédo liberalior: in dando autem nemo rursus auarior. Quare ne pro iure possim a quoquá iudicari: quod a me petis ad te nó ibit. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Septébres. M.cccc.xxxxviii.

Franciscus philelfus Bessarioni Cardinali Niceno sal.

e Tsi mihi uidebar satis ad ea tibi antea respódisse ad decimú kal. Februarias: quæ de Homeri Iliade ad me scripseras pater amplissime: tú quia litteras meas forsitá ñ accepisti: repetá eadé paucis. Idé mihi d libris accidit: qđ hoí auaro de pecuniis solet: Is. n. aut dat núq̃ aut ibi dat: unde plus acceptură se sperat. Ego nullo pcio eiusmodi codicé sim daturus: quo æque delector atq; dilectissimis meis liberis. Cómutaturus át quo pacto: cú nullú existimé hodie i nulla disciplia codicé repiri: q possit cú eo cóparari. Itaq; rogo te: atq; mi ẽ i modú & oro: & obsecro ne me priues uoluptate mea: q̃ tátá habeo i huiusmói Iliade cóstitutá: ut in ea mihi súmú fere bonú collocari. In cæteris át rebus oíbus me utere p tuo arbitratu. Vale. Ex Medioláo Idibus Octobribus. M.cccc.xxxxviii.

Fráciscus philelfus Angelo actiolo equiti aurato sal.

g Audeo equidem mirum in modum petrũ Medicen Cosmi filium ita meas partis amplecti tueriq;:ut scribis. Nouit.n.petrus ab se usq; adolescente & igenium meũ & mores:prætera dilectioné erga se plane singularé. Quid igit facturus sit pater si diligentius cõsyderare istituerit prudẽtissimũ iudicẽ optimi filii. Qui perturbationes animi appellauere morbos:q̃rectissime eas nomiauisse arbitror. Sũt.n.pfecto morbi: quibus correpti qui fuerint:sui iuris esse non possunt:præsertim si in eos inciderit medicos qui nõ curandi:sed exasperandi peritiã didicere. Nõ te præterit Cosmũ quibusdã uti familiaribus:qui mihi semper: cũ Florentiæ agerem:fuerunt infesti:idq; nulla mea culpa: sed sua dũtaxat aduersus me inuidentia. Quãdiu Cosmus istiusmodi hominibus auris præstiterit:recte de me iudicare nunq̃ poterit. Itaq; admonẽdus mihi uidetur:nec ui credat magis:q̃ sibi:hoc est rationi & ueritati. Id si fecerit:nullus perturbationi locus relinquetur. Reliqua tu pro tua singulari prudentia bonitateq; moderabere. Vale. Ex Mediolano.iii.Nonas Nouembres.M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus petro Medici Cosmi filio sal.

a Ngelus actiolus:ornatissimus eques auratus:qui te uero amat:fecit me suis litteris certiorẽ:id quod erat mihi clarius omni luce:te mei esse studiosissimũ: nihilq; usq̃ prætermittere:quod usui mihi atq; honori futurum putes. Quæ quidem ipse legens mirifice sum lætatus:cum intelligerem te omnibus palam facere plus residere in te officii:q̃ illorum insimulationis:qui recte sapere nunq̃:neq; didicere:neq; uoluere: Satis enim a tua usq; adolescẽtia nosti me. Deus iis malefaciat:quorum fraudibus atq; isidiis factum est:ut qui animo semper fuerimus cõiunctissimi:tanto locorum diiungamur interuallo. Nam ego te mi petre carissime eadem sum usq; beniuolentia uel absens prosecutus:qua cũ istic essem:cõsueui: Scis.n.me nõ mentiri:cum me docentẽ adolescentulus audires:quantũ ipse tibi & suadendo & monendo:& docendo:adhortandoq; prodesse studerẽ:nullũq; unquã locũ fecisse reliquũ:ubi meũ ullum desyderare posses officium. Equidem puto nihil magis obfuisse mihi q̃ præcipuũ meũ erga te studium:cũ aiaduerterẽt perditissimi quidam homines fore aliquando:ut cũ adultiorẽ ætatẽ dignitatemq; euasisses:& auctoritate:& gratia ualerẽ apud te omnium maxime. Quare reg causa eas in me flãmas odii excitaruntq:uas ni tua prudentia bonitateq; extinxeris:in dies magis atq; magis exæstuabunt. Cui tantæ indignitati ut moderator curatorq; occurras:te etiã atq; etiã rogo. Vale. Ex Mediolano.iii.Nonas Nouẽbres.M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Antonio panhormitæ sal.

c Vm idoneus esset oblatus nuncius:cui tuto litteras ad te darem:uolui certior fieres de rebus meis:quas pro nostra summa atq; mutua beniuolentia:scio non secus te ducere:ac tuas. quanti me faceret carũq; haberet diuinus ille dux philippus Maria:nosti peregregie. Quo extincto:quod sine lachrymis meminisse nequeo:apud hos ciuis subito est exortum incredibile quoddam publicæ libertatis studiũ:cuius initia pulcherrima extiterunt: Nam quãdiu consensione sunt usi res gesserunt & præclaras & maximas. Sed ubi relicta ratione publicæ utilitatis & gloriæ ad ambitionem & auariciam animum conuerterunt permagnæ sunt inter eos discordiæ subsecutæ. Hinc enim gabellinæ:illinc gelphæ emerserunt factiones:quæ inter sese mutuis odiis æstuantes:in ardẽtissimas flammas breui exurgant:necesse est. Videre uideor horrẽda propediẽ emanatura incendia:quæ diuina atq; humana omnia concremabunt. Itaq; uellem me hic tẽpestiue surripere. At quo me recipiã:nõdũ satis itelligo: ita mihi uidet uniuersa ppe Italia eodẽ

hoc igni cóflagrare. Quare te rogo: me adiuues cósilio tuo: q̃d mihi faciundũ magis códucat. Est enim mihi familia non parua: eaq; delicata: quam hic relinquere nec possum: nec uolo. Quo aũt honeste sim cómodeq; acturus: non satis héo exploratũ. Vale. Ex Mediolano Idibus Nouembribus. M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Gregorio arrigo Iureconsulto sal.

n Ihil ad ea tibi possũ: quæ a me quæris: respódere. pterea qd a me tibi quærédũ é. Num es oblitus: quod apud Ciceroné familiaré nostrũ pſæpe i officiis lectitasti: nó licere icolæ i alieá rep. esse curioso? Nam q̃q̃ ex pegrino ita ciuitate a diuio illo duce philippo Maria dóatus sum: ut ad oé ciuitatis & munus: & beneficiũ hoꝝ mihi nemo sit pferédus: quoꝝ primi maiores illi Mediolanũ cóndiderũt: tñ mihi ratio é habéda: qd ciuis sim noie inqlinus & nó hic ex maioribus meis natus. Insup satis debet apd te & rumoribus: & núciis icrebescere: quomó post pximã Carauaginá uictoriá hæc héant negocia. Ego ubiq; gentiũ mallé hoc tépore: q̃ hic ée: adeo futuras tépestates: ne dixeri naufragiũ: phorresco. Et hoc unũ attigisse me poenitet. Sed mortuo sim locutus. Vale. Ex Mediolano. Idibus Nouembribus. M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Georgio Lam
pugnano Iureconsulto salutem pl.

a I te plurimũ amem: cui nori iápridé me esse carissimũ: & dicédus sim: & hñdus i gratus. Facit igit pcipuus meus erga te amor: ut quæ mihi i métem ueniũt non ignores. Video te ğuissimũ subire discrimé: qd tãto subiiciaris reip. honeri. Ná tametsi patriæ deesse nó debes cũ extremo ét uitæ piculo: amplustre tñ moderate é gubernandũ: neq; aduersis uétoꝝ flatibus nitendũ cótra. Quod qui minus có syderat uæhementioribus surgétibus fluctibus: sese naufragio obiicit. Vtiná te nunq̃ negociis hisce publicis dedidisses: quæ plena sunt pcellaꝝ. Sed quoniá non é eiusdé tuto emergere: qui se ultro fluctibus imerserit: quod unũ facere tibi licet: moderare cursum nauigatiois tuæ: quo cæsearis ab oibus portũ malle: q̃ pelagus petere. Noli factiosus. noli seditiosus uocari ciuis. Id tibi facile cótinget: si nullam i partem iudicatus propéſior fueris. Stude communi oium paci. Discordias: q̃tum i te fuerit: phibe. Factiouũ seditionũq; pricipes suá ipsi pesté sibi atq; pniciem moliunt. pone tibi ante oculos Spuriũ meliũ. pone Saturninũ. pone Gracchos. pone ét ex græcis cũ Themistoclé & Alcibiaden: tũ alios pmultos: qui dum supra ciuilem moderatióem appetiuissent: miserabilé exitũ habuerũt. Illud tibi uelim grauissimũ sapiétissimũq; dictũ méti aíoq; ihæreat: ne quid nimis: & ité illud: Tépus cognosce. Hæc si curaueris: errabis pfecto nunq̃: tibiq; ac tuis oibus pderis plurimũ & priuatim & publice. Hæc ut paucis te moneré: nostra singularis beniuoléția é me adhortata: quæ tu iu bonam partem accipias: rogo. Vale. Mediolani Ex ædibus nostris Idibus Nouébribus. M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus salutem dicit
plurimam Kyriaco Anconitano.

q Vod me donas sæpenumero perpulchris quibusdam epigrammatis: habeo tibi gratias: idque ut etiam quamsæpissime facias: rogo te. Quod autem eulogium i Homeri sepulchro insculptum ad me misisti: subdisque id satis esse argumento Homerũ nó Smymæũ extitisse: sed Chiũ: neq; pbo sentétiam tuam: nec omnino reprobo: præferti cum & Acusilaus libro tertio & Hellanicus in aglantide: homeridas: quæ familia apd Chios erat illustris: ab Hóero poeta nomé duxisse tradiderit. Quoꝝ opinióı ad

uersatur libro secũdo Seleucus:ingens errauisse Crateta:qui putarit homeridas homeri fuisse posteros:Nã illos hoc nomẽ accepisse ab homeris:hoc est obsidibus : qm̃ chiliæ quondã mulieres cũ delipissent in bacchanalibus:manũ cum uiris cõseruere.Cumq; postea reconciliatis aĩs ομηροι σ homerus:idest obsides inuicẽ sponsos sponsasq; dedissent:q̃ xe iis posteri nati sũt:eos homericas uocauere.Quod si ea legeris:quæ tũ ab Herodoto & plutarcho:tũ ab aliis nõnullis de illius poetæ præstantissimi uita litteris sunt mandata:neq; de eius patria:nec itẽ de ætate:hoc ẽ quo aut tẽpore natus:aut mortuus:aut ubi sepultus fuerit:quicq̃ certi inuenies.Tantũ aũt fuit & tã illustre ac præclarũ Homeri nomen:ut permu'tæ ẽt nobilissimæq; urbes eũ suum fuisse ciuẽ contenderint:ac se pulchrũ eius ostendant.Itaq; non absurde id possit de illo dici:qđ Socrates se respõdere sit solitus:Vt si quis quærat:cuias Homerus extitisset:respondeatᷣ eũ extitisse mundanum:si diuinum potius uirum q̃ humanum.Vale.ex Mediolano.xi.kal.Decembres.M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Aenico daualo equiti aurato.sal.

q Vo i statu sint res meæ post obitũ illius uostri diuini pñcipis philippi Mariæ potes tu mi ænice nõ cõiectura modo aĩaduertere:sed oculis pœne ipsis corãq; intueri.Non eñi obscuri aut uarii esse queant.q ad uos quotidie & rumores & nũcii h.c perferuntᷣ :adeo sunt oĩa tumultuaria atq; turbulenta.Nec longe abesse põt.quantũ mihi augurari licet:quin hi ciues:ut mutuis feruẽt:æstuantq; odiis:inter sese per oẽm cruoris imanitatẽ digladientᷣ:ni deus ipse auxilium tulerit.Sed contineo ipse me.haud enim scio:q̃ hæc recte cõmiserim litteris.Adiuua me prudẽtissimo tuo amicissimoq; consilio:si quid potes.Vale.ex Mediolano.xv.kal.Ianuarias.M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus Nicolao cebæ sal.

q Vanq̃ reuertisses ne Genuã ignorabam:an adhuc te massiliæ cõtineres:uolui tamen qui pecuniis non sim solitus:in dandis litteris existimari parcior.Oĩum primũ intelligere ex te cupio:& q̃ belle uales:& quo in statu sint res tuæ:Nã iamdiu nihil de te audiebatᷣ.De meis aũt rebus qđ ad te scribere audeã in his tempoꝝ procellis:cum tibi satis cognitũ esse debeat:quæ hic gerantᷣ: Quare cætera relinquamus gubernanda fortunæ:cuius temeritatẽ qui sequuntᷣ:fortunatissimi hac die censentᷣ. Nos ad mercaturam litterariã reuertamur.Antonio Cassarino uiro siculo qui pximis ãnis Genuæ periit:codex fuisse diciᷣ:qui oẽs platonis libros contineret.Hunc mihi cõparari cupio. At argento:dixeris opus est.Sed nec eũ mihi a te petebam douo datũ iri: Nã tametsi pecuniosus neq; sum:neq; me futurũ spero:habeo tamẽ amicos quosdam:quos mihi opera mea tributarios reddidi. Horũ mihi æraria semper patent:etsi difficulter iis utor. At in istiusmodi mihi cõparando codice uti nõ uerebor:illis etiam minime inuitis.Rem igitᷣ mihi facies pergratam:si per te q̃primum didicero:& cuiusmodi sit codex iste:& quod eius precium:facito hac in re:si me amas:te strenuum mercatorẽ extitisse iure possim affirmare.Vale.ex Mediolano kal.Ianuariis.M.cccc.xxxviii.

Franciscus philelfus petro perleoni sal.

c Odicẽ illũ Antonii siculi illius Cassarini.quo platonis libros & scripta oĩa cõtineri accepi:hẽre uehementer cupio. Qua qdẽ de re litteras ẽt dedi ad Nicolaũ cebam uiꝝ sane grauẽ:ac mihi ab usq; Cõstantinopoli pfamiliarẽ:quẽ puto mea cã curaturum oĩa:modo in hãc diem istuc redierit Cæterum uelĩ ipse quoq; curam oẽm adhibeas at diligentiam:ut is Codex iusto pretio noster fiat.Fac igitur propediem ad me scr-

bas indicem librorũ omnium ac item pretium:& quicquid scitu opus esse arbitrabere. Vale.Ex Mediolano.kal.Ianuarus. M.cccc xxxviiii.

Franciscus philelfus Antonio Bernaregio philosopho ac medico sal.

e S tu profecto mi Antoni cũ ĩ ceteris philosophiæ partibus:tũ in mathematicis disciplinis & eruditus:& doctus.Quid igit̃ de solis magnitudine sentias: audire ex te cupio.Video eñi non idẽ inter oẽs constare:qui de eius magnitudine sunt locuti: cũ alii minorẽ:alii multo maiorẽ sint opinati.At dixeris fortasse eos propterea nõ con uenire inuicem:qm̃ hi humilius:illi altius solem locauerũt:Quasi eadẽ ratione altitudo solis capiunda sit:qua Thales Milesius pyramidũ altitudinẽ ex earum umbra dimensus dicit̃. At hoĩum uisus non eandẽ uim habet ĩ oibus cum alii eo utuntur acriore: alii he betiore:Cum etiã sint:qui contendãt solem & lunã non maioris esse q̃ appareãt:& alii quoq; dicant solẽ:quẽ suspicimus:non esse solis ipsius corpus:sed ueluti simulacrũ simu lacri solaris.præterea nec aut humilior:aut sublimior sol appareat ex atho Olympoue: q̃ ex infima ualle aliqua.Insup cũ tanta in suo cursu celeritate sol utitur: ut nullo cõsistat loco : cuius uisus sit tãta pernicitas:ut eũ dimetiatur?Vt breuiter:qd̃ uolo concludã nul lam mihi rationem afferũt astrologi tui isti:qua quiescere possit aius de solis reliquo- rumq; astrorũ magnitudine.Quare siquid habes tu certius:fac ut sciam.Vale.Ex ædibus nostris Mediolani kal.Ianuarus.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus philippo Mediolanensi philosopho ac medico salutem.

d Vm Italia tota in armis est:q̃prudentissime ac uero familiaris noster Virgilius ce cinit:Grauidã bellis armisq; frementẽ.ipsi ad mansuetiora nos studia referamus. Memini cũ nuper uiuo diuino illo principe nostro philippo Maria:esses mediolani:ui disse apud te uetustissimũ quẽdã codicem :qui medicorũ pluriũ scripta complecteretur. Vt Cornelii celsi:& utriusq; Sorani:& Apuleii:& Democriti:& quarũdam etiam mulie rum.Rogo igitur te in maiorẽ modum:ut aut illũ codicem ad me mittas:tãtisper apud me futurum:donec excribatur:quod factũ iri curabo q̃primum aut istic ipse mihi cures excribendum:Nam quod mea causa ipenderis:id omne pecuniarũ breui ad te ibit. Me dicos uero istos lectitare uolo:non ut eorũ mihi præceptis utendũ cupiam:qui sim:ut nosti:corpore bene cõposito:& ualitudine prospera:sed doctrinæ dumtaxat gratia. Va le.Ex Mediolano pridie Nonas Ianuarias.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Lapo pisano Iureconsulto sal.

q Vi tibi reddidit meas litteras:est mihi iã multos ãnos p̃familiaris:Cuius fide ac beniuolentia erga me habeo exploratius nihil.Itaq; nõ sum ueritus huic uni cõ mittere ea omnia:quæ abs te cuperẽ curatum iri.Quæcunq; igit̃ uerbis meis tibi coram exponet:ea:uolo:non secus accipias:q̃ si ex ore præsentis mei emissa audires: Nec enim puto alio te nunc esse aio:q̃ tũ eras:cum in arno de lunari meatu atq; natura tã facete cõ mentabaris:Nam quanq̃ audio te ad rem nũmariam factum paulo auidiusculum:q̃ fo- leres:etsi profusus fuisti nunq̃:tamen quia operam a te exigo:nõ pecuniam:nihil est:qd̃ dubitem de tua benignitate:ni forsitan iurisperitorũ more:operam quoq; uænalẽ ppo nis.Effice:quod uolo:ac Vale.Ex Mediolano.Idibus Ianuarus.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus sal.dicit pl.petro Thomasio philosopho ac medico.

f Rancíscus barbarus uir clarissimus & ut scis:latine atq; græce eruditissimus habet

meos non nullos græcos codices:quibus non poetæ ſolum & oratores hiſtoriciq; ſed philoſophi quoq; atq; theologi continent̄.Et habet eos quidē ab illo uſq; tempore: quo ipſe agebā Conſtantinopoli:Nam cū inſtituiſſem breui repetere Italiā:libros illos ea rōne mili ad uirū amiciſſimum atq; optimū: quo mihi ad reditum ſalui forēt.Quid ſit in cauſa:non intelligo.Non modo repetenti mihi libros non reſtituit:ſed ne reſpondet quidē.Vereor:ne litteris ad ſe meis forſitan ob tempoꝝ malignitatem interceptis: reſpondendi facultas ſublata fuerit.Te igitur rogo:atq; obteſtor:ut barbarum meū uiꝝ humaniſſimum adeas meo nomine eumq; horteris:meos oīs codices ire ad me curet: uel ea ratione:ut ſibi liceat:quē maluerit ex iis codicibus:accipere dono:id me non modo non ferente grauiter:ſed loco etiam ſingularis beneficii ducente.Et ut hanc rem dilucidiorem teneas:habes iſtic phœbū capellam iuuenē certe modeſtū ac bonum. Is uiuo adhuc philippo Maria duce:ſcriba ſenatus ueſtri cum barbarum ad eū pricipem oratorem pro more patrio ſecutus eſſet:præſens coramq; audiuit & me libros meos illos repetentem:& reſpondentē barbarum:cū primū Venetias reuertiſſet:ſe mihi ſatiſfacturū. Itaq; minimo ſane cū labore cū mihi morem geſſeris homini tui ſtudioſiſſimo:tū iuſticiæ fungeris officio.Vale.Ex Mediolano.iii.Nonas Apriles.M.cccc.xxxxviiii.

Franciſcus philelfus phœbo capellæ ſal.

p Etrus Thomaſius uir ſcientia uirtuteq; ſingularis quiddā eſt quæſiturus ex te.Si ne ullis etiam adhortationibus meis:quæ uera ſunt:minime reticeſceres. Verum etiam mea cauſa ut ea:quæ pſpicue noſti:referas:te plurimum rogo. Nihil abs te peto: quod alienū ab officio cenſeas.Quid autem magis officioſum:q̄ quod uerum eſt: loqui:Vale.Ex Mediolano.iiii.Nonas apriles.M.cccc.xxxxviiii.

Franciſcus philelfus ſal.di.pl.Nicolao frægoſo.

n I mihi bonitas humaniſſimi tui īgenii modeſtiſſimiq; mores ab ineunte prope adoleſcentia cū me præceptore florentiæ utereris:cogniti admodū forent:nō auderem fortaſſe tāta cū fiducia id a te poſtulare:quod mihi gratiſſimū ſis facturus tibiq; honorificū:Solent eni non nulli:qui ſe lætiore in fortuna uident conſtitutos:reddi inſolentiores.At nō debeo eſſe neſcius nihil tibi poſſe accidere huiuſmodi: q nulla fortunæ traharis temeritate:ſed ratione ſemp conſilioq; ducaris:nō tu ſane ignarus uirtuti deberi omnia:quæ ſi uera fuerit:non fucata:fortuna oī pro famula utitur.Sed ne uidear difficilius quicq̄ abs te petiturus: rē accipe breuiter.petrus perleo ariminēſis fuit ipſe quoq; nō nullos annos Florentiæ primo:dein etiā Senæ auditor meus.Vir bonus eſt: idemq; perdoctus ac facundus:mihiq; cariſſimus:qui Genuæ oratoriā docet:ut ſcis.Iſtic qđ publicum eſt præmiū conſtitutū:perq̄ difficillime diſſoluitur. Abſurdū eſt profecto quēq̄ poſſe bene docere & ſimul pugnare cū egeſtate:Oportet enim ingeniū hominis eruditi:ſi uelit ſuo fungi officio:uacuum eſſe mercenaria omni cura. Tuæ igitur uel prudētiæ fuerit:qui litteratiſſimus & habearis:& ſis: uel beniuolētiæ erga me:quē noſti & tui & Frægoſorum omnium laudis ſtudioſiſſimū eſſe:operam dare:ne cogatur petrus perleo noſter ob inobſeruatam publicam fidem iſtinc diſcedere:ac proficiſci Venetias:quo eū noui frequenter accerſi honeſtiſſima conditione.Tu rem tenes.Dabis operā:ſi me amabis ne fruſtra uidear ad te ſcripſiſſe.Clariſſimū ducem Iauum cum uniuerſis Frægoſis & ſaluere:& magnos eſſe in dieſq; magis fore uæhementer opto.Vale.Ex Mediolano.xv. kal.Iulias.M.cccc.xxxxviiii.

Franciſcus philelfus ſal.di.pl.Bornio ſalæ Iureconſulto.

e Rat natalis meus cũ hæc ſcriberẽ tibi ad octauũ kal. Auguſtas: agebãq; ætatis annum unum & quinq̃geſimũ: qui natus eſſem ãno a natali Chriſtiano millesimo trecẽteſimo nonageſimo octauo. Quod icirco uolui ne te lateret: quo ad oia quæ ſcripſeras: reſponderẽ. Habes ætatẽ meã: quã ſi noſſe uoluiſti: ut mihi uxorẽ aliquã forſitan dares: nihil ẽ qđ labores. Non. n. hæc ſunt tẽpora: q̃bus de re uxoria ulla ineunda ſit rõ: cũ nec mihi ſit itegꝝ hic decedere: & hic nõ ego ſolũ: ſed uniuerſa ciuitas i extrẽa reꝝ oium difficultate ſit poſita: i primiſq; rei frumẽtariæ: cuius idigẽtia tãta ẽ: ut permulti inedia iã perierit: pereãtq; quotidie. Et feles & canes & imũda oia eſu cõſumpta ſunt. Atq; mirabilis tñ ẽ ciuitatis huius cõſtãtia: ut emori oẽs malit: q̃ dominũ quenq̃ admittere. Quid ergo facturi ſint Mediolanẽſes: Nil hẽo: quod tibi reſpondeã aliud: q̃ quid non facturi. Ni deus ipſe ꝓuiderit: uidere uideor breui fore: ut ꝓdigioſa audias ꝑmulta. Ego de me quid acturus ſim: neſcio. Neceſſe fuerit: ut ex tẽpore alia atq; alia cõſilia capiã: quæ cuiuſmodi ſint futura: augurari nequeo. Vale. Ex Mediolano viii. kal. Augu. M. cccc xxxxviii.

Franciſcus philelfus Ioanni Auriſpæ ſal.

e Go mi Auriſpa in ſyrtibus nauigo: unde ſine maxio periculo erũpere nõ licet: & iter nauigãdũ ne obruar: ac pereã naufragio: plurimũ eſt metuendũ. Si quid habes: adiuua me cõſilio tuo: Nã quid agam: icertus ſum. Vbiq; gentiũ hoc tẽpore q̃ Mediolani eſſe mallem: ubi neq; ſine maxio periculo eſſe poſſum ꝑꝑ ciuilis ſeditiões: nec ẽt hic abire ab his ꝑmittiť: in quoꝝ poteſtate ſunt oia. Adde difficultates rei meæ familiaris. Quare mihi oia ſunt aduerſa. Nihil oino cõſilii mihi relictũ eſt. Tu q nauigas i portu ſi quod mihi adiumẽtũ afferre potes: ne differ. Vale. Ex Mediolano vi. kal. Auguſtas. M. cccc. xxxviii.

Franciſcus philelfus Bloudo Flauio ſal.

q Væ a me ſcire uis de illo diuio priope philippo Maria: non ẽ narrãdi locus. Sed unũ uelim tibi certo perſuadeas: neq; eſſe neq; fuiſſe uuq̃ uiꝝ alteꝝ: uno. G. Iulio excepto: quo nihil hoium natura ꝓduxit perfectius: q ulla uirtutis laude cum philippo Maria illo cõferri poſſet. Vellẽ: mihi liceret ois illius laudes ſingulatĩ in medium referre. Sed quoniã hæc ſunt tẽpora: mihi tacendũ exiſtimaui. Quã cuperẽ: una eſſe poſſemus. Vale. Ex Mediolão. vi. kal. Auguſtas. M. cccc. xxxviii.

Franciſcus philelfus Georgio plato iurecõſulto ſal.

a Dmõitionẽ tuã & probo: & plurimi facio: utpote quã nori manare a bẽiuolẽtiſſimo i me aio. Cæteꝝ ueli illud tibi eſſe exploratiſſimũ: ita me mihi uitã inſtituiſſe: cum antea ſemper: tũ præcipue hac die: ut nihil obiici queat meis moribus: cuius redditurus non ſim q̃rectiſſimam rationem. Nec ſum adeo curioſus in ueſtra republica: ut a quoquam poſſim iure accuſari. Ego totus uerſor cum libris. Meq; domi contineo: nõ modo: ne loquar quicquam: quod mihi ſit incommodum allatuꝝ: ſed ne audiam quidem. Itaq; admonendus non eſt: qui & ſecum habitat: nec aliunde pendet: quam ex ſeſe: ni fortaſſis mihi metuis a candido decembre: homine natura maledico & inimiciſſimo bonis uiris & eruditis omnibus. Is ſi quid inſidiarum tetenderit: da operam: ut coram accerſar. Id ſi feceris: facile omnes dilucideq; intelligent nefarios dolos: ac fraudes teterrimi nebulonis. Tibi autem gratias habeo immortalis: quod uihil prætermittas: quod mea intereſſe arbitreris. Vale. Ex Mediolano. vi. kal. Auguſtas. M. cccc. xxxviii.

Frãciſcus philelfus Nicolao Varoni
philoſopho ac medico ſalutem. d. p.

d Electatũ esse te duobus iis libris Hippocratis:altero de flatibus:altero de morbis:siue id malis : de passionibus corporis:hoc est περι πατῶν peri pathon : quos ex græco in latinũ conuertimus:plurimũ lætor:Ná laudari abs te doctissimo philosopho ac medico prudentissimo lucubrationes meas nó mediocri mihi ascribo laudi. Quod aũt me hortaris ad cæteros Hippocratis libros interpretádos: obsequerer tibi profecto plibenter:si id mihi facere liceret. Sed usq; adeo sum aío occupato:ne ptur bato dixerim i hac téporum pcella:ut uix sim apud me. Quid si deus quispiá secũdius flauerit:nullo erit ad eá rem opus adhortatore:Vltro eni accingar:quo nostris hominibus prosim. Interea temporis sine me habere eorum ratióem: quibus propius urgeor. Vale. Ex Mediolano.v.kal.Augustas.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus sal.di.pl.Leonello æstensi Marchioni.

f I tibi corá narrare possem præstantissime princeps Leonelle:quátum me tibi debere puté:qđ nullis meritis de te meis ultro me inuitaris ad tuæ celsitudinis hospitium atq; familiaritaté:itelligeres profecto : q̃ sit apud me egregia uirtus tua:quamq; admirabilis pœneq; diuina:Non eni expectasti:ut te litteris anteuerteré:ac rogarem: ut me intra regalis tuos parietes exciperes:dignumq; redderes beniuolẽtia tua.Sed id diu mihi atq; multum aggredi cogitanti sponte occurristi.teq; ipsum liberaliter pbenigneq; obtulisti.ac nullũ prætermisisti officium humanissimi sapiẽtissimiq; principis. Et quod a platone scriptũ legimus:non obscure cõfirmasti:beatas illas fore respublicas: quæ aut a sapientibus:aut a sapientiæ studiosis administrarent: Nec enim ignoramus inter regẽ & tyrãnum illud interesse:quod hic oía refert ad utilitatem suá:contempto diuino omni atq; humano iure. At rex secus omnia:qui iusticiam atq; pietatem áte oculos semper ferens:sibi omnia uult cũ ciuitate esse cõmunia:suum atq; proprium nihil ducens:quod a publica utilitate dignitateq; separetur. Dignus es tu profecto:qui q̃diutissime sis in uita:& nõ minus uniuersæ Italiæ:q̃ tuo isti pacatissimo atq; felicissimo potentatui domineris. Totus es ad laudé & gloriam natus:cuius uniuersa uita plena est hóestatis : plena sapientiæ. Faciat deus omnipotens:ut mihi aliquádo liceat uti atq; frui:quod mihi beneficium q̃beneficẽtissime alacerrimeq; proponis:Nunc enim ea sunt tempora: ut aliud nihil queam non modo deliberare:sed ne respondere quidem. Vale.ex Mediolano.v.kal.Augustas.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Nicolao Varoni philosopho ac medico sal.

q Væ mihi scripserit nobilissimus princeps tuus:imo noster:qdq; ipse pro tempore responderim tecum ipse consyderabis : Nam ego in præsentia mei iuris non sum. Itaq; omnia sunt accõmodanda tempori. Tu:uelim:interea modereris:& componas omnia pro singulari tua prudẽtia. Meum aíum habes in manu. Nec loqui apertius quicq̃ licet. Cum licuerit:id quod nõ longe abesse potuerit:aperiá tibi mentem meam: Es.n.unus:cui crediturus sim oía. Vale.ex Mediolão.v.kal.Augustas.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Albertho Zancario sal.

q Vid tibi respõdeá:haud scio:Nec ausim efferre:siquid etiá sciam. In scylleo æstu nauigamus:Nisi deus aliquis opportune reflauerit:ultimum naufragium patiemur. Vale.ex Mediolano.v.kal.Augustas.M.cccc.xxxviiii.

Franciscus philelfus Bornio salæ Iureconsulto sal.

f Visti tu in me semp & liberalis & comis:nullumq; unq̃ liberalitatis officiũ & comitatis prætermisisti. Eundé quoq; in hunc istũ te fore existimo : cui meas ad te

litteras dedi. Est.n.& homo perpulchre doctus ac disertus: & uir præditus elegātissimis moribus. Quapropter officii tui fuerit id præstare: ne quā spē ab me habet de te receptā: eā falsam extitisse itelligat. Vale. Ex Mediolano. v. kal. Augustas. M.cccc.xxxxviiii.

Frácíscus philelfus Ioanni Aurispæ sal.

q Vid superbiæ me accusas: quod tibi respōdeā nihil: quasi ea sint tēpora: ut cuiq̄ liceat loqui: qđ sentit. Itaq; malo abs te superbiæ accusari: q̄ stulticiæ: Nō sum.n. usq; adeo obtusioribus sensibus: ut quid me aut deceat: aut dedeceat: nō itelligā. Te igit̃ rogo: æquo aīo feras silentiū meū: Nam cū licuerit: te obtūdā plyxitate orationis. Vale. Ex Mediolano pridie kal. Augustas. M.cccc.xxxxviiii.

Franciscus philelfus Angelo actiolo equiti aurato sal.

n Ihil eorꝝ in hanc diē uideo abs te cōfectū: quæ mihi tum corā antea: tum postea per litteras tā liberaliter recepisti. Ac nō possum sane nō admodū mirari: quod ne respondes tu quidē: ui fortasse uelis me tuum interpretari silentium: quod nihil mihi receperis: neq; hic præsens: nec postea scribens: sed quod uerba non tam feceris: q̄ dederis: Id si ita est: utar illo Terentiano: par pari referto. Vale. Ex Mediolano. iii. Nonas Augustas. M.cccc.xxxxviiii.

Fnracíscus philelfus sal. di. pl. petro Medici Cosmi filio.

p Ræcipuū tuum in me amorem & expertus sæpe sum præsens: & audiui absens. Facisq; ac fecisti semp pro officio gratissimi discipuli & uiri optimi: Nā de tua erga me uoluntate cū ab aliis permultis: tū ex Angelo actiolo: splēdidissimo equite aurato: & uestræ familiæ studiosissimo egregie accepi. Reliquū est: ut Achillis: qđ fabulantur: iaculo utamini i secūdo ictu: Quod si factū cognoro: haud patiar ulla me beneficii iurisq; magnitudie superatū iri. Vale. Ex Mediolāo. iii. nonas Augustas. M.cccc.xxxxviiii.

Frácíscus philelfus Lampugnino birago sal.

l Audo bonitatem ingenii tui: qui ætate iandudum ingrauesces: des operam græcæ litteraturæ istis dissimillimus: qui litteratissimi haberi uolunt: græcis litteratis ignoratis oīno. At sua se plurimū opinione fallunt: Nemo enim mea sententia latinus sit optimus: ubi græca prorsus eruditione careat. prudenter igitur tibi consuluisti. Quare quicquid a me postulas: id totū in tua esse potestate positum existimato: Nam & libris tibi & doctrina nunq̄ sum defuturus. Vale. Ex ædibus nostris Mediolāi Nonis Augustis. M.cccc.xxxxviiii.

Franciscus philelfus sal. di. pl. Aloysio Crotto.

h Ieronymi quas petieras Augustiniq; epistolas ad te dedi cōmodato. Quare ubi eas pro tua uolūtate lectitaueris: cura: ad me redeant. Quod autem quæris quid de utroq; sentiam: & quo ad doctrinā: & quo ad eloquentiā: breuiter accipe. Omnium primū de rebus diuinis non est meū iudicare: sed ecclesiasticæ dignitatis auctoritatisq;. Cæterꝝ puto utrūq; uero pulcherrimeq; diuiaꝝ reꝝ oīum sciētiam tenuisse. Sed quo ad reliquas oīs partes philosophiæ Augustinus unus est longe tū acutior & p̄itior: tū etiā subtilior. Dialecticus Augustinus fuit egregius & idē physicus atq; mathematicus. Huic Hieronymus plurimū p̄stitit dicēdi elegātia potius q̄ doctriā: id qđ ex utriusq; oratiōe licet ītueri. Græcā litteraturā Hieronymus ꝑpulchre calluit: Augustinus minus ꝑfecte. Ille hebraice quoq; habet̃ eruditus: & Augustinus illius linguæ ignarus oīno. Vita horridus Hieronymus: Augustinus aūt mitis. Quod si ex iis duobus unus effici potuisset: nihil natura absolutius ædidisset. Vale. Ex ædibus nostris Mediolani. M.cccc.xxxxviiii.

Fráciſci philelſi Epiſtolarum Liber Septimus.

Fráciſcus phileſfus Senatui & populo Florentino ſal.pl.di.

c

Vm inclytæ ueſtræ & excellẽtiſſimæ reip.pĩcipes Florẽtini egregiá illá at ſingularẽ bñficẽtia:qua cũ iſtic aderá:a uobis pulcherrie ſum ornatus ñ minus ſuaui q̃ aſſidua recordatõe mecũ repeto:nihil eſt qđ malle me debere itelligá:q̃ & oĩbus i rebus & apud oẽs mortales id ꝑ uirili pte p̃ſtare:ut gratitudiné ani mei certo aliquo argumẽto recognoſcatis. Quare cũ alias ſemp tũ maxie hoc tp̃e qđ ꝑ ueſtri nois ãplitudie ſũmoq; ſplẽdore mihi ſtudẽdũ cẽſeri:ubi breui orõne oſtẽdero:facile iudicabitis bñficioꝝ i me ueſtroꝝ mẽoriá nulla neq; tẽpoꝝ lõgitudie nec fortũæ uarietate apud aíum meũ iteriiſſe.Quibus.n.i rebus cumulatiores ſim uobis gratias relaturus:q̃ ſi ad ſplẽdidiſſimũ laudis munus:dũ uos ad decus & gloriá natos cohortari pręrerꝗ:p̃cipuá i me quádá ſi nõ prudẽtiá:fidẽ tñ & pietatẽ ituеamini.Memini qbus ſex ánis pulcherrie apud uos agerẽ:nullius rei magis pplm Florẽtinũ: q̃ dignitatis rationẽ hẽre ſolitũ.Quare cũ uł de pace:uł de bello agerẽt:tũ cõſilia oia:tũ decreta ad dignitatẽ ſemꝑ referebant.Qui ꝑfecto bene moratæ reip.mos iure mihi laudãdus uideri debet. Nihil.n.nec utile i uita nec iucũdũ cẽſendũ ẽ:qđ hõeſtate uacet.Oĩa q̃ aut corporis:aut fortunæ ducunt cõmoda:& fragilia ſũt planeq; inania ubi minus ad decus relata fuerit.Itaq; ut oĩs uirtus fructifera ẽ:& uoluptatis plena:ita nihil i bõis aut expetẽdis ponẽdũ: ẽ qđ a uera laude diſcedat:Quo ſit:ut ſi uos laudis qđ eximiæ uirtuti debet:ſtudioſi i primiſ uniuerſæ Italiæ paci tranqllitatiq; cõſuletis:& ꝑ cõſuetudie ueſtra facturi ſitis & ornatiſſimũ imortalitatis nomẽ aſſecuturi.Quo tp̃e uobis ẽ renũciatũ de obitu philippi Mariæ angli q fuit unus oĩum ꝑfecto q̃diu uixit:noſtræ ætatis pñopũ atq; regũ fortiſſimus atq; ſapiẽtiſſimus qdá uir:Haud dubito:quí aíum oẽm a reꝝ bellicaꝝ ſtudiis ad pacis ocĩũ cõuerteritis:Ná & ueſtro igenio mites eſtis atq; ph ũani:& ueſtræ florẽtiſſimæ reip. non belli:ſed pacis artes cõducere cõſuerũt.Nec.n.unq̃ bella ſuſcipitis bellãdi cupiditate ſed ut pacate poſſitis cũ dignitate uiuere:nec ẽt cũ primũ illi optio pñopi bellũ itulıſtis alia uos rõ ulla mouit q̃ huiuſmodi honeſtæ pacis cõſiliũ.Cũ.n.quo illius conatus tẽderẽt neſciretis:& Immola atq; Forũliuiũ & flaminiæ captæ urbes haud iniuria uobis ſuſpicionẽ eius ai ñ mediocrẽ afferrẽt:qñ Ille tñ nihil alienũ appeteret:ſed parti ecclꝭe Romáæ q̃ Bracius igẽti aío uir mũitiſſio firmiſſimoq; exercitu nitebat oppriere:parti rebus ſuis cõſulere cupiẽs qppe q̃ uereret homo prudẽtiſſimus braci icremta i pnciẽ ſuá & extiũ emanatura:q̃ ipam ſuſpicionẽ pñceps callidiſſimus Nicolaus æſtẽſis admodũ cõfirmarat:his rõnibus motus philippus i Fláiniá miſerat uires ſuas:tũ ultro uos:ut eſtis unioĩum cautiſſimi:nulla me minía qdẽ iiuria laceſſiti:armis obuia ire aggreſſi eius cõſiliis: q̃ rebus ueſtris detrimẽtoſa fote exiſtiabatis:diuturni.maximi:calamitoſiſſimi belli fuiſtis auctores.Qua qdẽ i re nõ mõ accuſandi nõ eſtis:ſed tolerandi potius:Ná cũ qd ille aĩo uerſaret:uos lateret:uideretiſq; urbes finitimas i illius ptãtẽ actas:nec eſſetis obliti:q̃ ácipiti:& piclofiſſimo bello cũ eius patre Ioáne Galeacio clariſſimo & potẽtiſſimo pricipe dimicauiſſetis:prudẽtiæ ueſtræ munus eẽ duxiſtis prius occurere eiuſmõi conatibuſ q̃ pati:ut magis in dies:magiſq; iualeſcerẽt.Quáto aũt i diſcrimie utriq; uerſata deide reſ fuerit:uniuerſa nõ mõ nouit:ſed etiá ſenſit Italia.At ubi maximus & optimus ille dux na

turæ uel intẽpestiue cõcessit:ac uiri Mediolanenses ut sunt excelso atq; inuicto aĩo:in li-
bertatẽ se uẽdicarũt:cõtinuo declarastis & id qdẽ certissimis argumẽtis nihil eẽ uobis &
uestra Italiæ pace neq; optatius nec iucũdius. Nullo.n.pacto fieri põt:ut siq̃ ꝑpotẽtẽ Ita-
liæ aut urbẽ:aut regionẽ belli fulmẽ iuaserit:qeto ipi aio esse possitis. Itaq; pacis & trãql-
litatis bono:qđ splẽdidissima hæc potẽtissimaq; respu.max.e oium affectabat:oĩ opa:
& idustria studuistis:& ita studuistis:ut q̃tũ i uob̃ fuit:nullæ diuturni ardẽtissimiq; belli
scitillæ reliquerẽt. Cũq; diuio etiã cõsilio quodã fieri uiderẽt:ut q honestã pacẽ minus
admitterẽt:durissimis euẽtis pugnæ pſæpe affligerẽt:iã eo loci deducta res erat:ut ũ mi
nus q̃ Mediolanẽses cæteri quoq; pacẽ expeterẽt. Quod cũ sedulo fieret:ac iã ꝑpediẽ tẽ-
q Voniam totus pythagoreus factus es: nihil peto: ut respondeas: quanq̄ loquendi pythagoras: non scribendi silentium iussit. Tuos filios ut & tui & aui similis effici patiaris: rogo. petoq; ut meos mihi libellos reddi cures. Vale. Ex Mediolano. vii. Idus Nouembres. M. cccc. L.

Frācifcus philelfus petro perleoni sal.

e Binis litteris tuis quas proxime ad me dederas: posteriores accepi. priores aūt missas audiui: sed nusq̄ uidi. De re tua nihil habeo: quod ad te scribam: Nam ea ignaris etiam nobis tentata fuerat apud principem per tuum ariminensem scribam: cui quod cuperes: litteris declararas. Respondit princeps: ut est mihi renunciatum: satis sibi unum philelfum esse: nec pati aut rem aut tempus impensam aliam: præsertim non necessariam. Idem etiam senatus respondit. Quare cum inutilem futuram censuerim meam omnem suasionem: silentium agere institui. Neq; omisi tamen: quin cum Nicolao Arcimboldo senatore grauissimo & sapientissimo iurisconsulto rem ipsam commentarer: qui idem quoq; ipse respondit: quod cæteros audieram. Doleo hanc temporum cōditionem nobis oblatam. Tu uelim: prudenter consulas rei tuæ βιβλαριον ωσ οἱλασ ἄρχει βονωνίασ γραφον περι σου προσ ἄυτον. Vale. Ex Mediolano. vii. idus Nouembres. M. cccc. L.

Franciscus philelfus Ioanni euangelistæ fratri heremitano sal.

n Ec inferre cuiq̄ sum iniuriam unq̄ solitus: nec ferre contumeliam. Itaq; monēdus uisus es: ut cœptis abstineas: ne & inanis conatus tuos tacito cogitationis conuicio tandem accuses: & mihi argumentum afferas iure ulciscendi. Quod si pristinam amicitiam nostram uolutare animo uolueris: nihil frustra tentabis. præterea non te debet cepisse obliuio: & quæ locutus: & quæ molitus fueris in principem nostrum proximæ tyrannidis tempestate. Hæc si efferantur in lucem: te puto: pœniteat totius conatus tui. Nec longe fuerint arcessendi testes: Nam & uionia tua omnis & tui ordinis socii & sodales item commanduconesq; tui constantissima testimonia aduersus te ferant. paucis te admonui. Tu ne mihi stomachum moueas: caue. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. vi. idus Nouembres. M. cccc. L.

Franciscus philelfus Mæmmo episcopo Crossetano sal.

d Ederamus ad te anno superiore duo illa prima lyrici nostri operis carmía: quod modo sumus agressi. Ea quoniam tibi: ut audiui: reddita non sunt: iccirco rursus mittenda statui: ut intelligeres nullo neq; locorum interuallo: nec temporum longitudine cessauisse amotem erga te meum. Vale. Et siquid istic meum esse noris: facito intelligam id tibi esse carissimū. Ex Mediolano. vi. idus Nouembres. M. cccc. L.

Franciscus philelfus Dominico Mauro sal.

u Ir quidam grauis ac probus qui nuper a uobis reuertisset Mediolanum: mihi neq; petenti: neq; cogitanti renunciauit te de me dignos disseminare sermones. Id autem ego de te minime sum miratus: qui ita loquaris: ut es & natus: & altus: & educatus. Reliquum est: ut non minus honeste de te iure audias: q̄ pro moribus tuis de phi-

lelfo tuo locutus es..Vale.Ex Mediolão.x.kal.decembres.M.cccc.L.

Fräciscus philelfus petro Thomasio
philosopho ac medico sal.

r Eddita mihi sunt una cum litteris tuis opuscula:quæ misisti.Et habeo tibi gratias.Reliquum est:ut cum tertius liber de exilio tibi redditus fuerit: eum ad me des q̃primum.Velim etiam q̃diligentissime odoreris:quid de secundo eiusdem operis libro.quid de mediolanensibus conuiuiis.quid de iis Hippocratis coi libris quos in latinum uertimus:actũ sit:Nam hæc omnia ad Leonardum Iustinianum uirum patritium & de me optime meritum legendi gratia dederamus.Quare ut & hæc singula & Cosmianam orationem ab illius summi uiri nobilissimo filio Bernardo petas:atq; mittas ad me:te ualde rogo.Audio istic.D.M.petulãtissime de me loqui:Et ne id quidem miror.Raro fit enim ut impurus adolescens in ĩprobum & flagitiosum uirum nõ corruat. Istum tamen moneri cupio:philelfo bilem ne moueat:ne quæ falso alteri obiicit: uero ĩ sese ac liquido cum agnorit:stulticiæ suæ pœniteat:Nam canis hic quod Diogenes dicere cauillariq; consueuit:betis non uesõtur.Nouit autem ipse:& qualis est:& qualibus natus.Ego nullius opis diuina benignitate ĩn præsentia ĩdigeo:Nam omnia mihi apud hunc liberalissimum principem secunda sunt planeq; felicia:quæ si leuissimus iste nebulo consyderare uoluerit:sese insaniæ arguet.Quæ iccirco ad te scripsi ut hominem moneas:ne cum detrahit bonis uiris suiq; dissimilibus:sibi ipse tandem irascatur..Vale. Ex. Mediolano.x.kal.Decẽbres.M.cccc.L.

Franciscus philelfus Baptistæ Sachaccæ barocio sal.

i Ta uelim officio tuo utir:ut id mihi commodo sit:non incommodo.Quare ne mihi longius uerba des:huic nuncio & epistolarum codicẽ:& Aristotelis particulã ad me dato.Vale.Mediolani ex ædibus nostris.x.kal.Decẽbres.M.cccc.L.

Franciscus philelfus Baldo martyrello sal.

q Vod iãpridem de Gaspare librario suspicabar:ductus uel quadam φυσιωνομιασ recondita ratione:id perspicue tandem erupit in lucem.Quam mihi rationem fingit homo impudentissimus quam lacernam blactit:Num ego lacerna utor? aut usus unq̃ sum:Num petii?Num promisi. Num meo nomine cuiq̃ dedit? Non est apud me chirographum eius:quo ratio nostra omnis continetur:Sed miror profecto te:qui noris inconstantiam & leuitatem hominis mendacissimi in Aeneidos codice: & mihi tamen impedimento sis quasi is non faciat:dum mea mihi nõ restituit:sed patiaẽ iniuriam.prudẽtius egeris:si hoĩs impudentiã acriter castigaueris. Vale.Balbũ nostrum saluũ esse cupio.Ex Mediolano.vii.kal.Decembres.M.cccc.L.

Franciscus philelfus Facino so
robro nuncianensi sal.

q Vod mihi abiens uerbum nõ feceris:fecisti tu quidem inhumane: id quod non tam moribus tuis qui sunt humanissimi:dandum uelim:q̃ liberalitati calabri nostri Cicchi:qui dum ui nummorum te obruit:facit oblitum amicitiæ nostræ.Quare peto abs te:eum ut roges meo nomine:ne te nummosiorem efficiat:quo in amicos sis diligentior:addasq; se mihi gratissimam rem facturum:si negocium meũ confecerit apud principem:idq; & q̃primum & ex sententia nostra:Quam ipsam rem ut etiam tu q̃diligentissime cures:maiorem in modum a te contendo.Vale.Ex Mediolano.vii.kal.Decẽ

bres.M.cccc.L.

Franciscus philelfus Ciccho Calabro ducali secretario sal.

r Em meam ut apud principem cures : tanto studio te rogo:ut maiore uix aliud quicquam possim. Nuon ea mihi condicio est:ut moram pati liceat:id quod tibi esse perspicuum non sum nescius. Noui præterea occupationes tuas. Quo fit:ut uel importuniorem me præbeam. Cedit enim necessitati pudor. Itaque uelim:omnia ꝑ tua prudentia modereris. Vale. ex Mediolano. vii. kal. Decembres. M.cccc. L.

Franciscus philelfus Blondo Flauio sal.

p Ercunctanti quotidie sæpissime de te mihi tandem est renunciatum te Ferariam concessisse:habereque perbelle. Quæ res me quanta uoluptate affecerit : consyderari abs te malo:q̃ dici a me:qui eo te amore complexus sum : ut alium magis neminem. Quod aũt in hanc diem nihil ad me scripseris:non mediocriter sum miratus. Nõ enim es nescius:q̃ mihi iucundæ esse debeant tuæ secundæ res omnes : quas æque mihi atque tibi secundas semper iudicarim. Itaque tuæ liberalitatis munus erit:si me feceris q̃primum certiorem de omni statu tuo : quem indies ab immortali deo magis magisq; fortunari non solum cupio:sed etiam opto. Vale. & clarissimo philosopho Nicolao Vario. & eloquentissimo uiro Guaryno ueronensi salutem meo uomine plurimam dicito. ex Mediolano. vii. kal. decembres. M.cccc. L.

Franciscus philelfus Ioanni Aurispæ sal.

c Retensis quidam auceps qui uomine tui principis accipitres ad Cæsarem hunc nostrum nuper dono tulerat:fecit me certiorem te modo e Romana curia Ferrariam ruertisse. Itaque mei sum officii arbitratus:ut te uiserem meis litteris:& de omni meo statu doctoorem facerem. Omnium primum quod tibi esse nou ingratum existimo:& ualeo ipse quidem:& huic humanissimo principi sum carissimus. Nummorum autem tantundem mihi nũc est:quatum antea semper:hoc est æque ac nihil πολυσοφιασ ἤ πολυπλουτιασ magis delector hospitio. Et hæc de me. Cupio nuncies uerbis meis nostro amicissimo Blondo Flauio me posteaquam a nobis abut quædam scripsisse:quæ Gaspari suo uel nostro potius nõ inutilia fore sit putaturus. Hæc mittam ad eum:cum me docuerit:quem tandem in portum omnino se receperit. Itaque uelim etiam ex te scire:& quid agat:& quo in statu res suas collocarit:sitne in Romanam curiam profecturus:an istic futurus diutius. Idem quoque ut de teipso itelligam:facito:quo sciam:quo i loco te sint nostræ litteræ offensuræ. præterea si quid noui es nactus: quod maxime musarum intersit:cura ut uorim:uel potius:ut id mihi commune sit tecum. Vale. Ex Mediolano. vi. hal. Decembres. M.cccc. L.

Franciscus philelfus Ciccho calabro ducali.
secretario salutem plurimam dicit.

m E tuæ ꝑhumanæ amicissimæq; litteræ non modo recrearunt : sed etiam mirifice refecerunt. Nec dubito:quæ scripsisti:ex sniã esse a te scripta: modo queãdmodũ ipse benigne cupis:ita etiam reliqui iussa principis exequantur. Vale. Ex Mediolano. vi. Kalendas Decembres. M.cccc. L.

Frãciscus philelfus Ciccho calabro ducali secretario sal.

d E re pecuniaria quid mihi sperandum sit:nou satis intelligo. Conueni utrunq; Antonium:& Bossium:& Longum:quorum alter pecuniam dicit nondum esse

allatam:At longus addit nihil etiam de ea mihi ſperandum eſſe:Nam illam omnem de
beri atq; decretam eſſe auunculo tuo Angelo Simonetæ.Itaq; te rogo:des operam : ne
diutius res trahatur. Vale ex Mediolano.vi.kal.decembres.M.cccc.L.

Franciſcus philelfus Ioanni calabro ſal.

r Eddidi tuas litteras Antonio longo:quibus is lectis mihi reſpondit diligentiſſi
me ad ſeſe de me ſcriptum : ac ſe cupere mihi admodum gratificari:ſed nequaq̄
poſſe:Nam ſibi eiuſmodi pecunias eſſe nullas.Itaq; aliunde conſuli oportere:quoniam
quicquid nummorum ex papienſi illa ratione in hanc urbem afferetur:id omne conſti
tutum eſſe Angelo Simonetæ auunculo tuo.Tibi autem mi Ioannes habeo gratias:qui
quantum in te fuit:uoluntati meæ ſatiſfeciſti cumulatiſſime.Vale.ex Mediolano.vi.kal.
decembres.M.cccc.L.

Franciſcus philelfus petro Thomaſo
philoſopho ac medico ſal.

n Oſti eam eſſe ſapiētum uirorum ſententiam nihil accidere pernitioſius ſenectu
ti q̄ animi relaxationem.Ea enim igenii uis quam iuuentæ feruor excitabat: iam
ſpiritali ſanguinis fomento ueluti tepeſcente paulatim hebet:ubi diligentia &perpetuo
quodam ſtudio minus acuatur.Itaq; non abſurde monent:qui præcipiunt eſſe in huiuſ
modi ætate labores corporis minuendos ad augēdos autem animi.Quanq̄ haud ſcio:
q̄ ocioſa uita conducat corpori:Videmus certe apud Homerum Neſtorem & animi &
corporis uiribus æque delectari.Ego autem puto i omni ætate mediocritatem eſſe ſer
uandam: & ita agendum:ut nihil nimis:nihil parum.Intentionem remiſſione cenſeo cō
diendam.At relaxari qui uelit:languidæ cuiuſdam pecudis ſimillimū iudico. Quorſum
hæc:Iampridē nihil ad me ſcribis uel q̄plurimis litteris prouocatus . Nihil eſſe in cauſa
aliud opinor q̄ ſenium.Quare te rogo:ut & tui & muſarum iam incipias reminiſci. Mi
hiq; aliquid reſponde:ne uel ſenectutem in te accuſem uel obliuionem:uel negligentiā.
Vale.ex Mediolano.vi.kalendas decembres.M.cccc.L.

Franciſcus philelfus Aeneæ ſiluio
epiſcopo ſenenſi ſal.

a Cœpi te Senæ declaratum epiſcopum:quod & tibi : & ſenenſibus uæhementer
gratulor.Vtriſq; enim recte conſultum puto:Nam & tu uiues in patria.uiues cū
tuis.uiues tranquille.uiues cum dignitate:& Senenſes eum pontificem ſunt adepti : qui
ſit integerrimus.innocentiſſimus.doctiſſimus.Reliquum eſt:ut quandoquidem libera
le tandem ocium nactus es:ea bona: quæ tibi natura quamafiluentiſſime largita ſunt:&
obſerues:& colas.Vales ingenio.eruditione.eloquentia.Hæc tibi ſunt omnia excitāda.
Curandumq;:ut non tibi ſolum ſed bonis omnibus:nō modo uiuis: atq; præſentibus :
ſed uniuerſæ quoq; poſteritati natus uideare.Videre non nullos conſueuimus:q in pau
pertate frugi & induſtrii extiterunt.At iidem ubi rebus lætioribus uti cœpiſſent:cum di
gnitate & opibus deſidiam etiam admiſerunt & neglīgētiam.Quod etſi de te minime
uerendū arbitror: facit tamen incredibilis amor erga te meus:ut uel currentē adhortari
audeā.Si cum eſſes & epiſcopus tergeſtinus & Regis Romanorum ſecretarius ac idē ſæpiſ
ſime p illo principe orator:tū ad pontificem maximū:tū ad Florētiſſimas orbis terrarum

respublicas ac dominos : semper aliquid egregium lectitabas.dicebas.scribebas . Quid te nunc agere oportet tanta leuatum laborum mole ? Noli obsecro patiare uel punctū aliquod temporis tibi uacuum labatur . Non parum prodesse poteris & tuis & alienis: si tuos grauissimos cogitatus acutissimaque inuenta litterarum monimentis commendabis . pone tibi ante oculos pontificem nostrum Ambrosium . Aureliū Augustinum. Ioannem Chrysostimum . utrunque Gregorium : qui cum ipsi quoque essent episcopi & infinitis fere occupationibus obruti : quot tamen & quanta quamq; salutifera uolumina lucubrarunt ? Quid enim aut magnum Basilium: aut : Eusebium : Hieronymum abbates meminero ? quorum poene infinitis elegantissimisque libris & Italia pollet : & Græcia : Christianique omnes mirifice iuuantur ? Sed longior sum : quam debeo: præsertim tecum pontifice prudentissimo . Vale . Ex Mediolano sexto kalendas Decembres . M . cccc . L .

Francisci philelfi Epistolarum Liber Octauus .

Francıscus philelfus Renato Regi sal.pl . dicit .

Oannes Marius filius cum nuper Mediolanum mei uisendi gratia te disset : cum aduentu suo cupienti & exoptanti mihi uoluptatem maximam attulit : tum eo iucundior fuit : quod se tibi carissimum esse declarauit : & id quidem permultis erga se tuis ac pulcherrimis beneficiis . Quid enim adolescenti ad uirtutem uel nato uel contendenti fortunatius possit contingere: quam eius principis uti consuetudine: apud quem uersari non minus sit honorificum : quam fructuosum ? Vt enim nulla utilitas in bonis censenda est : quæ honestate careat : sic in actiua atque ciuili uita honestum id amplectendum in primis arbitror : quod emolumenti rationem non aspernetur : Nam illud honestum : quod prisci philosophi gloriam sibi dūtaxat proponentes coluerunt : etsi erat amplissimum:tamen quia nullam habebat uim utilitatis admixtam : a ciuili uiuendi cultu : & ab omni reipublicæ administratione reiectum est . Quare cum uideo esse filio apud te meo & honestati simul & utilitati locum : non possum mediusfidius non lætari:cum eius:tum etiam tua causa:cuius laudi uehementer faueo . Ego tibi rex Renate non mediocriter sum affectus:quippe quem audiam iis uirtutibus præditum:quæ maxie sunt in rege humāitate:munificētia:& studio disciplinæ:Nā quanquam femia quædam uirtutis sint nobis natura insita:ea tñ doctrina mirifice coalescunt: & speciosissime efflorescūt.Itaq; laudant a uiris sapiētissimis Cyrus.Alexāder.Cæsar.qd essent doctissime eruditi.Quod si natura quadam oēs incendimur ad sciendi cognitionem:quanto id magis nitere debet in regibus:qui ueluti quædam optimæ naturæ deiq; simulacra habent in terris.At hūanitas cū delectat in oibus:tū in pricipibus & regibus maxime:qui quo excellentiores sunt inter homines:eo magis debent humanitate cæteris antecellere.Itaq; humanitatem tuam:mansuetudinem:facilitatē: cum audio ab omni

bus prædicari:dignus mihi unus existimaris:quẽ nulla hominum facundia:nulla sapientum uirorꝝ ingenia:nulla monimenta litterarum conticescant.Liberalitatẽ aũt: & munificentiam tuã etsi iampridẽ & una:& uiua:& eadẽ omnium uoce atq; laudatione audierã celebrari:eam tamen cũ sum expertus in filio:te huiusmodi esse statuo:cuius uitam & incolumitatẽ debeant sapientes oẽs & eloquentissimi uiri tum uitam sibi:tũ etiam incolumitatẽ opinari.Et facis tu quidẽ recte:qui te benignũ & beneficũ semper uelis.Vix est enĩ alia uirtus ulla:quæ munificẽtiæ præstet in cõciliandis hominum studiis atq; beniuolentia.præterea quid aliud habent boni fastigia principatuũ ac regnorum:quo illorum præsides cæteris hoĩbus uideantur beatiores:nisi ut his dandi & benefaciendi probatis uiris facilior sit facultas: Quanto igitur dandi atq; donandi munere diligentior fueris: tũ eo te magis principatu dignũ ostendis:tum cæteros oĩs aut rapis in amorem tui:aut ad te amandũ facis ardentiores.His ergo tam præclaris regalibusq; uirtutibus cum te ornatum eẽ intelligo Rex Renate:æquiore patior aĩo absentiam dilectissimi filii: præserti cum animaduerto filii utilitatẽ cum tua & utilitate & uoluptate coniunctam esse.Non enĩ is tibi parum ꝓdesse queat ad grææ disciplinæ præceptionem:qua te iure delectari audio ac lætor.Reliquũ est:ut intelligas me totũ esse in filio.Quare quicqd in hunc humanitatis tuæ benignitatisq; contuleris:id oẽ in meipsum abs te collatũ iudicabis. Vale Rex optime.Ex Mediolano.vi.kal.decembres a natali Christiano anno.M.cccc.L.

Franciscus philelfus Thomæ
fregoso Sagonæ præfecto sal.

c Vm Ioannes Marius filius ad te iret:non ei potui nihil litterarũ dare: quibus itelligeres te mihi facturũ rem gratissimam:si meo etiã nomine & libenter & perhumane:ut bonos & eruditos soles:eũ exceperis.Nolim tñ huiusmodi benignitatis officiũ uænale mihi proposuisse uidearis.Quare conuiuia illa mea nisi ex uetere occupatione oio ascripseris iuri tuo:si minus reddidisti meo noie Ioanni ferufino clarissimo iurisconsulto:aut Nicolao cebæ:q̃primum ut reddas:rogo.Vale.ex Mediolano.vi.kal.decẽbres.M.cccc.L.

Franciscus philelfus Baptistæ Schacæ barocio sal.

q Vod rebus meis utaris familiariter:nequaq̃ tibi uitio do:Nã ut græci dicunt:τά τῶν φίλων κοινά. Sed quod ita utaris ut mihi incõmodes:minime laudo. Tu mea oĩa carmina ita habes apud te:ut eorũ mihi nullum esse reliquum exemplũ uelle uidearis.Itaq; quod sũ carminũ opus aggressus:frustra aggressus uidear: si ita mihi te familiarem præstiteris:ut nõ tua tibi solum:sed mea ẽt esse tua uolueris.Quod ne turpiter usu ueniat:facito:mea oĩa carmina ad me q̃primum redeant.Reliquisti enim eorum apud me nihil.Vale.Mediolani ex ædibus nostris.vi.kal.decembres.M.cccc.L.

Franciscus philelfus Mæmo Gazæ episcopo crassetano sal.

g Abriele mirabili:qui tibi has litteras reddidit:utor iã multos annos familiarissime:& sũma est mihi cũ eo amicitia.Is noĩe ducis Sphortiæ it legatus ad Alphõsum Regem legatione libera.Quare cum istac esset iter facturus:non potui nihil ei dare ad te litterarum:ut & te Gabriel:& tu Gabrielem nosses.Vale.Ex Mediolão.iii. kal. decembres.M.cccc.L.

Franciscus philelfus Baptistæ Schacæ barocio sal.

q Vantum uideor intelligere:mauis te Dauum haberi q̃ Oedipoda : qui tamen

uterq; dici possis. Carm̄a inquam mea mihi quāprimū reddito. Quod si meæ litteraꝝ notæ fortasse te delectant: tuis etiā ego cōtentus sim. Quod si neq; mea ad me dederis: nec alia ratione satisfeceris officio tuo: iure mihi uł castigandus: uel aptius monēdus ui deare. Vale. Mediolani. ex ædibus uostris pridie. kal. Decembres. M. cccc. L.

Franciscus philelfus Galeotto Frumento sal.

r Edditæ mihi sunt suauissimæ litteræ tuæ: quas libēter accepi: diligētissimeq; perlegi. Frācisco Aleardo uobili & disertissimo adolescēti hēo grās imortalis: qđ eū amet: cui se nouit esse carissimū. Et Veronā & uniuersam Veronēsem nobilitatē maximi facio: delectorq; eius cōsuetudie plˀ mū. Sūt. n. natura Veronēses tui oēs phūani atq; liberales: & ad bonaꝝ artiū studia ita accōmodati: ut nulli hoīum generi cedāt. Itaq; tibi mi Galeote: quem uideā mei amantissimū: non uerebor pspicuā reddere sententiā ai mei: quāuis mihi ante hanc diē nunq̄ sis cognitus. Facito intelligā summā totius rei: quo certi quod offeratur: ubi intellexero: possim non obscure uolūtati tuæ gratificari: quā & esse: & fore eandē mihi ptinacissime decreui. Nolim me tñ prudētiæ minus: q̄ sapiētiæ laudatum iri. Vale. ex Mediolano pridie kal. Decembres. M. cccc. L.

Franciscus philelfus Andreæ alamanno sal.

q Vo te magis in dies pspicio: eo mihi hūanitas tua igeniiq; fœcūditas dilucidior sit & clarior. Me tuæ pximæ litteræ miꝝ in modū delectarūt: quippe quæ nō minus āoris plenæ summi erga me tui: q̄ disertissimæ uisæ sunt. Illud aūt mihi molestū fuit: qđ hæ puenerit ad me: quo tpis momēto uir integerrius religiosissimusq; sacerdos frater Marianus is qui tibi reddidit hanc epistolā: erat cōtinuo decessurus ad uos. Itaq; nō potui quod uoluissem: ad ea respondere: quæ tū de uirtute: tū de fortuna locutus es. Sed respondebo postea: cum quid ocii nactus fuero: etsi hoc mihi uix unq̄ datur oio. Interim te moneo atq; hortor: ut nihil existimes humanis i rebus uni uirtuti anteponendū. Hæc enim sola uiget. sapit. estq; imortalis. Reliqua oia & uana sunt & fragilia: planeq; caduca: Quod si tecū diligēter aio uolutabis: tibi Salmacis datura sit spolia: non tu illi. Aristotelen de re domestica uæhemēter expecto. Arretinus Ioannes is qui tuas mihi litteras reddidit: renūciabit noie tuo τον ἐρρητινον κάρολον esse amātissimū mei: id qđ summa cū uoluptate audiui. Vale. ex Mediolano iiii Nonas Decembres. M. cccc. L.

Franciscus philelfus Andreæ Alamanno sal.

q Vod nudiusseptimus respondere oio tibi non potui idq; ob nūcii ueslociorem abitionē: respondebo i pñtia minime auare. Idq; si minus fortasse ex sentētia tua at amice tñ: & ut arbitror: uero. primū aūt de me dicam: quod abs te ultimo loco quæsitum ē. Cupis. n. scire quid agam: quæ sit uitæ īstitutio: & in quam phōꝝ sectam deuenerim. Si ad unū hoc respondero: quod de phia scripsisti: & īstitutū meū & actionē uitæ facile cognoscas. Cum multæ sint phōꝝ sectæ: quippe quas alii nouem: alii decē existimarunt: & M. Varro oīum latinoꝝ doctissimus & græcoꝝ iferior nemine quiq; & quadragita numero ē cōplexus: ego illā maxie disciplinā sequor: & secutus sum semp: quam ab Anthistene pfectam āplificauit Zeno: perfecit Chrisippus. Illud dūtaxat in bonis duco: qđ houestum sit. Honestū autem ipsum sua ipsius ui atq; dignitate non populari gloria definio. Vt aūt sentio: ita etiā & loquor: & uiuo. præter hoies ipuros ac flagiosos odi in uita neminem. Eos autem omnis: qui præ se ferunt ulla simulacra uirtutis: diligere obseruareq; cōsueui. Huius aūt uitæ īstitutū cū ad alia plæraq; digna laude: tū ad satyras scribēdas me compulit: quo p uitupationem improborum hominum & laudationem

innocētum præstantissimorumq; uirorū cunctos ad uirtutem capessendam adhortarer: a flagitioq; auerterem. Quæ aūt corpori sunt:aut fortunæ:quam fabulantur:tributa cōmoda tantum uel colenda:uel admittenda censeo:quoad eorum usus uirtuti expediat: Nā neq; uirtutem incultam & squalidam:neq; nitidam nimis & elegātem probo. Qua ductus sententia:quæ mihi natura largita sūt corporis ad probitatem adiumenta: siqua tādē largita sint:ea quantū i me fuerit:ita tutatus sum:ut nihil eorū desyderem: quæ aut ad dignitatem membrorū:aut ad sensuum integritatem attinēt. Quæ uero extra corpus posita uirtutis sunt adminicula:non tā sequi studiose:q̄ ueluti hospitaliter admittere didici:Quo fit:ut qui minima fortuna contentus sim:ea neq; abundē:nec etiā prorsus caream. Quin ea quo magis ab me ueluti negligitur:eo se magis præstat obsequētem:& ita sequitur:ut interdum etiam fugienti pudorem iniciat:Nā oīs actio uitæ meæ instituto respondet. Grandes in me opes:ingentesq; pecuniæ florentissimarum Italiæ ciuitatū & munificentissimorū principum muneribus sunt collatæ. At mihi quotidie est tantundem:ac si nihil unq̄ collatum fuerit. Et cū nihil sit:nihil tamē deest. Ita mecū agitur diuina quadam bēignitate:ut qui prope nihil habeam:uidear oīa quodāmodo possidere. Satis me locupletem semp opulentumq; fore duxi:si consilia & cogitationes oīs ad uirtutem deūq; referrem:Quid enī deesse cuiq̄ potest:qui uirtute comite utatur ad deum? Nulla sane uidetur mihi neq; censenda uirtus neq; noīanda:quæ ad deum tanq̄ ad summū incōmutabileq; bonum non referatur Hanc ego potius q̄ quosdam stoicorū:qui humanam gloriam popularis illius & fucatæ honestatis noīe uenabantur:sententiam sequens:nō quod stultis hominibus:sed qđ sapientibus deoq; probatū iri putem:ita bonum iudico:ut aliud nihil ponam in bonis. Nec inanē gloriam huius mundi:sed ueram illam ac cælestē mihi propono gloriam. Quare qd de me stulti uel sentiant:uel loquantur:non tam negligo:q̄ contemno. Neq; honorem facio pluris q̄ ignominiam:si ab improbis conferatur. Nullius insani minas nec insidias pertimesco. Me in oīs impuros & perditos æque acerrimum hostē præbeo. Bonos aūt:& honestatis studiosos: atq; tui similes unice diligo: & admiror. Et hæc qdem de me. Iam hinc tandem eatur in messem tuam. Ego ex tuis litteris:quas in hanc diē binas ad me dedisti:totū te uidere penitusq; inspicere uisus sum. Tuo sum ingenio non mediocriter delectatus: Nā & fœcundissima probitatis semina:& eloquentiæ uim non mediocrem in te natura inesse aīaduerti. Sed adolescentiæ furor ita in te exæstuat:ut perturbationum ignibus nescio quo pacto minorem te præstes. Id aūt uitio tibi dare non ausim:Non enī me latet rationis usum diē solere afferre atq; firmare. Neq; prudentes nascimur:nec sapientes. Alterum doctrina gignit:alterum longissimi usus temporis & multarū uariarumq; rerum præbet experiētia. Quādiu augescunt sensus:augescunt ēt appetitus:qui uæhemētiore quodā impetu agitati:rationi:quam sequi ducē debent:resistant:atq; aduersent. Quo fit:ut qđ factu optimū sequendūq; dictat ratio:id appetitus deprauatio perinde atq; malum aspernetur:ac nolit. Hinc oīs incontinentiæ manat furor:qui nos præcipites scientis uidentisq; agat in miserrimam ruinam exitii. Quid inquā de te sentiam:quid uelim:intelligis. Video tibi propitiā admodū ac benignā adesse naturam Innata habes plætaq; oīa ad uirtutē adiumenta. Dexteritate ingenii uales plurimū. Sed hæc ipsa uel īnata item aliqua uis perturbationū:uel deprauata quædā consuetudo:nescio quonā pacto:quātum uideor quidē ex tuis litteris consequi:non parum impedit. Fateris quod honestum sit: id esse ita bonum:ut aliud prope nihil existimandum in bonis ducas. Deinde subdis te ita uiuere: ut

ea sola admireris:quæ plæriq; mortales cum se illa maxime tenere arbitrantur:præcipue
in bonis admittunt:ac numerant:ii scilicet uel corporis uoluptate uel emolumento bo
num definientes:quasi uirtutis nomen & mane sit:& caducum:& aliud nihil humano
generi allaturũ præter laborẽ atq; ægritudinem:Hæc enim sñia e tuis uerbis quibus i epi
stola usus es:facile colligit̃.Eoq; tandẽ omnis tua:quasi ad optimũ quẽdá rerum oium
finem tendit oratio:ut tibi uoluptatẽ in primis ꝑposuisse uidearis.Hanc ego ab huma
na felicitate nequaq̃ oino reiicio:sed ita in ea censeo inesse:ut felicitatẽ ueluti cõdiat: nõ
efficiat:Ná de felicitate nõ idem senserunt oẽs.Sed hanc alii natura effici putauerunt: ut
& magni & parui natura efficimur atq; alio alii colore.Alii disciplina id cõtingere posse
argumentátur:esse.n.scientiá quandá felicitatis:Nam scire felicitatẽ idem opinant̃ atq; fe
licẽ esse:ut scire eloquentiá oratorem esse ostendunt.Alii exercitationi cuiusá felicitatem
dediderunt.permulta enim sunt:quæ neq; natura in uobis insunt:neq; doctrina cõpará
tur:sed exercitatione quadá cõsuetudineq; assequimur.Nec me latet quosdá existimasse
felices hoíes reddi diuino quodá afflatu:qualis dictos legimus & ΝΥΜΦΟΛΗΠΤΟΥΣ
& ΘΕΟΛΗΠΤΟΥΣ:eos qui ab deo essent nymphaq; correpti:Ex quoꝝ nũero fuisse tra
dunt Tiresian.Amphiaraũ.Calchánta.Lycurgũ.Numá põpiliũ.oisq; sibyllas. plæriq; etiá
& fuerũt & sunt:qui uim omnem fecilicitatis fortuna definiant.Nec differre quicq̃ inter
se uolunt fortunatum atq; felicem hominẽ.Naturá ualere plurimũ ad felicitatẽ non sum
nescius:q̃doquidẽ etiá ad uirtutẽ:qua sine felix esse nemo põt:uim habet nõ mediocrẽ.
Sed ut omnino boni nõ nascimur:ita etiá nec felices.perpulchrũ est uirtutẽ discere : sed
lõge pulchrius lõgeq; præstátius rear uti uirtute:Nõ.n.qui eũ didicerit:cõtinuo sit uir bo
nus:nisi usus quidá assiduus exercitatioq; accesserit.Nec ociosam uirtutẽ ꝓbem:nec dor
mitátẽ felicitatẽ:sed uigilátem potius & aliquid semper magnũ præclarũq; agẽtem : Ná
quopacto illum felicem arbitremur:qui neq; intelligat:nec agat quicq̃ humano dignũ i
genio.'Diuinũ aũt spiritũ qui suscipiũt:siqui tádem eũ suscipiát:nõ illos sua:sed diuia fe
licitate diuinos iudico.Secũda fortuna quæ dicit̃:qui:felicitatẽ censent cõtineri:si idẽ for
tuná dicũt:quod numeris suis oibus cumulatá pfectáq; prudẽtiá:Hi uirtutẽ maxime lau
dant.At in his infirmis fragilibusq; rebus quæ omni mutabilitati tempoꝝ sunt subiectæ
summá fortuná ponere:nihil est:quod accedat ad stulticiá ꝓpius.Momentaneas autem
res huiusmodi planeq; caducas ita ostendis ꝓbari tibi:ut aliud nihil iucũdius putes . Et
erras tu quidẽ plurimũ:si ita sentis:ut loqueris.Qui de felicitate sunt exquisitius diligen
tiusq; locuti:eá tribus in rebus positá crediderunt:Ná alii prudẽtiam summũ bonũ esse
dixerunt:eandẽ hi quidẽ prudẽtiá appellantes:quá sapientiá:quæ tota in ueri inuestiga
tiõe cognitioneq; cõsistit.Alii uirtute actiua cõstare felicitatem:alii uoluptate putauerũt
primũ illud felicitatis genus totũ est animi:qui dum ueritatem contẽplatur & deũ:reli
qua omnia pro nihilo ducens seipso contentus est:nullius rei indigens planeq; beatus .
Qui actionis morũq; uirtutem adamarunt:se hoíes esse meminerunt.Itaq; nõ animi so
lum:sed corporis quoq; habendá esse ratiõẽ suadent.Voluptatem duplicẽ esse scimus
alteram animi:alteram corporis.Cyrenaicus Aristipus uoluptate corporis summũ bo
num constare existimauit:qua ipsa in re utranq; uoluptatem secutus est epicurus:qui q̃
uis improbetur a multis:uideo tamen ab illo eam uoluptatem maxime omnium lauda
ri:quæ sit animi :q̃ sapientiam uirtutemq; consequatur.Et quæ alia felicitas nostra nobis
Christianis futura est:cum deum coram præsentemq; uidere contemplariq; licebit:non
ne immensum quoddam & infinitum gaudium. Id autem omne gaudium non ne uel

iucundius fiat uel cumulatius:cum animo corpus fuerit restitutũ:cũ hoíes omni ex parte puri defæcatiq; reuiuiscent. Nec.n.aspernatur deus honestas corporis uoluptates:qui cum gustasset:noluit bibere. Qui corporis suiq; oblitus solam animi uoluptaté sequit̃: is habet cõmune quidã cũ pythagora & Socrate:quoꝝ alterum í cõtemplatiõe superioris:alteꝝ in actiõe inferioris uitæ maxima cũ uoluptate uersatum accepimus:q̃q̃ quomodo corporis obliuisci queat non intelligo:qui uel seipsum nosse:uel aliquid recte agere ístituerit. Qui uero ita expetẽdam putat corporis uoluptatem:ut nihil habeat cũ uirtute cõiunctum:nihil cũ sapientia:is mihi nõ multũ a lãguida quapiã & inerti pecude uidetur differre. Sed qui ita sese parat:ut & animi perq̃ diligẽtissime persequat̃: & corporis item rectam uoluptaté nõ aspernet̃: Hunc eo maiore laude dignum puto:quo illustrius est totũ curare hoíem q̃ alterã hoís partem:si quidem neq; solus aĩus homo ẽ:nec corpus solum:sed qđ certo cõstet & aĩo & corpore. Quo quidẽ meo plyxiore sermõe satis superq; mi Andrea uideris admõitus:qd ego in epistola tua desyderarim. Vidi abs te disertissime uim naturãq; honestatis laudari:cuius etiam te studiosum facillime declarasti.deinde í illam cõmodorum uoluptatisq; rationé nescio quam ita delapsus es:ut uirtutem oẽm quasi cõtemnẽdam:despiciendã: & nihil omnino faciẽdam assereres. Quæ quanq̃ te simulatiõe quadã potius scripsisse reor:quo me ad respõdendũ ueluti puocares:uolui tamẽ senex & philelfus:ut tu adolescẽs & alamãnus ex me quoq; intelligeres:quæ tibi nõ esse ignota crediderim:omniũ primũ esse a te studẽdũ sic artibus animi: ut nullius omnino partis aut ignarus sis:aut negligens:deinde corporis eã habẽdam curã:q̃ animi naturæ dignitatiq; respondeat. Quod si feceris sicuti certe facies:nõ difficile futurũ existimo:ut totius hominis tuaq; uoluptate q̃suauissime pfruaris. Vale. Ex Mediolano.vi.idus Decembres.M.cccc L.

Frãciscus phile.fus Sphortiæ secũdo sal.

p Eto abs te in maioré modũ:ut qđ & mihi corã recepisti:& ex pximis meis litteris audire potuisti:id apud patré tuũ præstantissimũ & munificentissimũ pricipé q̃primũ & q̃optime cõficias. Hac mihi re neq; gratius quicq̃: neq; magis necessariũ pstare potes. Vale. Ex Mediolão pridie idus Decẽbres.M.cccc.L.

Franciscus philelfus Sphortiæ secũdo sal.

p Etii abs te pximis litteris secũdũ:qđ etiã nũc tertiũ & peto & te quoq; si pateris rogo:ut rem meã apud principé nostrũ munificentissimũ patrem tuũ ubi minus confeceris:ita cõficias:ut mihi abiens corã recepisti. In hũc diem neq; tu respondisti quicq̃:nec ex alio sum certior factus:qd egeris aut non egeris. Itaq; aut responde q̃primum: aut equũ mitte:quo uehar ad uos: Nam si ad uos uenero:facile futuꝝ suspicor:ne uacuus Mediolanũ repetã:præsertim cũ iam instet natalis Christianus:q pricipes solet ad beneficẽtiã exhortari.. Vale. Ex Mediolano.xv.kal.ianuarias.M.cccc.L.

Franciscus philelfus sal.di.pl. Facino sorobronũoano.

u Ideo te nimis lautum factum:qui nihil respondeas ne amicis quidem. Deus malefaciat istis nummis:quibus ita superbus redderis:ut nos scilicet minores contemnas præ te. Quod si scires:tibi rem esse cum satyro:non modo non taceres:sed esses loquacitate ipsa loquacior. Si mihi equus esset:aduolarem ad uos q̃primũ:ut quod uos amió negligitis:ego præsens uel efficerem:uel conficerem. Vale. Ex. Mediolano.xv.kal. ianuarias.M.cccc.L.

Franciscus philelfus sal.di.pl. Nicodemo tranchedino.

q Vod & princeps noster Franciscus Sphortia tibi abeunti iusserat: & ipse uerbis pluribus abs te petii:si minus in hanc diem conficere potuisti:ut conficias tandẽ cupio.Hac enim una re neq; gratius mihi quicq̃ præstare queas nec etiam iucũdius . Atq́ beneficium illud quis nou libenter conferat:quod is in quem conferamus : maxime sit facturus:& eo tamen usurus nou sit:Sic n.tum sumus liberales:tũ ex huiusmodi nostra liberalitate neq; molestiæ neq; incõmodi quicq̃ accipimus.Tenes:quid uelim. Vale. Ex Mediolano.xv.kal.ianuarias:M.cccc.L.

Franciscus philelfus Fazino forobrouũciano sal.

s I commode fieri abs te potest:huc hodie uenias:peto.Sum.n.tecũ quædã commentaturus.Quare uelim ne differras.Neq; cõmitas:ut te potius excusandũ cun ctatiõis q̃ laudandũ pperationis ostendas.Vale.Mediolani.ex ædibus nostris kal. ianuariis anno a natali Christiano.M.cccc.li.

Franciscusphilelfus sal.di.pl.Ioãni Mario filio.

p Osteaq̃ a uobis abuisti:de te nihil accepimus.Itaq; nõ possumus nõ uereri: neq̃d tibi quod nolimus:acciderit.Nam hospes ille ad quẽ diuerteras nocte:cuius pximo die hinc pfectus es:Mediolanũ modo ueniens renunciauit te cũ es apud se hospitatus:uisum esse e stomacho laborare:& de caupone questũ:apud quẽ prandisses.Quare uelim:me facias de te tuisq; cõsiliis q̃primũ certiorẽ:Nã si uales:quid istic tẽpus inaniter teras:nescio.Sin minus uales:dãda est opa:ne tua negligẽtia sis peiore cõdiciõe.Vale Ex Mediolano.v.idus ianuarias.M.cccc.li.

Frãciscus philelfus Andreæ alamãno sal.

c Vm nihil in hanc diẽ te uideo meis ad te litteris respondisse:facile adducor : ut credam te την ηδονην ἐν μρωτοισ ἄσμα ζεσθαι:quam ipse quãti faciundam putem:potuisti ex proxima lõgiore illa epistola uon difficile nosse.Ignosco ãt tibi q̃ppe qui mõ uxorẽ duxeris:cui obsequi te τον νεόγαμον:nõ oio absurdũ ẽ :modo mediocriter oĩa.Vale.Ex Medioiauo.iiii.idus ianuarias.M.cccc.li.

Franciscus philelfus Laurentio Gyni filio sal.

n On possum officiũ tuũ nõ accusare:q̃d tãdiu silentiũ egeris:Nec.n.mei oblitus esse debes:quẽ mirifice diligere cõsuesti.Nec etiã pythagoreus factus es tam repẽte:qui elocutiõis studio maxime oium inseruire didiceris.Nec te superbũ factũ esse puto:qui humanitate & mãsuetudine nemini cedas.Itaq; nisi te iure accusatũ malis:facito ppediẽ intelligã:quid in causa fuerit:ut tanto silẽtio te dedideris.Vale.Ex.Mediolano idibus ianuariis.M.cccc.li.

Franciscus philelfus Augustino dato sal.

n Vlla ratione adduci possum:quin credam te mei esse amantissimũ:a quo sis pulcherrime institutus.Sed nõ possum nõ mirari:quod nihil litteris obstrepas : qui quotidie cũ apud uos agerem:me pulcherrimis tuis suauissimisq; epistolis ueluti lacesseres.Nũc uero totus es mutus:qui quo es factus lingua solutiore:eo te loquaciorẽ esse oportuit.Vale.Ex Mediolano idibus ianuariis. M.cccc.li.

Frãciscus philelfus sal.di.pl.Francisco patricio.

q Vam de te philelfus sit bene meritus:eloquẽtiæ & eruditiõis nomen:q̃d es per omnẽ Italiã nõ mediocre neq; obscurũ adeptus:facile declarat . Quo fit:ut non nescius esse debeas:q̃ te gratũ esse oporteat.Quod.n.maius in quenq̃ beneficium cõferri potest:q̃ disciplinæ & eloquentiæ:quibus rebus non modo cæteris omnibus animan

tibus:sed ipsis quoq; præstamus hominibus:qui nihil supra hominem sapiunt. Desyde-ro igitur officium tuũ his in rebus:quibus a nobis uel institutus es uel confirmatus: ni tacendi fortasse quam loquendi artem pferri malis. Vale. Ex Mediolano.idibus ianua rus.M.cccc.li.

Fráciscus philelfus sal.di.pl.Ioãni Simonetæ.

n Vnquã me de te mea fefellit opinio:qui non minus me diligas:q ab me amari te intellexeris. Amor autem erga te meus quantus sit:non te minus q opinione co gnosces. Emori malim q iure igratus iudicari. Bñficio affecti qui sese ingratitudinis accu sari noluerunt:alii aurũ & argentũ:alii margaritas & gẽmas:alii aliud fortunæ bonũ qd dicitur retribuere consueuerunt. Ego aũt beneficos dici quantũ & humanum & meum præstare potest ingeniũ:ex hominibus deos reddere & ea immortalitate donare:quam laudis gloriæq; æternitas afferre solet. Quid de me tibi sperandũ sit:liquido potes aiad uertere. Tuũ aũt munus est:ut quod propediem fore significasti:id ita fiat:ut non i illud uetus ac Virgilii puerbiũ incurisse uideat. Tarde uenere subulci. Nihil ẽ.n.necessitate po tentius. Vale. Ex Mediolano.x.kal.Februarias.M.cccc.li.

Franciscus philelfus Mario filio sal.

c Vm præsbyter iste florentinus qui has tibi litteras reddidit:esset Finatium tedi turus:petiit siqd esset:quod scribere ad te uellem:id fidei suæ diligentiæq; crede rem. Itaq; ex eo audies mentẽ meã de rebus tuis eandem scilicet:quam ex proximis litte ris:quas redditas tibi arbitror:accipere potuisti. Franciscus ille Alexandrinus eruditissi mus medicus improbat uehementer cũctationem tuam nõ solum istic:sed etiam Mal Eliæ. Hortaturq;:ut Renatũ Regem:qui te plurimũ diligit:assidue sequaris:sic.n.& digni tatem simul & rem te non mediocriter assecuturum: Quod ut facias:non solũ pbo: sed etiam iubeo. Mariam nurũ & neptem Ioannam bene ualere opto. Vale. Ex Mediolano vii.kal.Februarias.M.cccc.li.

Franciscus philelfus Sphortiæ secundo sal.pl.di.

a Vdio Matthiam tuũ uel nostrum potius ex patria reuertisse Quod cũ & eius & tua etiam causa:qui hominem uehementer diligis:tũ item mea nõ possum plu rimũ lætari:quippe qui nequaq dubitẽ istũ secum attulisse Strabonem: quem disertissi mus Blondus Flauius egoq; tam sæpe ac multũ non petiuimus ab eo solũ: sed summo studio petiuimus.orauimus.obsecrauimus. Nec.n.adduci possum:ut credam Strabonẽ esse Triuii coniectũ i sempiternas tenebras: Nã noui humanitatẽ liberalitatẽq; Matthiæ. Itaq; rogo te:isti nuncies uerbis meis iucundũ esse mihi reditũ suũ ad te. Verũ multo fo re iucũdiorẽ:si Strabonẽ ad philelfum suũ:q primũ dederit. De re pecuniaria heri scripsi ad principẽ. Antonius hic longus longã mihi spem dat:quã ego qd ad nostrũ Gasparẽ eruditissimũ medicũ scripsi:precio emere nullo pacto institui. Vale. spes mea. Ex Medio lano pridie kal.Februarias.M.cccc.li.

Franciscus philelfus sal.di.pl.Láceloto Cardinali leucofiæ.

c Vm te libertati tuæ ac pristinæ dignitati restitutũ accepissem:uix dici queat: qta sum lætitia gaudioq; affectus. Non.n.potuerã non dolere te talẽ tantũq; põtifi cem coniectũ in carcerem:q bonoꝶ oium innocentiũq; uiroꝶ & perfugiũ esses & por tus. Itaq; tibi amplissimo patri maiorẽ in modũ gratulor. mihi aũt lætor plurimũ: quod dolorem quem ex indigna tua captiuitate acerbissimũ conceperam audita nuper istius modi liberatio tua in maximam mihi uoluptatem uertit. Vale. Ex Mediolano kal.Fe

bruariis.M.cccc.li.

Fräciscus philelfus Blasio axeretensi equiti aurato sal.

i Am uer est in limine. Itaq; a te peto: ut quas hyeme plantas illas ficulneas ad me dare ueluti peritior agricola noluisti: nunc tandē dare icipias: Nisi fortasse quod nolim: moleste feras res ullas bonas fore tibi cōmunes cum aliis: Nam si pluribus rogari te cupias: nō possum non uereri: ne uel inuidiæ: uel obstrectatiōis sis accusandus: quas qdē perturbatiōes indignas arbitror magnitudine animi tui. Cupio itē plantas prunorum damascenorum. Vale. Ex Mediolano. iiii. nonas Februarias. M.cccc.li.

Fräciscus philelfus Karolo regi fräcorum sal. di. pl.

c Vm tuas ego res bellicas diu mecū rex Karole multūq; cogitaui: unus profecto uisus es quem uniuersa christiana respublica tantis ac tam diuturnis fluctibus agitata concupitæ exoptateq; quietis atq; trāquillitatis auctorem sit tandem habitura: Nā si uerū sine cuiusq̄ iuidia fateri licet: posteaq̄ impia & imanis illa sceleratissima mahometi secta inualuit: nullū est usq̄ hominū genus: cui plus debeat christiana religio q̄ inuictæ francorum nobilissimæq; uirtuti. Cum reliqui. n. fere oēs & reges & populi christiani ignauo quodam animi corpore tanq̄ elāguissent soli franci inuicti sunt: qui ingenti aio & excelso omnē barbarorum & infideliū impetū non modo sustinuerint: sed represserint. qd inq̄ represserint? imo fuderint. fugarint. oppresserint: Nā italiæ uires q̄q̄ & ualidæ sunt & maximæ: tū quia nescio quo ifelici fato itestinis seditiōibus inimicitiisq; laborare didicere: neq; potuerūt oino nec item possunt ostendere: q̄tū ui prudentiæ & animi robore uigent: florent: atq; antecellunt. Soli franci: Soli francorum principes ac reges i omni christianorum numero ausi sunt christianæ utilitati semper & dignitati consulere. Itaq; maiorē in modū dolendū erat: tantū inualuisse uim demonū: ut quæ una gens esset in nomine christiano: quæ ad pietatē & gloriā nata uideretur: ea tandiu domesticis cladibus exerceret. Sed sinit interdum deus eos urgeri aduersis rebus: quos habet cariores: idq; ut arbitror: non tam quo experiatur fidē & constātiā hominū: q̄ multo prius norit: q̄ futura sit: sed quo iis detur ueluti pmerendi materia cumulatior: & illustrior. Quare cū Thobias. cū Iob. cum rex tollerantissimus ille Dauid tātas ac tā intolerabilis ærumnas perpessi sunt: quo se aduersus deū gessere submissioris: eo magis illos & ope sua: & suis secūdis rebus deus dignatus est. Sic. n. deus tum maxime pdest: cū maxime uidetur affligere: tū per huiusmodi calamitates atq; cruciatus resipiscēdi cæteris exemplū afferri solet. Dolendum pfecto erat bonis omnibus Rex Karole: quod christianissimū genus hominū te rege piētissimo tandiu: tam grauiter: tanta malorū mole premeretur. At ego cū meipsum colligo: & mente diligentius rem uoluto: facile uideor itelligere id omne diuino quodā consilio factus esse. Ostendere deus uoluit: ut opinor: nullā esse humanā potentiam: quæ ppriis consiliis atq; adminiculis aut ppetua esse possit: aut diuturna: si diuio præsidio careat. Quāobrē icirco paululū ueluti a frācis secedere uisus est: quo & p fidelissimi populi flagella ifidelibus cunctis minitaret interitū: & cū te francis uenerabiliorē: tum uniuersis tuis suisq; hostibus formidabiliorē efficeret. Tua certe pietate: sed diuina quadā ope & auxilio factū ē: ut eos oīs: q̄ perīde atq; stulti & amentes a te defecerāt: ad sanitatē tua cū gloria uideas redisse. Deo ipso duce. iperatore. uexillifero nō modo patritū atq; auitū regnum cum immortalitatis nomine recuperasti sed lōge id admodū amplificasti: stabilisti: ornasti: Na si magna res est ferocissimos anglorum impetus sustinere: quanto maior censeri debet anglos superare: prosternere: interimere. Has autem talis tantasq; uicto

rias in rebus præsertim desperatis & perditis existimare debes neq; tuis: nec u'lis humanis opibus te adeptum: sed diuia potius quadam mente: quæ christianæ fuæq; reipublicæ diuturna egrotatione morboq; confectæ tuo felicissimo ductu. tuis fecundissimis auspiciis iantádem succurrere mederiq; constituit. Quare te rex Karole etiam atq; etiá rogo: & oro: ut quáq̃ neq; mei: neq; cuiusq̃ consilii: nullius admonitionis: nullius cohortationis indigeas: pacatis iam & compositis rebus tuis mentem atq; aíum tuũ omnem ita excites atq; armes in pestiferos & impios hostes Christi: ut tanto tamq; sempiterno beneficio ornatus non gratitudinis minus lauderis: q̃ ceterarũ uirtutum omniũ consuesti.

Duo sunt infidelium genera quæ populum christianum maximis detrimentis ærumnisq; affecerunt quotidieq; afficiunt turci & sarrhaceni: quorum alteri parua seruorum manu ægypto: Syria: iudea tribus opulentissimis prouinciis per nostram negligentiam occupatis Cyprum: Rhodum ac reliquas finitimas insulas in dies magis magisq; populantur. Turci uero nulla sua: sed christianorum pecunia conducto peregrino milite & eo quidem nou admodũ multo id sunt bellandi assiduitate assecuti: ut qui fugitiui scytharum serui ex horrentibus illis cautibus uasti Caucasi in persida sese ac mediam mendici & famelici recepissent: nunc nemine: ut ita dixerim: repugnante intra sinum hadriaticum nou ita longe ab italia consederint: quin se uelint: ad paucas horas eo sint traiecturi. Hos aũt qui sunt quasi quædam sarrhacenorum propugnacula & si iampridem christiana uirtus non difficile superare subiugareq; potuerat: tamen cum uel imparatius iu eos uel imprudentius itur: fit ut & prudentes illi & parati existimẽtur. Hac una re factum est: ut & rex Sigismondus annos natus quattuor & uiginti incautius hostem non omnino incallidũ aggressus fugæ turpissimæ terga dederit: & Vladislaus rex admodum adolescens cũ annis superioribus suum maluisset q̃ Ioannis uaiuodæ peritissimi ducis qui iam bis & iterum turcos ingenti clade perculerat: consilium sequi: cum non mediocri christiani exercitus detrimento interierit: & anno proximo idem Ioánes uaiuoda qui antea sæpenumero trophæa de turcis pulcherrima statuisset: cum eosdem hostes adortus fortissime: iam plane uertisset in fugam: coactus fuerit per suorum militum inconstantiam Cetarumq; perfidiam non sine magno christianorum uulnere ab eo bello discedere. Ita fit: ut uel imperatorum inscitia: uel timiditate militum: uel dissolutiore quodam hostium contemptu: quos uinci iampridem & uænire sub hasta aut mactari oportuisset: uictores ipsi insolentesq; uideantur. Eoq; ab iis audaciæ itum est: ut ceteris fere omnibus christianis p nihilo habitis solos sibi metuendos ducant & francos & italos: quos alteros sæpe mari: alteros uero quandoq; terra nõ sine sua maxima pernicie pugnantis experti sint. Sed quoniã non ignorant uires italicas hoc tempore ut antea sæpe mutuis inter se odiis ac bellis digladiari: soli ipsi franci sunt reliqui: quos formident: quippe quos audiant post tam multas præclarasq; uictorias: quas de anglis germanisq; sunt adepti: quẽ æque inter christianos timeant: hostẽ habere neminẽ. Vnde cum sciant uirtutem francorũ otiosam natura esse non posse: & eosdẽ præterea iustas habere causas ulciscendi: summũ inde in sese malum breui putant emanaturũ p̃sertim eodẽ uno te rege fortissimo & belli duce fortissimo: & prudentissimo castrorũ imperatore: & uiro plãe optimo & hoibus simul deoque carissimo. Quæ cum ita sint: reliqua tria esse animaduerto quæ ostendam: primum quod adeo id bellum necessariũ est: ut nullo pacto prætermitti queat: alterũ uero qđ ea res factu est admodũ facilis: si ratione & consilio gubernetur. Extremum autem

erit:ut probem:q̃ ingentem utilitatẽ hoc idem bellũ sua sit uictoria tibi christianisq; al
laturum. Quid enim in hoĩum uita magis necessariũ censeri debet:q̃ aut id maxime om
nium sequi:quod honestũ sit:aut id oi ope atq; opera aspernari:quod afferat secum ul
lã turpitudinis foeditatem. Non enim ad cybum ac potum:nõ ad prurientem corporis
uoluptatem:quæ ipsa nobis cum pecudibus sunt communia:sed ad decus dignitatemq;
nati sumus. Iccirco nobis mens data est immortalis ac diuina : ut ĩmortalitati seruientes
dei simus q̃ simillimi. Et quopacto propius ad deum accedimus q̃ per beneficentiam &
iusticiam? Tunc Deum maxime imitamur:cum aliis benefacimus:cum iusti sumus. Qui
bus rebus eo est magis a nobis studendũm:quod nõ solum gloriam huius mundi:quæ
q̃tacunq; est:tota est breuis planeq; ianis:sed multo magis cælestem illam atq; sempiter
nam assequimur. Nec ille mihi iustus uideri solet:qui noceat nemini:id quod etiam cũ
plærisq; aliis animantibus est nobis commune:sed qui uel prosit:cum potest: uł propul
set iniuriam. Non eni solis nobis natura nos genuit:sed his omnibus:quos intelligẽtiæ
uis rationisq; uirtus immortali quadam forma insigniuit: Atqui ut is abhorret a dignita
te naturæ qui iniustus sit:qui nihil opis:nihil adiumenti conferat i humanum genus: ita
hic admodum præ se fert naturæ bonitatem:qui ad commune hominum salutem atq;
ornamentum sese natum meminerit. Quod si honestum est ob cõmunis hominum uti
litates nullos labores:nulla pericula fugere:quãto honestius & præclarius duci cõuenit
id facere non propter homines solum:sed propter deũ propter saluatorem nostrũ. pro
pter Christum optimum:maximum? Qui nullo a nobis officio ꝓuocatus ultro se no
stra causa morti dedidit. Dum sarrhaceni:dum turci christianis nocent per omnem iniu
riæ contumeliam:cui demum nocent? Non immortali deo? Non humani generis salua
tori? Non christo ipsi domino & redemptori nostro? Et quibus iniuriis:quibus contu
meliis nocet nefaria illa immanisq; barbaria? quibus certe nihil crudelius. nihil durius. ni
hil spurcius. nihil abominabilius uel dici uel excogitari possit. Hominibus & christianis
& sacerdotibus non pro calonibus & lyxis duntaxat:sed pro iumentis etiã utuntur. His
uehunt. his arant. his fodiunt. his abiectissima exercent omnia erubescendaq; ministeria.
Quod siqui se homines & christianos reminiscentes minus æquo animo ĩdignitatem
tulerint:continuo torquentur per extremos corporis cruciatus:decoriantur:uerubus suf
figuntur:secantur:rota insuuntur per acerbissimas membrorum omnium fractiones Oh
miseram. Oh infelicem conditionem christianæ religionis? Hæc christiani principes au
diunt? hæc sciunt? hæc sentiunt. hæc miti animo fieri patiũtur? Nam quid ego dicam de
spurcissima & teterrima execrabilis intemperantiæ foeditate: quã siquis animo generosi
or perpeti noluerit: aut defoditur : aut exciditur. Non his omnibus iniuriis ac probris
Christus afficiť:quandoquidem ob eius nomen christianis inferuntur? Num decet chri
stianissimum regem pati nomẽ christianum tam tetro:tam horribili:tam detestabili de
testabili dedecore scelerari? Num Lodouicus ille Rex sanctissimus qui primus regũ om
nium christianissimus dictus est:pateretur si uiueret:tã turpem contumeliæ notam inuri
christianæ dignitati:qui primum ut staret conuentis:ut iusiurandum seruaret:ut illud q̃d
honestum dicimus tueretur:exhausit thesauros suos omnis:& quam anno superiore ce
perat cũ ingenti præda:Damiatam hoc enim nomine canopũ appellant:restituit sarrha
cenis:deinde comparato rursus ex uniuersa gallia italiaq; & sicilia exercitu ob eãdẽ uim

honestatis in africam traiecit eo consilio : ea mente:ut non modo acceptam in ægypto calamitatem ulcisceretur: sed omnem impurissimi mahometi superstitionem tolleret e terra uiuentium:id quod facile effecisset:nisi pestilentiæ ui correptus apud tyneta quam obsederat:una cum filio Lodouico Albaniq; cardinali ac infinito poene christianorũ numero ex hac luce migrasset. Hac etiam ratione Karolus ille gentilis tuus & rebus gestis & cognomento magnus imitatus Karolum martellum auum:qui sarrhacenos ad trecẽta millia & amplius interemerat:ubi post captiuitatẽ desyderii ultimi longobardorum regis italicas res ois composuisset:& ab Leone summo pontifice id quod antea constituerat Hadrianus insignibus imperii romani esset ornatus:cũ primum in ulteriorem galliam reuertisset : uon tam contẽtus præsenti laude:quin maiorem quãdam & clariorem animo meditatus robustis firmissimisq; copiis Hispaniam petit.Ea enim per id temporis sceleratis perditi mahometi sectatoribus seruiebat. Tota erat i tetro sarrhacenorum & flagitiosissimo domiatu.Diuturnum fuit periculosissimumq; bellum. Multæ pugnæ. multæ utrinq; clades.euentus uarii.Sed tandẽ effectum est diuina benignitate:ut prudẽtia & perseuerantia imperatoris exercitusq; uirtute iidem impii hostes Christi æque fuerint extrema calamitate pressi:ut eiusdem perfidiæ socii ad asperum montem afri ab eodem Karolo deleti sunt.Nonne eadẽ fuit honestatis causa Lodouico pio huius Karoli magni filio:dum tãto cum labore atq; periculo liberauit urbem Romam durissimo sarrhacenorum iugo:qui sultani ægyptiorum ductu per nefariam quorũdam Romanorũ coniurationem in italiam fuerant accersiti:Nam quod aliud desyderium fuisse credimus frãcis illis reliquisq; gallis:qui duce Gotthfredo ubi in asiam peruenissent: sarrhacenos apud damascum pugna superarunt:apud antiochiam persas.& turcos contriuerunt:Mesopotaniam oẽm recuperarunt:ac rursus sarrhacenis in syria ad internitionem usq; profligatis marrhaq; ac barcha populosissimis munitissimisq; urbibus expugnatis sanctam ciuitatem uniuersamq; palestinã quod Henerico tertio imperante fecerat itẽ Bohamundus: erubescenda infidelium seruitute liberarunt possederuntq; mirabili cum christiani nominis incremento annos octo & octoginta ad Saladini usq; tempestatem : qui uon tam aut sua aut turcorum quorum Amyras postea factus est uel prudentia:uel uirtute q̃ nostrorum inscitia atq; ignauia Guidonẽ & ipsum francum hierosolymorum regem inquo prælio cepit:& reliquis christianis ad internitium actis Remãdũ quoq; optimum & fortissimum uirum ac rerum bellicarum peritissimum uiuum ad se perductum ira excandescens gladio confossum occidit:& ita quod sine lachrymis meminisse non possũ: terram sanctam Christiq; domiciliũ spurcissimi mahometi ganeo dicauit.& fuit is unus Saladinus:qui tantam pestem:tantã perniciem:tantum deniq; exitium ac poene interitũ christianæ reipublicæ itulit:Et ille quidẽ Saladinus fuit:qui & turcus & ottomanus hac tanta & christianis tam infelici uictoria elatus tantum sibi nomẽ & dignitatem peperit: ut & unus omnium primus ex ottomana familia incredibili turcorum omnium consensu rex:quem illi Amyram uocant:creatus fuerit:& ita in animos illorum barbarorum influxerit:ut alium sui generis Amyram q̃ ottomanum quempiam:in hanc diem patiant nemiñẽ.Ex ea uero tẽpestate ubi sanctam ciuitatem oẽmq; iudæam christiani tãta clade amisissent:& Alexius comnenus imperator constantinopolitanus latrocinãdi turcis uberem iustamq; materiam pstitisset:idemq; reliqui deinceps eiusmodi nõ nulli ĩpatores studuissent:ita p nostrorum scordiã & inertiã res turcorũ mirabili incremento auctæ ãplificatæq; sunt:ut non tam de recuperandis hierosolymis sperandũ esse uideatur q̃ formi-

dandum de amittenda Roma. Videmus uniuersam fere asiam a phoenicibus & Medis
ad Hellespontum usq; turcorum tyrannidi parere:In Europam uero ubi iam anno circi
ter centesimo hellesponto superato accersiti sunt a Theodoro cantacuzeno aduersus ge
nerum suum quē & socer & tutor constantinopolitano iperio antea fraudasset:Ioannē
palæologum admodū adolescentem:dum simulant fallacissimi latrones auxilium se la
turos illi deliro seni:Callipolin & Cheronesum primo deinde totā prope thraciam oc
cupant.Mysos:Macedonas:Thessalos oīs:Boetios:uniuersam græciam:ætolos:Epyro
tas:Illyricos:ad intimam usq; dalmatiam omnia premunt teterrima seruitute. Insulæ poe
ne oēs quæ a sinu hadriatico ad mare ponticū iacent:uastatæ iā plane & desolatæ sunt:
& non modo nō quiescūt:aut ulla ex parte remittunt efferatæ belluæ:sed quotidie ma
gis atq; magis ut sunt & prædæ & cædis audi nunc Getas q trans Istrum incolunt:nūc
in accolas germanos & hungaros impetū faciunt.Idq; assecuti iam sunt assiduitate latro
cinandi:ut reliquis fere omnibus post terga superatis christianis:hinc italiæ.illinc germa
niæ regno tuo finitime terrori esse iam incipiant.Dum eni nostri aut illos contemnunt:
aut negligunt:in hanc rerum calamitatem ac dedecus non tam incidimus:q̄ deuenimus.
Itaq; satis perspicue ītelligi puto:q̄ honestum sit aduersus eos bellum suscipere : quibus
seruire non minus turpe & foedum sit:q̄ ærumnosum & miserum.Quare si id est maxi-
me natura necessarium quod sit honestum:nō obscure tibi persuasum arbitror Rex Ka
role esse tui & officii & muneris qui christianissimus inter principes christianos & dica
ris:& sis:quiq; & iusticia debeas omnibus & benefaciendi studio longissime præstare:
huic tantæ christianæ religionis ignominiæ ac probo q̄primum cōsulere. Videmus a ui-
ris sapientibus quosdā laudatos:qui propter inanē quandam huius mundi gloriam nō
tam quod honestum esset:q̄ quod honestum uideretur:in uita secuti sint. Qua ratione
ducti &.L.Iunius Brutus.&.M.Manlius torquatus filios cedi uirgis obtruncariq; iusse-
runt:Et id quidem illi præsentes intuentesq;.phileni uero:& codrus:Curtius:ac decii se
se pro patria deuouerunt.Multiq; alii permulta fecisse tradūtur illius honestatis studio:
quam popularis fama gloriosam facit:Nam qui ueram gloriā sectati sint:non ex illa gē
tilitate:sed aut ex uetere aut ex nouo testamento spectari conuenit:quales Habraham.
Loth.Mosen fuisse legimus:quoꝝ ille ut esset apud deum gloriosus : ne filium quidem
īmolare dubitauit.At Moses ut in suos beneficentia uteretur:contempta omni munda
na gloria:cum maiori utilioriq; populo præfici posset:supplici præce a deo petiit:ut se-
ipsum potius q̄ iudæum populum īterimeret:uel ingratum.Loth uero ut sodomoꝝ per
fidiam ab iis auerteret:quos hospitio suscepisset:ne filias quidem uirgines illorū libidi-
ni immanitatiq; offerre atq; dedere ueritus est:cum aliter eam iniuriæ cōtumeliam pro
pulsare non posset:Tu autem rex Karole patieris uniuersum:ut ita dixerim: dei populū
oscoen e atq; spurcissimæ turcorum & sarrhacenorum intemperantiæ tam turpiter tā fla
gitiose seruire.Non tibi potius optandum est:si sit opus:uel ingenti probitate & laude
Lodouicum filium uel te etiam ipsum morti tradere pro salute populi christiani tandiu
multumq; flagellati atq; contriti?Imitatus scilicet non apostolos solum reliquosq; mar
tyres:sed Christum ipsum Ihesum:qui cū & deus esset & summi dei filius:pro salute hu
mani generis mortē suam hominum morti prætulit.An sumus ignari saluum fieri posse
neminem:nisi qui crucem ferat:quā ipse tulerit?Quid:quod ea ē huius belli facilitas:ut
non tā de nostra dubitādū:q̄ de infidelū præda & nece sperandū certo sit?Nā hoc erat
illud:qđ ab me secundo loco dicendū proposueram. Quibus in bello uincit: ea nūero

tria esse puto.imperatoris præstantiam. militum multitudinem ac robur.& pecuniariæ rei commodum. Sunt enim nummi peride atq; nerui quidam rerum bellicarum: Quæ quidem oia & nobis adfutura:si talis ac tanta res ductu tuo iperioq; geratur:& illis defutura non est obscurũ:Nam ut de ui nũmorum cõticescam:qbus te atq; regnum tuum mirabiliter affluere oẽs sciunt:is tibi exercitus est:q & magnus:& firmus:& q̃diutissime assidua militia summa cũ laude exercitatus aduersus maximas easdemq; omniũ maxime formidabiles anglorum uires:ne uniuersum qdẽ hominum genus pertimescat. Magnæ laudi datũ est.G.Iulio Cæsari:quod britãnos difficili bello superasset:qui & Liberũ: & Herculem peritissimos duos & clarissimos potentissimosq; duces uertissent aliquando in fugã:& ab nemine ipsi unq̃ essent superati.At eosdẽ ab anglis nõ modo superatos & uictos:sed patrio solo exterminatos ostendit Gallia.Quanto aũt angli sint francis tuis inferiores:frequentes pmagnæq; de iis habitæ in hanc diem a te uictoriæ declararũt.Imperatoris prestantiã duabus rebus constare puto:prudẽtia & uirtute:quibus ipsis & auctoritas oĩs & euẽtus prosperi pariunt:Nam rõ & consilium cum oĩbus in rebus plurimum ualet:tũ in bello gerendo maxime. Qui enĩ rei militaris & iperii sit ignarus:recte agere nihil põt neq; pugnando neq; imperando:Nã siue quorundam perfidia factũ fuerit:siue nutu quodã dei:qui quos amat arguit & castigat:quo sese cognoscẽtes eruditiores fiant:ab usq; puero in hãc ætatẽ iam ingrauescentẽ ita belli semper uersatus es:ut nullum te oĩo neq; militis nec imperatoris munus.usus nullus.rõ nulla latere queat.Virtute aũt tanta es:q̃ta rex unq̃ alius neq; fuit nec esse possit. Quẽ enim te uno iustiorẽ: quem beneficentiorem aut uidimus:aut audiuimus:aut legimus:de hũanitate.de modestia.de facilitate tua q̃d attinet dicere:qui cũ cæteris omnibus nõis christiani principibus.& regibus dignitate.uiribus.& gloria antecellis:te ĩfimis etiam oĩbus parem geras:quoscũq; illustri aliquo ꝓbitatis simulachro præditos esse ꝓspicias. Quibus quidem artibus per felicissimos rerum exitus:quos prudentiæ uirtutis interuentu deus ipse præstare consueuit:tantã es auctoritatẽ adeptus:ut & deo tuisq; carissimis & cunctis mortalibus nõ uenerabilis minus:q̃ formidabilis uideare.Quoniã igitur ea oĩa tecum habes:quibus facilis uictoria paritur:quid est:q̃d te ab huiusmodi bello remorari debeat? Nam hæc infidelibus secus sunt oĩa.Dicam primum de sarrhacenis.de turcis postea:si de mahometo ipso totius illorum superstitionis & ĩpietatis principe pauca antea percucurrero.Fuit.n. mahometus cyrenaico genere natus anno a Natali christiano sexcẽtesimo uigesimosexto.nulla parẽtum claritudine cognitus.nullis opibus.solus prorsus & nullarum uirium. nullorũq; neruorum.Hic admodum puer captus a sarrhacenis qui insignes habent inter arabas latrociniũs:uæniit Abdimonepli mercatori: qui se Ismahelitico genere ortum diceret.Is quoniam careret filiis:cœpit primo mahometũ tractare liberalius: qua quidem re factum ẽ:ut Abdimoneplis filius diceretur mahometus.Eratq; homo ille simulator. dissimulatorq;.uersutus.rapax.& impurus.& oĩ flagitio in primis obnoxius:q mox ubi adolesset:mercatoris illius pecuniosi famulus camelos agebat cũ mercibus per ægyptũ. Syriam.palæstinam.perq; alios peregrinos locos.Quibus itineribus iterum atq; iterũ repetitis.usus sæpenumero tum iudæorũ:tũ christianorum consuetudine non tã discere q̃ deprauare studuit & uetus & nouum sacrarum scripturarum testamentũ:Nam acumen ĩgenii in animo facinoroso peiorem in partem omnia semper interpretatur.Cum huiusmodi ministerio mercatori domino fidem falleret:redditusque esset continuis furtis & suspectus & inuisus omnibus:ex obscuro seruo factus insignis latro.Erat enĩ & aspectu

ferus. & uoce terribilis. & gladiatorio quodá robore corporis metuédus. breui téporis curriculo & númos sibi & eius sceleris pricipes socios q̄plurimos cóparauit. Et ita apud gentes barbaras i admirationé cú uenisset: generis Ismahelitici uiduá eamq; locupletem Gardigenam duxit uxoré: quæ cum illius ægrotationé ægre ferret utpote sæpenumero corruentis morbo comitiali: qué in ipsum nimia uinositate ac reliqua uitæ atq; uictus i-temperantia inciderat: mox homo ueterator & pditus: ut ea se purgaret ifamia: simula-bat id propterea sibi accidere: q̄ñ splendorem angeli Gabrielis: qué mentiebatur ad se missum ab deo nunciú cómentandi gratia uentitare: ferre non posset: nec esse morbú co mitialem: sed quá extasin uocant. Huius aút uxoris opibus elatus homo furcifer ad ima niora facinora conuertit aíum. Itaq; & suo deprauato ingenio ad oém audaciá próptus & Sergii Matthæiue dolo flagitiosissimi monachi confirmatus in tantá breui apud ara bas oés existimationem uenit. modo se iudæú: modo christianú simulans: cum nihil oí no sani saperet: ut maximus dei nuncius maximusq; ,ppheta uulgo haberetur. Cú enim columbá quam spiritum sanctú latro callidissimus eé q secú loqueretur: iactitabat: assue fecisset in aure sua pasci: ac taurú quendam ex occulto eius audita altiore uoce ad se festi nare: & algoranú cornibus alligatum. sic eni legi quam sectatoribus suis tradidit: nomé erat. cæterasq;: quas ipse ante cú Sergio cóposuerat: fallacissimas scripturas sibi ueluti de-ferre: & in suas manus a q̄bus solis pabulum capere didicisset: tanq̄ deponere: facile per suasit hoíbus uentri & somno deditis suos oís pestiferos insanosq; cogitatus: Quibus i fidiis factú est: ut iam auderet. non latrociniis solú: sed aperto marte aduersus Romano rú imperiú arma capere: Ná cum ex eius sectatoribus non mediocris numerus in roma nis legionibus militaret: quo tépore Heraclius iperator stipendia partiretur muneraq; i milites: sarrhacenis ét ipsis stipendium petentibus responsum é a quæstoribus eá distri butioné non esse canibus cóstitutá: Ná sarrhaceni ipsi quasi carrhaceni apud arabas quo q; habiti erant infames. Itaq; irritati eo responso sarrhaceni cú illico in arabiá ad maho-metum redissent: & illú & reliquos sarrhacenos non difficulter ad defectioné bellumq; concitarunt: Qui facto statim in syriá impetu non tá suis uiribus q̄ nostrorú fræti negli gentia Damascú petunt infestis signis. Qua quidé urbe terrore potius q̄ ui superatis in cápo damascenis intra mœniaq; cópulsis. confestim potiti sunt. eáq; diripuerunt. Et qd̄ nihil arbitror móstruosius accidisse humano generi: ea in urbe primú templú mahome to magnificú dicatú est. diuiniq; honores istituti publice. coactiq; damasceni ípudicum illius cultum & nefariá legem accipere. Et quoniam nó ego Mahometi referre flagitia quæq; sceleraq; institui: sed ex iis quæ sunt propemodú infinita: quædá pauca ueluti de libare: redditus hac ille uictoria successibusq; ferocior: uidens nihil a romanorum íperato re iri ultioné illatæ contumeliæ parari aduersus sese: ita dormitantibus christianis bellú mouet aduersus finitimos persas: a q̄bus sibi maxime metuebat. Regnabat per id tépo ris in persis Chosrohes: qui ét ipse: ut insaniebat aío: diuinos sibi honores præstari uo luerat. Is conductis turcis qui tributarii & tanq̄ serui scytharú intra caucasi claustra asper rimasq; cautes incolebant: sarrhacenis occurrit. Concurritur undiq;. Initur pugna ingéti & apparatu & animo. Vulnerantur utrinq; multi. capiuntur. occiduntur. Superatus tan-dem ingenti clade mahometus in fugá uertitur: deformi uulnere excepto i faciem. A tur cis inquam his superatus est uulneratusq; mahometus: a quorum nunc posteritate ma-xime colitur: quáquam non tam superstitione ducuntur turci q̄ illecebris & dissolutio re uiuendi licentia: Nam uersutus ille & callidus ueterator: quo facilius imperitos po-

pulos atq; rudis ad se traduceret: oē libidinis & uoluptatis genus sua lege permisit. Vini aūt usum iccirco prohibuit: quo facilius celaret suspitionē illius morbi: qui se uino obrutum iampridē corripuisset: Nam uinū intemperantius sumptum & gignit & fouet morbum comitialē intimo quodam suo uehementissimoq; spiritu. lis eni meatibus obturatis: qbus fit respiratio: uel mors continuo: uel morbus comitialis consequat: necesse est. Non igit̄ religiōe turci: quā nullam tenent: non supstitione: quam nullā pluris: q̄ religionem faciūt: quippe qbus nulla neq; dei nec aī cura sit: nullus metus. nullus cogitatus: sed dissolutissima quadā uiuendi licentia: q̄ mahometi uires in pside prostrauissent: & i mahometi faciē inhonestum uulnus inflixissent: eius se tandē sectæ nefariæ socios addiderunt. Ipse aūt mahometus pluribus bellis gestis. aliis secundis. aduersis aliis: posteaq̄ annos in suis uel erroribus uel scelenbus uixissent quadraginta: ueneno perit i arabia per Gardigenæ uxoris cognatos & suū quēdam consobrinū: quo tempore ab eorū insidiis redisset: qui cū mercatorū camelis e syria iter faciebāt. Sarrhacenos aūt turci etsi semper exosi insectatiq; sunt: tamen ut mahometicæ supstitioni se asciscerent: hoc fuit in cā. Iam uniuersa Africa parebat sarrhacenis & magna ex parte asia: cū turci non multo supra millesimū annū a Natali christiano cœperunt aperto Marte uehemētius eos urgere: Nam ubi eos diutius in Asia eminere indignarent̄: regem creant noīe Sabochū: q de occupanda asia cōtinuo cogitans: quo id facilius assequeretur: se mahometi cultorē simulat. idq; non tam dei: q̄ hoīum metu: quo sibi cupiebat conciliare. Itaq; contestatus est illi Calipho quē illi ueluti pontificē maximū uenerant̄: se de constituta mahometi religione nihil omnino mutaturū: cæterū nolle erubescendū sarrhacenorum nomen ī asia excellere. Quare breui cuncti illi sarrhaceni q̄ arabes sunt: a turcis eiiciunt̄ ex asia redacti ī sane ad pristina latrocinia: qbus in hāc etiam diem maxime oīum student dissipati atq; dispersi nō per locos solū asperrimos ægypto: Syriæ: & palæstinæ finitimos: sed per oēm africæ solitudinē. pulsis profligatisq; sarrhacenis res turcorū p Virogrissam qui post Sabochi obitum regnū excepit. non mediocre ceperūt incrementū. Is enim cū reliquū Asiæ quodcunq; sarrhacenis seruierat: subegit. tum p multas præclaras urbes quæ romano parebāt imperio: ui expugnauit cepitq; in bythinia. Succedit Virogrissæ Archotus ppinquus: q primus subiugarat ī mesopotamia urbē amplissimā Rhobain. deinde Seleucia & Leodicea captis urbibus & reliqua prouincia in deditionē accepta: regni sedē Mendi cōstituit ac regiū īduit diadema. estq; sultanus salutatus. Et ne uidear oēm historiā recensere: confestim admodū fit uel turcoꝝ diligentia uel negligentia christianoꝝ principum: ut græcis ex uniuersa Asia eiectis: illi ad hellespontum usq; oīa subiugarint. nec multo post i europam traiecerint a christianis accersiti aduersus christianos: Nā q̄d modo dicebam cū Theodorus cantacuzenus ægre & iniquo aīo ferret eo se spoliatū quod iperiū circūscriptor occuparat: Turcos in Thraciā intulit aduersus Romanoꝝ imperatorē Ioannē palæologum seniorem illum generū suum & auum huius cōstantini iperatoris Manuelis filii. Quæ una res q̄ calamitosa: q̄q; funesta & fuit & est christianæ religioni: non obscure docent tot tantæq; prouinciæ: quæ turcis in europa ærummosissime seruiunt. Et ut summatim accipias rex karole: quæ qualesq; sunt Turcorum uires: uix ad sexaginta hominū millia exercitus omnis ascendit peditibus equitibusq; conflatus. Viginti millia cōparantur ex asia. Ad quadraginta millia ex iis prouinciis quas ī europa tenēt occupatas. Et ne hi quidem milites turci sunt omnes: sed īgens christianorum numerus quibus turcus superbissime dominatur: uel inuitus ī expeditionem agitur. Et erant sane sexaginta homi-

num millia:cum nuper anno trigesimo tertio agebã in thracia apud Ioannẽ imperatorẽ
Manuelis itẽ filiũ.Nunc aũt q̃to minor coꝝ sit numerus:facilis sit coniectura:si ea clades
consyderetur:qua & bis & iterum proximis ãnis ad internitionẽ usq; ab uno Ioãne Vai
uóda redacti sunt tot robusti firmissimiq; exercitus:Nã quod audiamus ducenta & tre
centa millia hominũ cõplere turcoꝝ exercitus:sint sane nõ trecenta millia:sed quotquot
Xerxes fertur duxisse aduersus græciã quinquies etiã decies centena hominũ millia:dum
modo sint oẽs rustici & pastores:nullis tecti:nullis muniti armis:quibus aut offendãt:
aut se tueãtur.Iãpridẽ turcoꝝ uires exhaustæ penitus exinaniteq; sunt:quo tẽpore Mes-
sageta ille Tomyris cognomẽto Tãberlanus Baiseten cirycis patrẽ & huius mahometi
ꝓauum amoratho nati cũ quadringentis hominũ millibus.uicit.cepit.iteremit.Itaq; tur
coꝝ uires ita extenuatæ sũt.ita fractæ:ut nullo pacto ambigendũ sit de uictoria:quæ eo
certior est futura:quo ad debilitatẽ exercitus accedit imperatoris ĩfirmitas.Video lauda
tũ a sapientibus illũ atheniẽsem Chabriã:qui dictitare sit solitus multo esse formidabi-
liorẽ ceruoꝝ exercitũ ductu leonis:q̃ leonũ ceruo duce.Quod si exercitus tuus rex Ka-
role tũ his cõpletur hoĩbus:qui & corporis robore & animi magnitudine leones oẽs
atq; insuperabiles dici possint:tũ uno te duce ĩperatoreq; utuntur:qui cunctos mortalis
fortitudine & sapiẽtia ĩferioris ostẽdas:num dubites integer atq; ĩgens cũ turcoꝝ reliqiis
cõgredi:qui & ipsi quasi cerui.timidi.fugacesq; sunt:& meticulosissimo duci parent eidẽ
q; stultissimo puero.Erat certe huius mahometi pater Amorathus qui modo aĩam ef-
flauit:& uersutus & callidus rerũq; bellicaꝝ sciẽtissimus:Cuius unius peritia & cõsilio fa
ctum est:ut fugatis etiã ad Barnã profligatisq; turcis fere oĩbus e uictor uicto per effræ
natã Vladislai adolescẽtis audaciã imprudẽtiãq; euaserit:& anno item proximo ad quĩ-
tũdecimũ kal.nouembres per Getaꝝ ad se defectionẽ uehemẽti clade in triballis unga-
ros & bohemos a quibus acerrime urgeref:affecerit. Omnis turcoꝝ spes quæ in uno
Amoratho posita erat & cõstituta:nũc in eius filio mahometo nutat ac languet.Is enim
annos natus uixdũ uiginti arma nunq̃ tractauit:Nec sani quicq̃ aut didicit : aut audiuit.
Totus est in potu.totus in uenerẽ.Reliqui uero aut centuriones aut tribuni militũ : qui
bellandi gloria ducerentur ĩsignes:in illis pluribus illustribusq; uictoriis quas de turcis
Ioãnes uaiuoda adeptus ẽ:oẽs ꝓpemodũ periere.Quæ cum ita sint:quid ẽ per ĩmorta
lem deũ:quod te rex Karole a tanta & tã certa uincẽdi spe retardare debeat:tãta præser
tim oblata uel occasiõe uel opportunitate.Nõ enim tẽpus ipsum:dũtaxat post tot & tã
illustris tamq; honestissimas uictorias tuas pacatis iam & cõpositis rebus Galliæ te exci
tare atq; inflãmare debet ad hoc bellũ suscipiẽdũ nõ facile minus q̃ necessariũ in tãta im
becillitate turcicaꝝ reꝝ:sed etiã quam deus ipse attulit locoꝝ ad turcos inuadendos cõ-
moditas . Demetrius palæologus Manuelis etiam ipse imperatoris filius peloponẽsiũ
regno nuper est potitus excelso aĩo & summa uirtute princeps:Is est ut uir christianissi-
mus & iniuriis etiã maximis affectus a turcis nihil oĩum magis cupit:magis optat :quã
turcorũ interitũ.Est autẽ peloponesus regio adeo rebus oĩbus munita:ut nihil esse que
ãt munitius.Circundatur undiq; hinc Ionio inde ægeo pelago cum asperrimis & tutissi
mis promontoriis.Isthmo secernitur a continente reliquo:quẽ murus perpetuus atq;
inexpugnabilis ab altero ad alterũ mare sepit.Habet intus & fæcundissimos colles & cã
pos uberrimos rebusq; omnibus refertissimos:quas hominũ uictus cultusq; desyderet.
Vnius diei nauigatio te cum uniuerso christianorum exercitu secundis uenetoum flati-
bus ex ꝓmoutorio tarentino in peloponẽsum deuehat.Inde in turcos æque facillimus

tibi atq; tutissimus pateat impetus. Nec patiatur Demetrius se tantæ laudis atq; gloriæ
expertem fore:sed ipse quoq; in expeditionem & pugnam pdeat cum sagiptarius decē
millibus & equitibus ad quadragintamilia. Quod si e brundusio uelis soluere. G. scili-
cet Cæsarem imitatus in agrum dyrrachinum:illico tibi obuiam fiat Harrianites uir bel
licosissimus & turcis inimicissimus:qui uniuersis albanis dominatur:Nam q̄q̄ italiæ pri-
cipes mutuis inter se odiis dissident:nemo tamen futurus sit:qui tibi in tāto & tam pio
tāq; salutifero facinore audeat aduersari præsertim Nicolao quinto Romanoꝝ pontifi
ce maximo:cuius sapientiam.grauitatē.innocētiā.sanctimoniā.quasi numē aliquod uni-
uersa colit italia. Ac fiet forte fortūa:ut spero:ut ipsi etiā italiæ principes depositis simul
tatibus & discordiis mutuis te uenientem nō inuiti comitent̄ in opere tā sancto:tam præ
claro. Quod si unus solū Franciscus Sphortia mediolanensium dux te comitari institue
rit:id q̄d indubitato faciet:si pacari italiā senserit:nō modo turci & sarrhaceni qui dicū-
tur:sed uniuersi hostes christiani nomis ad sanitatē redeant. Videmus.n. hunc Franciscū
Sphortiā tu pfecto nomis ac generis amātissimū nescio quo natum sydere quibus edu
catū institutis:qua dei benignitate fretum usq; adeo anteire laudibus rei militaris uniuer
sum fere hominū genus:ut nihil sit tā magnū.tā difficile.tā iexpugnabile q̄d nō agēdi &
aggredi & supare audeat sibiq; submittere. Itaq; pstratis ac uictis oibus italiæ exercitibus
nullius ope:nullius auxilio huiusmodi pricipatus mirabili sua diuināq; uirtute potitus ē:
quo nullus in italia est præstantior.nullus firmior.nullus formidabilior. Sin aūt itinere
malis in turcos q̄ nauigatiōe uti:istud tibi per finitimā germaniā & pannoniam est fu-
turum. Facile te sequantur & germani ipsi nō inuiti & hungari Ioannesq; ipse uaiuoda li
bentissime maioribus etiā copiis q̄ sit opus. Sequant̄ triballi duce Georgio fortissimo
& prudentissimo principe. Sequantur u Getæ omnes:qui ad Istrū & Euxinum incolūt:
eo pertinacius fidem seruaturi:quo superiore anno cū defecissent ad turcos:ingenti nu-
mero ab illis sunt iterempti:q̄q̄ nullis tibi auxiliis opus est.nullo comitatu. Soli certe frā
ci satis sint superq; futuri:quoꝝ ferociam atq; impetum ne dicā nō sustinere turci: sed ne
cōtra aspicere quidē persant:Nam superatis & uictis turcis:de sarrhacenis nullum est ne
gociū:Nam qui uero sunt sarrhaneni:eos iāpridem ab ipsis turcis rege Sabocho ex oi
Asiæ imperio in solitudines eiectos ostēdimus ad pristināq; latrocinia redactos:nullis
certis ducibus circūquaq; passimq; uagantes.nullo pricipatu.nullis legibus. Qui autem
hac tempestate sarrhaceni nominātur:quibus ægyptus paret:& syria & palæstina:hi oēs
simul cū sultano serui sunt uænales trans mare eo aduecti ad summū uigintimillia. Nec
ex una quapiam empti natione. Sed alii sunt Sauromatæ:alii sarmatæ.alii gotthi.alii ala
ni. Nōnulli græci.plæriq; illyrici.& alii ex alia gente ac lingua:qui primo ui coacti a pa-
tria religione rituq; deficere deinde illecebrarum ueneficio deliniti mahometistæ non
tam redditi sunt q̄ simulati. Huiusmodi uero serui tria illa opulētissima regna ita iugo i-
tolerabili subegerunt:ut alii nemini q̄ ipsis aut arma ferre:aut equum inscendere liceat:
neq; aliud liberale quicq̄ quā uel agriculturam & pastoralem uel mercaturam:uel taber
nariam exercere. Quinetiam præter calones aliud calciamenti genus induere ægyptiis &
syris & iis qui iudæam incollunt:nullum omnino licet. Itaq; omnes illi populi ita mol-
les effœminatiq; sunt:ut uirile quicq̄ neq; sapiant neq; uelint. Tantula uero seruorū ma
nus qui maiore ex parte christiani extiterint:quid sit aduersus te uel conatura uel ausu-
ra:non intelligo:præsertim cum senserint subiugatos turcos:qui sunt ueluti propugna-
cula atq; munitiones mahometistarum omnium. Aduersus illos uero cum transitum:

tum etiam commeatum paret ac præbeat nõ Alexius quispiam:sed Constantinus impe ratorqui etiam ipse ut est pio & excelso animo:ut omnibus:ut ita loquar: reliquis illius orientalis imperii:quæ confectis turcorũ uiribus ualidissime sunt futuræ:non solum i expeditionẽ te comitabitur:sed libenter & magnifice comitabitur. Nomẽ autem constãtinopolitani imperii in uniuersa asia & sanctum habetur & uenerabile. Quapropter cũ perspicue possis animaduertere rex Karole ad belli huius necessitatem eiusmodi conficiendi facilitatẽ accedere:ut nihil sit de summa uictoriæ ambigendũ te fortissimi & oĩbus rebus ornatissimi exercitus sapientissimo atq; optimo imperatore:utere obsecro tãta hac rerum occasione quam tempus tibi atq; deus attulit:nec patere ut hominũ culpa fractæ atq; interceptæ hostium infidelium uires reuiuiscant:recrescentur:instaurenẽ. Quod si honestatis ratio:qua nihil esse oportet apud animum generosum magnificũq; antiquius:non omnino eam uim habet:ut sua nos specie ad res maximas pu'cherrimasq; alliciat:præstet id saltem uis & magnitudo utilitatis:quĩ ex hac tãta & tam perfacili uictoria nobis nostrisq; posteris comparabimus: Nã cum ipse rex Karole maximũ & florentissimum adipisceris imperium:tum hi oẽs qui te sequentur:ingentis ãplissimasq; opes consequentur. Videmus nullas esse recõditas adeo:longissimeq; positas:atq; inuias regiões: quas per summa terre marisq; pericula mortales ipsi comparandi auri gratia non petere cõsueuerint: & quotidie petãt: Nã si res gestas persei. Herculis. Liberi ex antiquitatis monimentis repetere uelimus:non magis eos gloria ductos q̃ utilitatis magnitudine excitatos lõginqua asperrimaq; bella quæsisse ueniamus Quæ quidẽ una ratio græcos etiã illos ponusq; ul'us Helenæ raptus quẽ fabu'ãtur:armauit aduersus Asiam. Et Galli item ipsi cum superatis alpibus ad padum consederunt: & horum posteri cum inuaserunt clusinum agrum ac semel & iterum aduersus Romanos mouerunt arma:re nulla magis: q̃ emolumentis impulsi sunt. Sic Aeneas in italiam uenit. Antenor in Venetiam. Quot aut legimus aut audiuimus:qui copias egerint aduersus scytas. Nam cum sint omnium gentiũ pauperrimi:libere fruuntur uagari in cãpis. nullis urbibus. nullis mœnibus. nullis muniti ædibus aut tectis. At aduersus aurum & argentũ:aduersus opes amplissimas facile animi hominũ accenduntur. Quod si quotidie Galli. Hispani. Germani. Itali. per omnem contemptum atq; contumeliam uertantur mercatores & tanq̃ mercenarii quidam serui adipiscendæ utilitatis gratia inter opulentissimas turcorum sarrhacenorũq; regiones: q̃to maior futura sit:quãto cumulatior gloriosiorq; utilitas:si id facere licuerit te uictore & domino: Vt enim maxima conticescam & feracissima regna:quæ i Europa turci premunt teterrima seruitute ut de tam latis. tam uariis. tam amœnis. tã abundãtissimis rerũ omnium regionibus:quæ coguntur in Asia parere turcis:nihil prsus loquar:tria illa duntaxat seruorum regna ægyptus. Syria. palæstina. de omnis generis diuitiis cum uniuerso genere hominum contendere non dubitent: Nam ægyptus ut philo iudæus grauissimus testis est:sola ex orbe terrarum hyemem non patitur. Sed tribus anni distributa tẽperataq; temporibus uere æstate. autumno neq; niuem nouit nec molestam imbrium tẽpestatem. per saluberrimi Nili uicissitudinem suis temporibus humefactata atq; demolita ultro fert omnia:quibus hominum uita uel alitur:uel ornatur. Syria uero quanti sit faciunda:promissio diuina testata est: Nam promissionis terram quam deus omnipotens populo suo constituit. Iudæam esse scimus. Hæc autem Syriæ est pars. Quod cum sua natura hæc tria regna cæteris omnibus orbis terræ regionibus anteeunt bonitate sollicaccedit etiam christianorum hominum frequentatio:qui quicquid aut argenti:aut au

ri:aut margaritæ & gēmæ apud reliquas gētes & populos reperitur:eo important:quo
aliquid inde illarum rerum exportent:quarum illi sunt diuites & nos pauperes.Quanta
igitur & ad te & ad christianos omnis emolumenta sint peruentura ex hac tua tam pul
chra tam facili de turcis sarrhacenisq; uictoria:tum dilucidius cognosces :cum tot illoꝝ
& tam opulentissimorum regnorum magnificentiam atq; amplitudinem animo tacitus
metiere.Nec est tibi præterea subuerendum.nequid aduersus te tumultus in francia aut
in reliqua tua gallia per anglos insurgat:cum exercitum aduersus infideles eduxeris: Nā
neq; ipsi angli ullo modo patiantur ut sint homines religiōi deditis se tam piæ:tam san
ctæ:tam gloriosæ expeditionis expertes duci.Sed positis & prostratis cunctis simultati-
bus propter Christum alacres te sequentur:imitati scilicet maiores suos:qui semp fran-
corum regibus & socios sese & comites asciuerunt: quotiens aduersus infideles bellatū
est.Quin eo te magis angli admirabuntur:uenerabunturq;:quo animaduertent te quasi
e bellicosissimo quodam Romulo religiosissimum Numā redditum.Ad hæc habes Lo
douicum filium cunctis animi uirtutibus gloriæq; splendoribus q̄simillimū tui:quem si
ue regni præsidio:siue ducendo exercitui præfeceris:& tuæ & christianorū uniuersæ rei-
publicæ non sapienter solum:sed etiam felicissime prouidebis.Age igitur Christo duce
ac propugnatore rex Karole huic bello tam necessario.tam honesto.tam glorioso .pro
tua uel pietate uel beneficentia mentem omnem animūq; intende.Noli pro tua iusticia
eos inultos pati:quos uel tueri debeas:uel ornare. Quod si nulla difficultas nullus la-
bor deterrere te debet ab hoc pulcherrimo honorificentissimoq; facinore:uide quæso
quid tibi faciendum sit tanta ex hoc bello proposita non facili solum:sed sperata certa
q; uictoria:præsertim quod ad mundanam & ad cælestem gloriam plurimorum quoq;
amplissimorūq; regnorum & ingentes opes in te sint & clarissima imperia peruentura .
Bellum tibi omne futurum est cum agrestibus incultisq; hominibus:cum latronibus: cū
fugitiuis:cum uænalibus abiectissimisq; seruis·qui dum neglectui contemptuiq; haben-
tur:tanquam imbelles languidæq; pecudes:non mediocris tenebras nostra culpa chri-
stianæ luci infuderunt Hinc & Sigismundus rex audacia potius q̄ prudentia usus comi-
te per ingentem francæ nobilitatis stragem inauditumq; ludibrium est a Baiseta illo tur
piter superatus: & rex Vladislaus in profligata uictoria per Amorathum periit.Hinc la-
nus rex cypriorum capta uastataq; patria in cathænas ad ægyptiorum sultanum tractus
est.Hinc Africa uniuersa & magna ex parte Asia seruit impurissimis flagitiosissimisq; bar
baris.En sentimus iam italiæ germaniæq; uestibula teneri a turcis.pulsari fores .cōcuti. ir
rumpi.Nec excitamur:nec urgemur:nec impellimur:ut uobis saltem ipsis posterisq; no-
stris consulamus: Quis nos tantus uel sopor uel stupor inuasit:ut quasi mentis atq; sen-
sus inopes uidentes scientesq; perire:q̄ in tam facili tam illustri tam ampla conducibiliq;
uictoria & nostram ulcisci & summi dei iniuriam malimus ? Surge iam tandem Rex
Karole.Teipsum excita.hortare.compara.Vt reliquis christianis principibus ac regibus
dignitate præstas:ita tibi omni ope atq; opera studendum est:ut absolutissima uirtute
his omnibus & uera gloria sis superior.Vicisti anglos.Recuperasti patriam. Et pulchrū
id certe fuit & laudabile.Iusticiæ enim munus in teipsum tuosq; contulisti.Verum chri-
stianus aduersus christianos arma sumpsisti.Sed quanto pulchrius erit & gloriosius : si
idem feceris in turcos & sarrhacenos:a quibus non tua solum:sed Christi patria spolia
tus sis Quæ uetus tibi patria est ? Nonne Troia:quæ olim Teucria dicebatur: Ex hac
enim Franco & Teucro profecti sunt in pannoniam primum:deinde per suos posteros

in germaniam: demum in Galliam istam transalpinam fortissimi illi quidem & præstantissimi auctores tui nominis & generis. At hoc tempore pro Teucria & Troia Turciã uidemus appellari: Nam ii omnes qui turci troianiq; dici consueuerunt: ab infami & effœnata turcorum immanitate oppressi sunt. Iidem turci hierosolyma: uniuersamq; iudæam tot patriarcharum & prophetarum patriam: intemeratæ Mariæ uirginis saluatorisq; domini nostri christianis ac francis eripuerunt: & cũ infinito poene francorum numero Guidonem regem crudelissime trucidarunt. Heu nos miseros atq; infelices. Si tot uerberibus tot exemplis admoniti resipiscere in uiamq; redire neglexirnus: quæ nobis spes reliqua sit futura: si beneficiis etiam prouocati diuinam misericordiam benignitatemq; contemnamus? Est igitur uel sapientiæ uel officii tui rex Karole: ut uel ultionis in turcos & sarrhacenos uel gratitudinis erga deum ratione ductus: ensem quem tandiu ac multum in christianas acies non iniuria distrinxisti: eum in sceleratissimos Christi hostes: sic acuas & cruentes pro tua pietate: ut non diuus Lodouicus ille modo ac cæteri franci pricipes qui multi defuncti sunt hac luce: immortalis tibi apud immortalem deum gratias sint acturi: sed deus etiam ipse: qui extremis suppliciis insectatur ingratos: id quod in Sanlem in iudæos qui Apidis uitulum adorarant: & in alios permultos ostendit: tua gratitudine delectatus & uiuum & mortuum sempiterna gloria te amplificet. Hæc autem non ic circo Franciscus philelfus liberius ad te scripsit: quod regali tuæ incomparabiliq; uirtuti quicquam diffideret: sed ut suam erga te fidẽ obseruantiãq; ostẽderet. Vale. Ex Mediolano. xiii. kal. Martias. M. cccc. li.

Francisci philelfi epistolarum liber nonus.

Franciscus philelfus Sphortiæ secundo sal.

h

Ortatur me Sphortia secunde singularis tua benignas: modestia: ut de his ad te scribere non uererer: quæ uel utilia tibi uel saltem non iniucunda fore iudico. Idq; eo libentius facturus accedo: quod cum tuæ meæq; ætati: tum mutuæ nostræ beniuolentiæ consentaneum esse duxi. permultis te muneribus eisdemq; præclaris tum natura insigniuit: tum auxit fortuna: quam uocant: Quæ si diligenti studio ac ueluti arte quadam ad cumulum usq; perduxeris: nullius inops laudis sis futurus. Quo patre natus es: non ignoras. Huius maximas incomparabilisq; uirtutes nisi fueris egregie imitatus: quanto is patre Sphortia imperatore fortissimo ob rerum gestarum atq; regni gloriam habetur illustrior: tanto ipse Francisco Sphortia patre tuo principe optimo ac maximo in laude minus excellenti quadam obscurior fuisse existimabere. Nihil enim obtendas: quod incuses: Nam si Africani superioris filius patritis laudibus non respondit: non ei sed ualitudini culpa datur. At Sextus pompeii magni: & Marcus Cicero nis filius: aliiq; nonnulli uiris nati præstantissimis inter degeneres ideo numerantur: qđ sua ipsorum culpa tales esse noluerũt. Quod enim benignitatis genus. ut ad te redeam: natura tibi non est affatim elargita: Formæ præstantia polles plurimum: qua ipsa dignitatem mentis atq; ingenii repræsentari par est: siquidem materia formæ quam dicunt: non hæc illi prior accommodatur natura. Et ea es integritate sensuum: quam rarissimã licet inuenire. Velocitas celeritati congruit. leuitas atq; agilitas facilitati dexteritatiq;. Eo

déq; modo alacritas acrimoniæ.facundia intellectui.Hæc antem oia:quæ corporis com moda appellant stoici:talia sunt:qualis est is:qui utitur:Nam si mens humana sequitur eam mẽtem:ad cuius est non genita:sed creata imaginẽ:ita naturá:quam diuia mens pe perit:sequetur ars hominũ atq; imitabitur:ut errore nullo queat intercipi.Non.n. natu ra:sed malo erramus more:Nam cum mores sint qualitates eius animi partis:quæ ratio ne caret : tum agimur deum malis moribus.cum perturbationibus obsecuti rationis du ctum aspernantes erramus.Quid.n.aliud error est q̃ falsi alicuius pro uero approbatio? siquidẽ rationem sequentibus & recta & expedita oia ad ueritatem patent.Sed quorsũ hæc'Vt intelligas non mediocri tibi uitio datum iri:si in tãta uel naturæ:uel fortunæ fe licitate non id efficies tua etiá industria:ut dignus habearis:qui sphortianá gloriá non solum æques:sed etiam si fieri potest:patrẽ imitatus ad auum illum q̃pulcherrie superes. Quod ut facere possis ea tibi uia insedendũ est:qua Aloden fabulantur eũ: qui postea Iunonis inuidia factus gloriosior Hercules est cognominatus.Is.n.istam natus ætatẽ qua nunc tu es:ubi sese in solitudinẽ sui fortassis colligẽdi & meditãdi gratia recepisset: duas sibi matronas offerri coram uisus est uidere:quarũ altera:ut ad ultimum cognouit:esset ΗΔΟΝΗ hedone:quá nostri uoluptatem uocant:altera uero ΑΡΕΤΗ arete:quo nomine uirtus significat'.Cumq; Alciden illa blandius primũ adiret:stimularetq; omnibus leno ciniorũ illecebris:se ut sequeretur:suo.n.ductu omnia ei dulcia suauissimaq;futura : quid enim ibecillitati adolescentiæ ipsa titilanti uoluptate iucũdius. Et uirtus contra eundẽ a uoluptate tanq̃ a flagitio auocans:ut suis inhæreret uestigiis grauiter simul saluberrime q; doceret:neq; ullis aut laboribus aut periculis parceret: sed decori ac laudis gratia nõ modo nullas intolerabilis ærũnas:sed ne mortẽ quidẽ ipsam detrectaret:Sic.n . fore : ut ex hoie & mortali imortalis atq; deus fieret:ea singillatim Alcides q̃pluri maq; alia uolu tans aio & oia secũ q̃diligentissime cõmentatus:animi sequi uirtutẽ:q̃ corporis uolupta tem maluit.Quo qdẽ consilio factũ est:ut & uiuus oibus carus iucũdusq; fuerit:& mor tuus diuinos honores ab uniuersa gentilitate meruerit.Ac nullum profecto:ut mea fert opinio:uenenũ est:qđ in adolescẽtia cũ uoluptatis ueneno sit cõparandũ.Hæc.n.tũ fran git corpus ac debilitat:tum aíum sui iuris esse non sinit:quippe quem ad se pellicit per omnẽ turpitudinis fœditatem.Nec sane aduersum eá uoluptatẽ mihi habetur oratio : quæ inter animi bona post prudẽtiam & uirtutẽ tertia numeratur ab Aristotele:qua de quotidie dicere consueuimus:Magna me uoluptate litteræ tuæ affecerunt.Et tuarũ uir tutũ gloria incredibilẽ mihi noluptatẽ attulit. Sed i eam loquimur uoluptatem:qua sen sus titillans leuiter mouetur:& per omne incõtinẽtiæ genus petulantissime efferuescit : Huiusmodi igitur uoluptas mi Sphortia non secus tibi fugenda est : quam teterrima quædam lœtiferaq; pestis.Impedit enim imo tollit penitus omnem recte uiuendi ratio nem:qua sublata:nihil neq; boni agere nobis licet:nec sani quicquam intelligere . Nihil est profecto in probato adolescente & Sphortia landabilius pudicitia & continentia; quæ omnis offœminatos animi cogitatus latius uagari non sinit :perturbationesq; pru rientis aut amouet omnino aut compescit.Quid enim incontinenti adolescentia fœ dius'quid etiam perniciosius:Nunquam is adsit rebus agendis præsens:qui præsenti ua cat temperantia . Hæc enim una est uirtus:quæ existimationem ipsam & tuetur & ser uat . Itaq; nemo queat recte consultare nec diligentius quippiam mente prospicere: qui uoluptati se dediderit . Quare cybo & potu modice uti conuenit . Insana au-

tem uenere abstinendum est pertinaciter. Nec ita somno consentiẽdum: ut Endymionis quem dicunt: similes uideamur. Quod uero deinceps admodum est cauendum: uidemus adolescẽtiam natura loquaciorem & tanq̃ impudẽtem: id qđ Lycurgus aduertẽs statuit apud Lacedæmonios: ut adolescẽtes ĩ publico cõsessu nisi rogati nunq̃ loquerẽť: qđ ipsum etiã quo minus inepte facerent: eos seniorꝝ cõsuetudĩe assidue uti uoluit: Quid enim ineptius: q̃ uel impudẽtia uel futilitas? Hãc uero in ea ætate: quæ longo usu peritia q; cõcalluit: nõ facile ĩuenias: qualem & Homerus Nestoris & Ilionei Maro extitisse monent. At in adolescentia quã non minus ab ἀδολεσχία adoleschia quæ nugatio est: dictã existimo: q̃ ab adolesco: qđ ea in ætate cũ sanguine simul pturbationes quoq; effrenatius adolescãt: cũ alia oĩa ĩmoderata in illa sunt: tũ uel in primis quædã loquendi luxuries atq; ĩpetus: quẽ qui reprimere castigareq; didicerit: nõ mediocrem spẽ laudis præ se fert. Decet. n. plurimu facere p officio spectatũ adolescentẽ & minimũ de se loqui: & ea quidem loq: quæ documentum præstent intimæ cuiusdam inatæq; pbitatis: Nam mẽtis habitũ sermonis cultus solet indicare. Iccirco pythagoras famius silentiũ indixit auditoribus aliis diuturnius p ingenii captu: aliis diuturnius: ut quisq; tũ loqueretur: cum sapere didicisset. Et Agesilaus rex cũ quis alium uł laudaret: uł uituperaret: nõ dicẽtis minus q̃ laudati: aut uitupati uitã ac mores ex ipsa orõne deprehẽdi affirmabat. Ad excandescẽtiam quoq; istiusmodi ætas est pclivior: quã eo te magis cauere oportet: quo patre eiusmodi natus es: qui mãsuetudine & clæmẽtia omne gẽus hoium anteit. Et q̃q̃ in omni ætate laudať humanitas: eo tñ in adolescentia magis: quo id annorꝝ insolẽtiores sumus. Quam facilitas ab oibus diligať: morositatis odium facile declarat. Quis. n. exosus non sit ac ueluti exerceť hoies aditu & cõsuetudine uitæ difficiles: quiq; nunq̃ sint certis nunq̃ eisdem moribus? Nã de benignitate qd loquar: qua qui caruerit adolescens: eo caret oĩno munere: quod ẽ eius ætatis pprium. Nec huiusmodi comitatis genus ĩ danda pecunia solũ donãdoq; positum reor: sed multo etiam magis in p̃standa liberaliter opera. Argenti. n. & auri munificẽtia non magis ẽ uiri boni q̃ diuitis. Sed ĩnocẽtibus uiris pusq; adesse eosdemq; ingenii ope operaq; tueri & cõsulendo: loquẽdo: & dep̃cando: hisq; oibus adminiculis: quæ uel natura: uł fortuna: uel nostra nobis ĩdustria diligẽtiaq; pepererit: & benefici uiri ẽ & plane sapientis. Quid p̃terea habent aliud uel pricipibus nati uel ipsi principes ac reges: quo priuatos hoies antecellãt? Nempe id unũ dũtaxat: quod iis munerãdi facltas adest uberior. Itaq; Dionysium seniorẽ doluisse tradũt: quod ab se dona Corinthiorum legati nollent accipere: tanq̃ per illos sibi non liceret eo uti bono: quo reges uno uidẽtur feliciores. Quare cum is aliquando ad filium esset ingressus: uidissetque apud illum uim aureorum maximam argenteorumque uasorum: proh inclamauit pater fili in te rex certe non est: qui ex tanta uasorum copia: quæ a nobis accepisti: amicum tibi comparaueris neminem. Quid multis? Et beniuolentiam nobis apud alios beneficiis comparamus & laudem non uulgarem. Laude uero duci adolescentem non possũ non probare: Nam qui laudem amat: uirtutem quoq; amet: eamq; sequať necesse est. Id uero eo facilius sit facturus: quo studiosior fuerit disciplinæ. Nemo. n. quod ignorat: amare possit. His aũt disciplinis tibi opera danda est: qbus sapere discas nihil abiectum. nihil humile. nihil non admirãdum. Itaq; oibus in rebus te ingẽti atq; inuicto aĩo ingenio uero splendidissimo & acerrimo cupio ita præstes: ut nihil agas: nihil loquaris: nihil deniq; cogites: qđ sit aut ułgare aut excelsum minus. Quod ut cõmodius obsequaris:

eorum te uelim consuetudine delectari: qui te meliorem possint uel reddere: uel ostēdere. Non enim affert paruam, quandā laudationis uituperationisue coniecturā improborum aut proborū hominū familiaritas. Siqua nobis corporis cōmoda natura sunt optima: non iis absurde: sed ꝓ dignitate semper utendū est. Cum Alexander Macedo & leuitate & cursu ualeret plurimū: hortatus a patre philippo in olympiā ut curreret: nequaq̄ obtēperauit: inquiens: Facerem equidē mi pater qđ iubes perlibenter: si mihi cū regibus currendū foret. Et quoniā in ludi mentionē incidimus: eadē adolescentibus sit ludendi: quæ iocādi rō. Remittendi interdū sunt aī a rebus seriis & laboribus: quo paululum ueluti recreati alacriores redeant: unde diuerterant. Nec scurrarū more iocari nos cōuenit: nec itē ludere: ut aleatores solent. Sed quēadmodum sermo noster sparsim ac raro est in genus salibus condiendus: ita reꝝ gerendarum tædiū ac molem tēpestiua liberalium ludorū atq; apta uicissitudine leuari decet. Et hi quidē ludi uident̄ mihi maxime ꝓbandi: in quibus uis dexteritasq; ingenii corporis agilitati uiribusq; respondeat. Huiusmodi uero ludos palæstra præbet. gymnasiū. studiū. discus. pila. iaculum. arcus. scorpio. uēatio. troianum agmen. & oīs deniq; meditatio militaris. Sed nullus mihi crede neq; iocus nec ludus aut pulchrior ē aut laudabilior q̄ disciplina exercitatioq; uirtutis: cui si te totum penitusq; dedideris: & tibi honori maximo. & nobis oībus quos tua spes alit: icredibili iucunditati futurus sis. Id aūt hac una re facillime poteris & expeditissime consequi: si præstantissimū & fortunatissimū patrem tuum principē nostrum cum dicendo: tum agēdo quasi Ideam quandam intueri per oēm uitam effingereq; uolueris: quod ut facere contendas: te non solum hortor: sed etiam atq; etiam rogo & oro. Vale. ex Mediolano. xii. kal. martias. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Ioanni Aurispæ sal.

p Ollucem meum uidere cupio: Nam eius mihi præsentia uæhementer est opus. Quare ne istum patiaris apud te diutius hospitari: maiorem immodum abs te peto. Vale. ex Mediolano. xii. kal. martias. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Laurentio Vallæ sal.

a Vdio te reliquisse Alphōsum Regē & esse Romæ. Nec dubito te nihil pro tua prudentia fecisse temere. Miror autē cum ab Alphonso honorifice & ut accepi: cōmode tractareris: quid Romæ q̄ Neapoli hoc tempore uitam agere malueris: præsertim cū non sis nescius quos fluctus nauigaturus sis. Non enim ociosum te esse patiātur: qui uiros bonos eruditosq; insequi uel absentis consuerunt. Tibi autem ut omnia secunda sint: plurimum opto. Vale. ex Mediolano. xii. kal. martias. M.cccc.li.

Franciscus philelfus petro Thomasio philosopho medicoq; sal.

l Itteras tuas ultimas quas scribis dedisse ad Nicolaū barbū Ferrariæ ꝓconsulē: ut eas inde ad me daret: nūq̄ uidi. Miororq; qd in eā fuerit: qđ eæ mihi ita ut ātea tuæ alteræ: quas eidē uiro cōmendaras: redditæ nō sint. Quare si uidebit̄: rursus quæ scripseras: ꝓximo tabellario cōmittito: ut qđ maxīe cupiebā: iudiciū tuum nō ignorē. prospiciat Deus paci Italicæ ac musis: id qđ tāto studio atq; uotis opto: ut auidius nihil possim. Ex iis libris de exilio quos ad uos dederā: ab me duo desyderant̄: alter de infamia: alter de pauptate: q̄ seu apud te sint: siue apud meū Bernardū Iustinianū: uelim eos ꝓ singulari tua erga me beniuolētia diligēter ingras. inuētosq; ad me mittas. Desunt ēt Mediolanensia illa conuiuia: & cosmiana oratio. & duo hipocratis libri: quæ qdē oīa si minus in hanc diem habuisti: repetas uelim ab eodem Bernardo: ut ad me propediem perferēda q̄diligentissime cures. Quod si qui etiam apud uos fuerint: quos uostra iuuent: ob idq;

iis diutius uti uelint:fac ut libet:modo domini non oino obliuiscant. Vnum tibi bona fide polliceor:cum ista primú ad me reuerterint:noua alia ad te dabo:quæ ut existimo: iuuentuté uestram non mediocriter delectabút.præterea alia mihi in re tua opera opus est.Docet patauii medicinã Matthæus perusinus uir egregie doctus idemq; disertus: Is hét iam annos cõpluris duos illos Hippocratis libros:quos iápridé:ut nosti:in latinum uerti. Hos ut nomine meo repetas & ad me des:te plurimum rogo. Vale medicorum & amicorum decus.Ex Mediolano.xi.kal.martias.Mcccc.li.

Franciscus philelfus Francisco barbaro sal.

i Am pudet me repetere totiens libros illos:quos cum Cóstantinopoli agerem: ad te dedi.Video.n.ad id te nihil oino in hanc diem respondere.Nec satis itelligo sententiam animi tui.Non.n.iccirco tacere te existimo:quod meos mihi libros nolis restituere.Noui.n.& grauitaté & constantiam tuam. noui fidem. noui integritatem. Ad hæc ea es altitudine animi:ea quam græci μεγαλοπρέπειαν dicunt nostri uero magnidecétiam recte nominent:ut non modo quæ aliena sunt:nolis inuito domio:sed etiam tua q̃munificentissime in alium cóferas:præsertim eú:quem tui esse obseruantissimum nó ignores. Itaque te mi humánissime barbare rogo etiam atq; et am:ut meos mihi libros qui iam annos triginta hospitati apud te sunt:cótubernalis efficias:& id hac quidem lege:ut quem codicem ex oibus magis adamaris:eum tibi perpetuum esse:atq; tuum uelim.Vale.Ex Mediolano.xi.kal.martias.M.cccc.li.

s I grato in me aĩo esse uolueris: ut & esse debes: & ipse te futuꝝ puto: curabis oĩa quæ istinc decedens tuæ fidei mandaui: & amice & diligenter: in primisq;: neqd mihi detrimenti domi fiat: Nã te haud latet: quantus nunc fuꝝ numerus propter absentiã ciuiũ Mediolani ubiq; noctu atq; die insidietur: ut nullæ ædes satis aut clausæ istis aut munitæ sint. Quare tuæ fuerit curæ ac beniuolentiæ erga me: operã dare: neqd nobis surripiatur absentibus. Vale. ex Suburbano rure Cremonensi idibus Septẽbribus. M.cccc.li.

Franciscus philelfus sal. di. pl. Matthæo pisaurensi ædili curruli.

q Vod scire cupis: q̃ me hũane & liberaliter Cremonenses exceperint: accipies paucis. Me adueniẽtẽ uniuersa ciuitas & uidit: & honorauit egregie. Sed ubi accidit: ut mercenaria quædã mea serua pestilentiali morbo correpta: uitam subito deseruerit: tumultus ingens in urbe aduersus me exortus est: quẽ plebeia insania concitauerat: Nã qui uiri nobiles atq; boni eã urbem inhabitant: nihil huiusmodi non mõ non fecerunt: sed ne tẽptauerunt quidẽ. Sũ continuo cũ uniuersa familia urbe exclusus: & non sine magno quidẽ uitæ periculo. Vagabar in cãpo auxilii oĩs atq; opis expers. Nec quid consilii caperem: satis mihi erat in promptu: usqueadeo erã animo perturbato in tã repentino insanientiũ hoĩum motu. Tandem ubi paululũ plebeius ille furor sedatus est: præstãtes qdam pauci atq; boni ciues permodeste me adierunt: meq; hortati sunt: ut modice ferrem atq; æquo aĩo plebeiam illam stultitiã: quæ longe magis: q̃ mihi bonis oĩbus ciuibus permolesta extitisset. breui aũt fore ut illud oẽ erratum haud ignobili diligẽtia sarciretur. Meq; duxerunt in proximũ quoddam suburbiũ: ubi rus est ac uilla cuiusdam ciuis persechetæ. Vnde eiecto uillico: mihi uilla una cũ rure tradita est tantisper incolenda: donec publica diligentia aliter meæ & rei & dignitati prouisum fuerit. Cæterum in præsentia incõmodius agere nihil possem: Nam oĩa mihi desunt præter culices pulicesq; & muscas. Vale. Ex Cremonensi rure Suburbano. xvii. kal. octobres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Sceuæ corti equiti aurato ac iureconsulto sal.

c Vm istac iter facerem Cremonam petiturus: me uehementer hortatus es: ut placentiæ q̃ Cremonæ: donec Mediolãi pestilẽtia cessasset: agere mallem: Nec enim

ueteri te aiebas multo cōmodius me ac melius apud placentinos futurum:q̄ apud cremonenses. Quare cū uideā Cremonam eodē quoq; acerbissimo morbo laborare:quo Mediolanum:scīamq; q̄ tibi homini amicissimo & carus sum & perucundus:non mihi tus cōditionem accipiam:modo per te fiam certior:ne spem precio sim empturus. Itaq; fac:ppediem intelligam:quid me facere oporteat. Vale. ex rure suburbano. xvi. kal. octobres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Iacobo camerinati sal.

e Ttuā erga me uoluntatem nou laudare non possum:& istoꝝ negligentiam non detestari nō debeo:qui nihil eoꝝ oio agūt:quæ tu iis agenda iussisti: Non enim ii sumus:qui more scytharum solo utamur pro lecto:præsertim tādiu:& sine ulla nostra culpa. Accedit ad hanc difficultatē alia longe incōmodior:q̄d ne caupones quidem ulli nos dignos putant:quibus ullo nūmorum interuentu ea dent uænū:qbus sine uitam ducere nequeamus: Aiunt eni Guilhelmum nescio quem:hoiem:quātum uidere uideor circunforaneum ac plane barbaꝝ sibi iussisse non modo neq̄d nobis uel mercede ulla exhibeant:sed nec ēt uerbum nobiscū faciant. Istum aūt perditissimum Guilhelmum eiusmo di magistratui præfectū dicunt:cui talis potestas decreto publico data sit. Itaq; te rogo: ut uel consulas rebus nostris:queādmodum nudiustertius mihi coram recepisti: uel q̄d admodum malim:mihi abeunti potestas fiat: Vereor enim ne qui Mediolano pestilentiam fugimus:eam Cremonæ reperiremus i tanta rerum omnium difficultate ac tedio. Vale. ex rure suburbano. xi. kalendas octobres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Christoforo Marliano sal.

h Odie cum tibi primū facultas oblata fuerit:fac si me amas:ut te uideam: Sunt. n. quædam mihi tecum cōmentāda. præterea uacuus ne oio uenias:atramenti aliq̄ tulum tecū affer: Nam atramentarium meum æque sitit:atq; nos omnes. Xenophon filius petit abs te aliquātulum uernicis. Vale. ex suburbano rure. x. kal. octobres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Iacobo camerinati sal.

c Vpio quædam commentari tecum. Itaq; rem mihi pergratam facturus es: si cum quid otii hodie nactus fueris:huc te conferes:quandoquidem uos ad te ire barbaria ista non sinit. Arca illa uostra cum libris est etiam nunc sub Ioue. Vale. ex rure suburbano. x. kal. octobres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Ioanni iordani iurisconsulto sal.

p Ræterierunt anni iā triginta & amplius:postea ̄q nec uerboꝝ a me nec litterarum aliquid accepisti. nec ego item abs te: Idq; nō alterutrius uoluntas aut negligētia ulla fecit:sed longissima locorū interualla: Nam cum tu adhuc patauii operam dares iuri ciuili:ego a Venetis soluens in Thraciam nauigaui:quo græca sapiētia factus doctior maiori uel usui uel ornamēto latinæ linguæ futurus essem. Qua una re factum est:ut mutua scribendi uicissitudine priuati iamdiu fuerimus: Nam post annum septimum ubi in Italiam reuertissem:etsi eramus propinquiores:tamen cū temporū quoq; difficultas nobis fuisset impedimento:uterq; siluimus. Nunc uero cum ,ppiores facti essemus: tēpusq; ipsum nos mutuo ad scribendum hortaref:anteuertere q̄ anteuerti malui:quo intelligeres nullo amoris officio me posse abs te superari. Scire aūt cupio:q̄ belle ualeas: & quāta me beniuolentia,psequare: Nā ego te non diligo solū:sed ita amo:ut nihil ad cumulum addi queat. Valeo aūt pulchre. Apud Cremonenses uero ideo me recepi: qm̄ Mediolāi qua ipsa in urbe domiciliū mihi perpetuū constitui:pestilentia in dies magis atq; magis

imalescit incrudescitq;. Reliquũ est ut q̄diu in propinquo futuri sumus:q̄creberrimis iter nos litteris quotidie aliquid cōmentemur. Vale. Ex rure Cremonensi suburbano. x. kal. Octobres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Iacobo Camerinati sal.

e Xistimo tibi ab ingenuo adolescente Christoforo marliano ea oĩa uerbis meis renũciata:quæ a me mane corā accepit. Nihil autē aut temere aut minus consulto locutus sum:Rusticor enim ut nosti iam diē sextūdecimũ non solum incōmode:sed in maxima rerũ oĩum penuria. Quid mihi postridie sit agendũ:aut unde necessariis rebus subueniendũ:nō intelligo. Quare nō amicis solũ:sed mihi etiā ipsi iā molestissimus fieri icipio. Itaq; sũmopere te rogo:ut quæ tibi Christoforus nomie meo exposuit:hoc ipso die oio cōficias:quo qd facturus sim itelligā. Hodie mihi philosophica cœna futura est eaq; diogenica. postridie uero ne cum arida quidē Cerere mensam mihi futurā uideo. Vale. Ex rure suburbano Cremonæ. v. kal. Octobres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Mãsueto attēdulo abbati sal.

e Enũciauit mihi hesterno uesperi uir optimus amantissimusq; tui Iacobus camerinas instituisse te mihi dono datũ ire tritici sextarios decem. Quæ qdē res uix dici queat:quantā mihi uoluptatē attulerit:& id quidē nō tam ipso dono:qd' sane pulcherrimũ estq; bōitate ac liberalitate igenii tui:q nullo unq̄ ab me puocatus officio uolueris me tibi tā oportuno tam benigno munere deuincire. Itaq; habeo tibi imortales gratias. Tu aũt tibi uelim psuadeas:eum me esse futurũq; i dies:qui i te amādo cessurus sim nemini. Triticũ aũt ipsum tum mihi præbendũ curabis:cũ in urbē uenero: Nā ruri quo pacto sim usurus:nō satis intelligo::quanq̄ ne in urbe qdem fortassis eo mihi opus erit. Verum hac de re breui faciā certiorē. Vale. Ex Cremonensi suburbano rure. iiii. kal. Octobres. M.cccc.li.

Frãciscus philelfus Nicodemo Trãchedino sal.

q Væ tibi in ethruriā abeunti pro beniuolētia nostra mãdarã:nequaq̄ debes eē oblitus. Miratus aũt sum:qd' nihil postea respōdens nisi tua fortassis i urbē Romã festinãtior pfecto tibi fuerit ipedimēto:quo id florētiæ cũ mea gerere cōmode nō potueris:qd'tuis in cōmentariis annotasti. Hoc si ita est factũ:uelim in reditu ne ptermittas. Erit id mihi uehemētissime gratũ. Et ne tuas litteras frustra ad me des:ego hoc tpe ago Cremonæ acturusq; sum fortasse:donec pesti'entia Mediolani desierit desæuire. Iacobũ triu'cũ disertissimũ iurisconsultum ualere plurimũ opto in primisq; Aurispam meũ uirũ optimum & hominem doctissimum. Vale. Ex rure Cremonensi suburbano pridie kal. Octobres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Bartholomæo Melio sal.

q Voniã certo scio te uel rōne uel tēpore ea animi ægritudine quã nō mediocrem ex obitu dilectissimæ sororis tuæ & nobilissimi uiri cōceperas:magna ex parte liberatũ:nō sum ueritus uti officio tuo. Decreuerũt tui isti publici magistratus nudiustertius mihi iã licere urbē igredi atq; pro arbitrio meo icolere. Itaq; mihi ædes parãdæ sũt. Hac in re tua mihi opera opus est. Cupio mihi domũ cōduci in tēpus semestre & amplã & cōmodã. peto igit' abs te:ut hanc prouinciã tuorũ alicui deferas idq; q̄primũ. Nõ.n. te latet q̄to cũ icōmodo ruri sim. Nunq̄ equidē didici rusticari:q uel philosophari uel aliqd liberalius agere semper cōsueuerim. Hoc erit mihi tam gratũ q̄ qd' gratissimũ. Vale Ex Cremonẽsi rure suburbano kal. Octobribus. M.cccc.li.

Fráciscus phile'fus Michaeli rochæ grãmatico sal.

d Iligẽtiá tuá nõ solũ pbo:sed etiá laudo:Facis.n.& amice & liberaliter. Domũ mi
hi cõduci cupio tũ amplá:tũ etiá pulchrá.Quo i loco sita sit nõ multi facio: mõ
locus sit honestus ac musis:ut ita dicá:accõmodatus.Quod scire cupis:Næ græca dictio
est.& dipthógũ recipit.æ:quæ apud græcos p ai.scribit.& nisi diuidat eodẽ sono enun
ciat:quo apud latinos.æ.diphthógus:quá dicimus:Ná si diphthógus apd græcos eẽ de
sierit:eodẽ mõ pfert:quo apud nos.ai.diuisa.Vnde Virgilius græcos imitatus ait: Aulai
i medio pédebát pocula bacchi:pro aulæ.Næ igit p æ. diphthógũ scripta significat cer
te.ita.& uæhemẽter:uel etiá nimis secũdũ quosdá.Hac aũt dictiõe ita utunt latini poe
tæ pserti comio ut dica.symbolũ.strategi & aliis atq; aliis uerbis pluribus.Et ut ueniá ad
rẽ tuá:mihi cõueniẽtissime dici uidet apud Terẽtiũ.næ.pro uæhemẽter aut nimis:quáq̃
nimietas a uæhemẽtia nõ admodũ differt:Cũ.n.inqt:Faciũt næ itelligẽdo:ut nihil itelli
gãt:quasi qd qui magis q̃ opus sit:aliqd uel iquirũt:uel speculant:eoꝝ numero sunt ha
bendi:qui nihil itelligunt. Tu si secus putas:utere iudicio tuo : Ego.n.neminẽ mihi deũ
facere constitui.Ita etiá tibi:si sapias:faciundum existimo . Vale.Ex rure suburbano Cre
monæ.kal.Octobribus.M.cccc.li.

Franciscus philelfus Augustino Narinẽsi sal.

i Nstitui cõsiliũ tuũ seq:Ná qd me cõmonueris fore nostro pricipi nõ ingratũ: si
relictis Cremonẽsibus papiá q̃primũ cũ uniuersa familia concessero:puto nil te
mere te locutũ.Itaq; in crastinũ diẽ hinc soluá:qd eo facio libẽtius:nequa p me accedat
uel utilitas:uel uoluptas ad tuos istos barbaros:quos deus optimus maximus radicitus
pdat:idq; ppediẽ.Domũ át quá pararũt sibi ipsi habeát una cũ pestilẽtia atq; ignorátia
Vale.Ex rure suburbano Cremonæ quarto nonas Octobres. M.cccc.li.

Fráciscus philelfus Leodrysio Cribello sal .

a D sextũ idus octobres ueni Ticinũ ubi cõtinuus sum futurus:donec Mediolani
clæmẽtius cælũ spirauerit.Audio quas domi ad custodiá reliquerá mulierculas:
& matrẽ & filiá e uiuis excessisse.Nec de rebus meis domesticis posteaq̃ decessi Medio
lano:in hanc diẽ audiui qnicq̃.Nec possum non dubitare:neqd litigii per affines meos
aduersus me sit tentatũ.Itaq; te rogo:ut oía quæ mea iteresse iudicaueris: q̃diligẽtissime
odoreris:& ad me cõfesti scribas.Vale.Ex Ticino pridie idus octobres.M.cccc.li.

Fráciscus philelfus Bartholomæo congiæ equiti aurato sal

h Aud mea de te me certe fefellit opinio:Ná iápridẽ eũ te fore sum arbitratus :cui
pro tuis erga me beneficiis essem plurimũ debiturus & id certe cum superiori
bus mensibus re ipsa expertus sum:tum ita hoc tẽpore perspicere uideor:ut ea:quæ cer
nunt oculis.Non.n.ignoro benignũ & amicissimũ tuũ erga me aíum: Ná liberalissimus
uultus ipse tuus sic animi tui liberalitatẽ oũdit:ut me iam censeá oía accepisse:quæ tu da
re si ita posses:ut uelles:& magno ipse leuarer incõmodo:& tu nõ mediocrẽ gloriá con
sequerere.Debes.u.liqdo aíaduertere:q̃ mihi molestũ ẽ tádiu apud cauponẽ degere cũ
tali pserti & tã graui familia & ea delicata. Doleo át maiorẽ i modũ nõ mea solũ:sed mul
to etiá magis pricipis nostri cá.Quid u.dicat cũ ab ipsis hostibus:tũ ab uniuersa Italia:
cũ icrebruerit apud oés eá esse unius Frácisci Sphortiæ aut consuetudinẽ:aut fortuná:ut
uel nequeat uel nolit egregiis uiris opitulari & ea suppeditare:qbus sine uitá tueri ne
mo possit:Itaq; rogo te:ut qd spõte facis:uel mea etiá uel pricipis uostri cá nõ facias so
lũ sed efficias:hoc est:ut publica priuataue pecunia hunc eximas hac loci obscuritate:

qui uel lucem tenebris uel solẽ luci non minus solet q̃ potest afferre. Id autem eo facili
us sis facturus: quo scis mihil ad te detrimẽti pter breuissimi tẽporis incõmodũ perueñtu
rũ: Nam multo plus mihi debet ex ærario q̃ in psentia ab me petat. Ego uero is sum: q
bñficus supari nõ æquo aĩo sim ferre solitus: Nã si aliud nihil nominis saltem immorta
litatem iis qui bene meriti de me fuerint referre semper consueui. Quid uelim: paucis te
nes.. Vale. papiæ ex ædibus nostris. xvii. kal. Nouẽbres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Benedicto Nursino philosopho ac medico sal.

d Eburisti hesterno uesperi ex cõterraneo & affini tuo itelligere: qua i re mihi opus
est opa tua. Et qm̃ q̃ abs te amer: iãpridẽ noui: reliquũ ẽ: ut abs te petã: ne frustra
te admonitũ patiaris: Nã q̃uis omne tuũ mihi officiũ gratũ sit semp: hac tñ tẽpestate eo
erit gratius: quo magis est necessariũ. præterea quædã mihi sunt cõmẽtãda tecũ: quæ prĩ
cipis nostri uæhementer itersunt. Si huc minus ante pfectionẽ tuã es uenturus ad princi
pẽ: uelim me facias certiorem: an licet in præsentia Ticinũ incolẽtibus ad uos ire. Audio
enim huiusmodi & ciuibus & incolis propter pestilentiæ suspicionem ad uos iter esse i
terdiclum. Quod si secus mihi fore significaris: maturabo ad te q̃primũ. Vale. Ex papia
v. kal. Nouembres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Leodrysio Cribello sal.

f Ecisti: ut te decet: qui desyderio meo cumulatissime satisfeceris: Nõ. n. poterã nõ
subuereri: neq̃d litigii motũ eẽt ab iis: qui isidiis magis q̃ iuri fisi me absentẽ nos
sent. Id aũt ut metuerẽ Rainaldi Varidei: quẽ re meaæ abiẽs pcuratorẽ cõstituerã: silen
tiũ faciebat. Reliquũ est: ut si me amas quotiẽs ex tuis quispiã petit Mediolanũ: id qđ
existimo quotidie pp̃ter ppinq̃tatẽ tibi usu uenire: eundẽ cures accedere ad ædes meas:
& ex pxima uicinia q̃diligentissime sciscitari: noui ne qcq̃ acciderit. Quicq̃d aũt accepe
ris: id facito ut q̃primũ sciã. Vale. Ex papia nonis Nouẽbribus. M.cccc.li.

Frãciscus philelfus Sceuæ Corti iuriscõsulto & equiti aurato sal.

a Mbrosius gentilis derthonensis necessarius tuus: ut ipse ait: multis mihi in rebus
molestus est. Hunc igitur uelim moneas: ne sit aduersus me iportunior: Nã mihi
iam bilem mouet. Vale. Ex. Ticino. v: idus Nouembres. M.cccc.li.

Frãciscus philelfus Sceuæ Croti iuriscõsulto & equiti aurato sal.

n Olim mireris: qđ nullas ad te litteras dederi: posteaq̃ ueni papiam. Fuit. n. in hãc
diẽ: q̃ par esset: occupatior & priuatim & publice. Et quanq̃ nihil etiã nunc sum
nactus otii: uolui tñ itelligeres: quo in statu sunt res meæ. Ego: ut scis: iccirco Mediolanũ
liqui: quo me pestilentiali stragi illi surriperẽ icolumitatiq; seruarẽ. Itaq; apud Cremonẽ
ses me recepi: Sed cũ apud illos nullũ eẽ neq; musis neq; pbitati locũ re ipa cognossem:
uidissemq; nobilitati nihil oino: sed abiectæ sortis hoĩbus oĩa p libidĩe licere: intra quar
tũ & uigesimũ diem ex quo eo loci cõcesserã: inde solui ad Ticinẽses. Cumq; Ticinũ pe
titurus iter remigandũ remulco diuertissem i portũ istũ placentinũ: sum abs te humanis
sime simul honorificentissimeq; & exceptus & muneratus. Quæ res eo mihi iucundior
fuit: quo mora illa Cremonensis molestior fuerat. Ticinũ aũt ubi aduenĩ: omni sollicitu
dine sum reliqua liberatus: præter eã: cuius cã me a Mediolanensibus auocarã: Nam cũ
cætera hic me cõmoda plurimum delectant. Vrbis amœnitas: consuetudo ciuiũ: & quæ
ad urbanam uitam attinent omnia: tum ipsa disciplinarum & bonarum artium studia:
quibus omnibus Cremona est plane uacua. Sed unum est: quod me animo tranquillo
esse non sinit. pestilentia enim Ticinenses laborant etiam hi non mediocriter. Quare q̃

Mediolani diutius cauere non audebam: Ticini idem metuam necesse est: Neq; quid cō silii capiā: scio: Nā quotidie nauigare ac mutare solū constātis hois nequaq̄ ducitur. praeterea huiusmodi homines nō aequo aīo ab iis excipiunt qui benignius caelum incolentes bonae ualitudis rationem habent. Itaq; hic agere institui: donec solo Mediolanēsi sese numen clemētius praestiterit. Tenes rem meam omnem. Tu, fac: ut ualeas. & me ama. Ex papia. v. idus Nouembres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Nicolao Varoni sal. di.

p Vto iam antea redditas tibi litteras: quas quarto kal Nouēbres ad te dederā. Itaq; eo nunc breuior esse uolui: qm̄ tuā aliquā epistolā expectare incipiebā. Quod aūt me in p̄sentia ad scribendū ipulit: aliud nihil fuit q̄ desideriū plinii cōsequendi: eius inq̄: qui de naturali historia est inscriptus. Hunc. n. audio florentissimo tuo principi esse emēdatissimū Aurispae Guaryniq; eruditissimorū hominū diligentia. Itaq; eū mihi excribi cupio & id quidē istic apud uos: si quis nō indoctus librarius iueniri queat. Ad haec abs te cupio fieri certior: an ulla sint tibi uel Themistii uel Alexandri aphrodisiei cōmētaria in Aristotelis libros: quos aut in actiua: aut i speculatiua philosophia summus ille uir doctissime simul elegātissimeq; scripsit. Hoc erit itē mihi uehemēter gratū. Libenter eni sapiētiā cū eloquentia cōiungo. Vale. Ex Ticino. xv. kal. Decēbres. M.cccc.li.

Frāciscus philelfus petro Thomasio philosopho ac medico sal.

q Vot ego ad sextilē litteras ex Mediolāo ad te dederim: nō es ignarus: ut existio. At ego si quid respōderis iccirco sum nescius: qd̄ uitae a pestilentiali iternicio seruādae cā: inde paulo post solui Cremonā. v. idus septēbres. Ex Cremonēsi aūt solo rursus principis iussu ad Ticinenses me recepi septimo idus octobres: Vnde eadē ratione i hanc diē otius ad te nō scripsi: quod nulli nūcii neq; hic neq; Cremonae itē offerrentur: qui meas tibi litteras essent redditturi. Et nūc quoq; & si nō satis scio: q̄ tuto litterae meae committantur: nolo tamen putes me sententiam mutasse. Issem enim ad uos: ni me pecuniae defecisset. Itaq; uelim ad ea: quae scripseram: q̄primū respondeas. Vale. Ex papia. xv. kal. Decembres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus petro Thomasio philosopho ac medico sal.

q Vod nudiusquartus aliis litteris tibi significaui: Tionū concessi. Nullus enim opportunior locus potuit offerri Mediolanensis pestilentiae stragem effugere cupienti: Nam nec licebat abire longius. Te igitur uehemēter rogo: ut ad ea mihi respondeas: quae saepius i uniuersum sextilē ex meis litteris accipere debuisti. Id erit mihi gratissimū. Vale. Ex. papia. xii. kal. Decēbres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Ciccho calabro ducali secretario sal.

g Raue mihi & p̄molestum est ea premi necessitate: ut principē uostrum linquere oīno cogar. Quid. n. frustra tam iutiliter diutius tempus terā: Video me nostro principi esse carissimū nō tam meis meritis q̄ benignitate sua. Quid. n. mereri aliud studeam q̄ pro dilectione fidem pietatemq; referre: Ad Apollinis citharam musae canunt. Qualis sonus talis etiam cantus. Nihil mihi eorū omnium obseruatur: quae uel gratissimus uel munificētissimus princeps iussit. Itaq; iam hinc icipio rebus meis consulere. Nisi breui cōstituta pecunia respōderit: me aliorū pricipū aeri obstringā: apud quos post anni curriculum cū primū uer aduenerit: me recipiā. Sic. n. ueluti spe, p̄missioneq; delusus neq; principis gloriae studeo neq; meae: Nā aeget animus studiosis in rebus imortalitatemq; molientibus recte agere nihil queat. Tranquillū esse ingenium laetumq; oportet: si quid

aut egregii aut magni ex sese uelit educere. Breui quid facto sit opus: potes intelligere. Vale. Ex papia. v. kal. Decembres. M.cccc.li.

Franciscus philelfus Nicolao Varoni sal.

e Tsi ad quintũdecimũ kal. decembres scripsi ad te: quantũ pro tempore opus fuerat: tamen quia sum nescius: acceperis ne an minus acceperis litteras meas: uolui rursus eadẽ tecum agere. pliniũ de naturali historia uehementer cupio. Audio hunc esse apud uos diligenter emendatũ. Si istiusmodi exempli facultas mihi futura sit idq; ferrariæ: curabo q̃primũ excribi. Nec.n. dubito studiosum istic librariũ inueniri: qui huiusmodi sit munere functurus. Itaq; tui uel officii uel humãitatis fuerit: ut me facias ꝑpediẽ certiorẽ: quid hac de re possim sperare. Vale. Ex papia idibus Decẽbribus. M.cccc.li.

Frãciscus philelfus Sceuæ Corti iurecõsulto: & eq̃ti aurato sal.

p Rocurator tuus eoꝝ quæ abiens iusseras: egit oĩo nihil. Quotidie nouã spẽ affert: quotidie uerba dat: Qui quoniam quam de te fidem mihi coram sancteq; recepit: fallere sæpius non dubitat: te amice moneo: ut uel a gerendis negociis eum auoces: uel ut se grauitate tua non indignum præstet: quãprimum cures. Vale. Ex. Ticino xiiii. kal. Ianuarias. M.cccc.li.

Frãciscus philelfus Nicolao Varoni sal. di.

q Vas ad. v. idus octobres suauissimas ad me litteras dederas: quartodecimo kal. ianuarias mihi redditæ sunt papiæ. Nõ enim me Cremonæ offendere potuerũt: Nã id loci multo ante iccirco reliquerã: qm̃ nullum esset apud Cremonenses musis hospicium: & sum præterea cõmonefactus me rem facturũ meo principi gratam: si papiæ tantisper agere mallem: dum Mediolani pestilentia fureret. Atq; fuit tua mihi epistola ꝑiucunda: quippe quæ eum te ostẽderet: quẽ semper amicissimũ essem expertus. Itaq; nõ possum nõ lætari: quod te itelligã amori meo nulla ex parte cedere. Nec.n. moleste laturus sim: q̃d te amando superatũ iri nullo pacto patiaris. Vir plane philosophus es: q tanti uirtutẽ officiũq; facias: ut ea re nobis a uiro etiam amicissimo superari. At ipse quoq; Nicolae omnẽ sim aduersus te pugnã certamenue initurus muneris pulcherrimi huius gratia. Eo.n. re magis amo q̃ amer abs te: quo magis meritis tuis amandus es. Quod ãt polliceris operã tuã: sicut uel ornamẽto uel usui florentissimus princeps tuus uel potius noster mihi futurus sit: nõ audio ĩuitus. Sed qm̃ ipse ꝑpulchre nosti: quid mihi cõducturũ sit uel ad dignitatẽ uel ad rem: nihil est: quod te magis admonẽdũ putẽ. Vale. & communi principi me cõmenda. Ex Ticino. xiii. kal. Ianuaris. M.cccc. li.

Frãciscus philelfus Ioãni palæologo Marchioni mõtisferati sal.

a D pristinã meam erga te obseruantiã tantũ nunc cumulum addidisti uoluntaria tua atq; alacri benignitate: ut in te obseruando nemini istoꝝ oĩum sim cessurus: quos magis intimos & domesticos habes in primisq; carioris: Nã tametsi quicquid benefice in quẽpiam cõfertur: plurimi fieri oportet: illud tñ lõge pluris mea sñia: quod nullo uacat officio: & ois: ut ita dixeri: numeros cõplectitur. Dedisti tu quidẽ homini obseruantissimo tui nominis & gloriæ: & id quidẽ tempestiue & libenter & large. præstitistiq;: ne hic diutius inutiliter tempus tererem. At nihil prorsum est abs te prætermissum: quod meis uel emolumentis uel honoribus conducturum opinareris. Itaq; tibi gratias ago quam possum maximas. Teq; rogo oroq;: ut nullam rem esse putes neq; paruã neq; magnam: quam non sim tua causa strenue: diligẽter: fidelissimeq; & cõstantissime obiturus. Vale. Ex Ticino. vi. kal. Ianuarias. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus Blaſio axereto equiti aurato ſal.

q Væ uobis ſunt:ea ut noſti:nobilitata iápridé & ab omnibus decantata lege amicitiæ:cõmunia eſſe oportet. Quo fit:ut pati noluerim hunc iſtũ a quo meas litteras accepiſti:amicũ eſſe mihi ſoli:quin eſſet etiá tibi. Idq; ipſe quoq; uæheméter optat. Et eſt pfecto tanta humanitate táta uirtute uir:ut nõ modo reiciẽdus uõ ſit:ſed admittendus potius & libẽter ſane atq; honorifice admittẽdus. Reliqua.n.ex eius præſentia cõſuetudineq; cognoſces. Vale. Ex papia. vi. kal. ianuarias. M.cccc.li.

Fráciſcus philelfus Iacobo camerinati ſal.

q Votiens mecũ repeto Cremonenſem illá ruſticitatem:totiens riſu magis atq; magis moueor: Ná qua ſtulta ratione Cremonenſes ducebant:ut quẽ tanto uidebátur opere deſyderare:eũ ruri ueluti relegarent? Nõne tibi relegatus uidebar:cũ illinc abire nõ liceret: At metu peſtilentiæ id egerunt:ne qui Mediolão ueneráːlliuſmodi morbi genus mecũ afferrẽ. At longe magis Cremonæ q̃ Mediolái peſtilentiali morbo laborabatur. præterea quid deliquerat mea ſupellex illa & arca cũ libris ac pecunia: quam in padi ripa furibus ac latronibus expoſitá eſſe uoluerũt? cũ nemini baiulo poteſtatẽ darẽt ea in re ſubſeruiendi mihi. Itaq; abeant in rem malá Cremonenſes tui: & tu itẽ cũ iſtis: ſi dignos putas:quibus ignoſcá. Vale. Ex papia. vi. kal. ianuarias. M.cccc.li.

Franciſcus philelfus Nicodemo Trãchedino ſal.

u Ideo te tádiu meminiſſe philelfi tui:dum pſens es: & corá quem diligis:intueris. At ſi plane quid amicitiæ munus poſtulet:teneres. etiá cum abes:me tecũ eſſe & pernoctare & colloqui cenſeres:id quod minus apud te fieri eo magis miror: qd ego te ſemper uidere uideor & cõplecti & oſculari:ſimulq; rogare:quid tandẽ actũ ſit de ratiuncula illa noſtra pecuniaria: & an mihi fortaſſe fumũ uendideris. Ita.n.uidetur: quádo quidẽ quod exotaſſe te mea cũ Alexandrum non ſeuerũ illũ:ſed florentinũ ficoſum iſtũ affirmabas:nulli omnino uſui mihi eſſe cognoſcam. Quod ſi uerconii turrini factũ meminiſſes:aut nihil temere affirmaſſes:aut fumo Verconii te obnoxiũ eſſe indicares. Veruʒ hæc iocati ſimus. Tu ſi me amas:cura:ne mihi diutius ab amico nugatore uerba dentur: quæ non tam inutiliter emere:q̃ pulcherrime uendere conſueuimus Vale.. Ex papia. pridie kal. ianuarias. M.cccc.li. Franciſcus philelfus Nicodemo Tranchedino ſal.

e Tſi arbitror ex Colũbano te factũ iri certiorem:q̃ mihi moleſtum ſimul incommodũq; fuerit:quod meæ illæ pecuniolæ tardius ad me ierũt:te tñ ea de re commonendũ putaui:ut intelligas etiá meis litteris nihil te potuiſſe hoc tẽpore mihi gratius facere q̃ quod admodũ tẽpeſtiue & iucũdiſſima ſimul epiſtola & diſſolutione alieni æris adfueris. Itaq; habeo tibi gratias:q nõ ſis paſſus diutius mihi incõmodari uel cum aliquo labore tuo. Ficoſum aũt illum dii deæq; omnes perdant:qui auaritiæ ſuæ ſorditatiſq; maluerit:quam uel amicitiæ uel officii meminiſſe. Vale. Ex Mediolano. pridie kal. ianuarias. M.cccc.li. Franciſcus philelfus Iacobo Bichetho ſal.

t Vũ cõſiliũ ſum ſecutus. Adiui:quos iuſſiſti. perhumaniter oẽs pamiceq; rñderũt Sed eo in te uno maior ſpes mihi cõſtituta eſt:quod es & bonus & mecũ uetere beniuolẽtia cõiunctus. Itaq; tuũ fuerit qd munus perbenigne aggreſſus es:id recte & ex ſnía tua meaq; abſoluas. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris pridie kal. ianuarias. M.cccc.li. Franciſcus philelfus Materniano braſchæ ſal.

q Vod hortatus es:fecimus. puto omnia nobis ſecunda fore:ſi rem capeſſere uolueris ea diligẽtia:qua ſemp cõſueſti: Id qd ut facias te plimũ rogo. Vale Medio

lani.Ex ædibus nostris pridie .kal.Ianuarias.M.cccc.li.

Francisci philelfi Epistolarum Liber Decimus .
Franciscus philelfus Blasio Axereto sal.dicit .

Fui Laudem ueni rei priuatæ gratia atq; meæ ad pricipem:quam pu
to me ex sentétia mea cófectur.Offendi hic genuéses nónullos: ex
quibus cũ de te quæsissem:oés optata mihi renunciarũt : qppe qui
h dicerent bene ualere te atq; frui ocio.Quod audiés sum pro nostra
beniuolétia uehementissime lætatus:Nam tuá oém iucunditaté mihi
iucũdissimam esse iudico ac uolo.Cupio aũt fieri abs te certior:qui
sit fructus ocii tui:Nã frui ocio:ut desidiosi atq; inertes solét:qui so
mno & uentri sese dediderũt:nou multũ differre puto a pecudũ uita : quæ nihilo dele
ctant nisi iis:qbus sensus leuiter suauiterq; mouet.At ego re ab eiusmodi fructu ocii ali
enum arbitror.Non.n.te latet ea esse ppria hois munera:ut uel agat aliqd semp dignũ
natura sua aut itelligat:quorum alterum est animi totũ ob idq; diuinũ maxie:alterum uero cor
poris cõsilio tñ atq; imperio animi obtéperantis.Vtrunq; te pulcherrime posse facere ñ
ignoro:Nam & doctus es & prudés. per doctrinæ præstantiá in eorum cognitióem ueni
mus:quibus dei reddimur simillimi.prudétia uero qd in rebus humanis expetendũ ui
tandũq; sit:quæ cõmoda sequi:quæ aspernari oporteat incõmoda: facile oũdit.Satis ex
his debes intelligere:quid abs te uelim.Legisne aliquid: an rusticaris?Vale.ex Laude kal.
Ianuariis.M.cccc.lii .

Franciscus philelfus Nicolao frægoso Genuensi præfecto sal.

e Xistimo ppediem fore:ut filius mihi dilectissimus Ioannes Marius Mediolanũ
rediturus faciat istac iter:qué etsi certo scio abs te oia mea causa exoraturum: tamé
uolui itelligeres nihil te mihi gratius facere posse:q̃ si dederis operã:ut & tuto & q̃facil
lime & q̃primum ad uos eat:Vale.exMediolano idibus Ianuariis.M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Nicolao uaroni sal .

i Am diu nihil de te audio.Itaq; non possum nõ timere:neqd tibi: quod nolim :
acciderit.Quare si me amas:leua me hac omni sollicitudie.Hoc mihi uix facere
gratius hoc tempore qcq̃ potes.Vale.Ex Mediolano.x.kal.Februarias. M.cccc.lii .

Franciscus philelfus petro perleoni sal .

l Aurentiũ nostrum uelim causa mea diligas:eiq; qbuscunq; rebus poteris faueas:nõ
uerbo solum:sed multo etiam magis opera.Hoc erit mihi admodum gratum .
Vale.ex Mediolano.xi.kal.Februarias.M.cccclii .

Franciscus philelfus Ioanni aurispæ sal .

a Eque mihi amicus é:qui tibi meas reddidit litteras:atq; tibi:qui eas scripsit:Ita
q; hũc etiam mea causa in amiciciam uolo admittas:& quibus erit opus: studiis
oibus prosequaris.Vale.Ex Mediolano kal.Ianuariis.M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Baldassari rifino sal.pl.dicit .

a Cursius pisanus cognomto bõus cũ eét ab me rogatus:ut.xii.illas plauti cõœdi
as:quæ pximis ãnis sunt i Italiá aduectæ e Germania:mihi excriberet:earumq; exé
plar a te peteret:rñdit parti phũaniter parti diffidéter : qppe q diceret se mihi plibéter
gratificaturum:sed te nẽini eiusdé exéplũ crediturum.Itaq; facito:si me amas:ut qđ de te bonus

accursius dubitarit:mendaciū dixisse uideatur.Sic enim ēt intelligemus:q̄ ipse de sese ue tus esse uelit.Vale cū tuberibus tuis.ex Mediolano.xi.kal.februarias.M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Matthiæ triuiano sal.

s I me amas:sicuti certe facis:uelim:q̄primum adeas Cicchum nostrū:eumq; roges meo noie:ut litteras talis det ad hos ducales rei pecuniariæ magistros:quales ma xime oportet:Nā hi ut sunt hoies strenui:nūmos semper cudunt:excudunt aūt nūq̄.Ma lumbriana uero grauitas ne tādiu sit grauis:cupio:Nā comitē Lodouicum scio esse mei permemorem:sed puellaris ludicri multo magis:cui ꝓfecto si pedibus caueret:longe mi norem operam ipenderet.Vale.ex Mediolano.xi.kal.februarias.M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Lodouico gonzagæ principi Mantuano sal.pl.d.

p Roximis diebus litteras ad te dedi:qbus itelligere haud obscure potuisti: quam mihi rem gratā eandēq; admodū necessariam facturus esses:si q̄primum ad id qđ petierā:te humanū ut soles semper:benignūq; præstitisses.Nunc aūt quod scriberē:noui nihil acciderat:nisi ut te rogarem:orarē:obsecrarē:id pro aī tui magnitudine efficeres:ne me cōctando ambiguum ex certo redderes:Nā etsi tua erga me dilectione mihi certius eē uix quicq̄ pōt:uereor tn̄:ne quandoq;dilectio cū difficultate certamen incat.Sed quo quo bonū difficilius est:eo carius & laudabilius duci solet.Itaq; sic difficultatē istam:si qua tandē nou tuo:sed fortunæ uitio apud te est: beneficentia atq; industriā superabis: nihil apud me gloriosius:nihilq; magis obseruādum:colendum:prædicandum: te muni ficentissimo principe futurum est.Vale.ex Mediolano.xi.kal.februarias.M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Lodouico casellæ sal.

n Arrauit mihi Marius filius:quanta se modo humanitate Ferrariæ exceperis:utq; nihil prætermiseris:qđ sibi conducturæ existimasses.Habeo tibi gratias: qđ oī in re beniuolentissimū tuum erga me aīum assidue declares.Vellē aliquam mihi occasionē offerri:qua tua cū dignitate & cōmodo meū in te amorē liquido cognosceres.Intellige res profecto neminē esse: cui carior sis q̄ mihi. Quam q̄dem rē qm̄ tibi perspicuam esse arbitror:reliquum est:ut me diligere amareq; perseueres.Id aūt cumulatissime te præsti tisse iudicabo:cū operam dederis:ne frustra ad tuū præstantissimum & ingenti aīo prin cipem scripsisse uidear.Vale.ex Mediolano.xi.kal.februarias.M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Lodouico Gonzagæ
Marchioni mantuano. sal.pl.d.

q Vod perhumaniter ut semꝑ oīa soles facturum te receperas:id ꝑbenigne ad con stitutum tēpus ac munificentissime effecisti.Quæ res uix dici queat quantā mihi uoluptatē attulerit:cum intelligo i dies magis magisq; te dissimillimū esse multorū prin cipum:qui pollicitis liberalissimos se præstātes sunt dissoluendo aut auari aut difficiles. At oē liberalitatis munus laudari tū maxime debet cum uel sponte fit uel libēter: Nulla enī uirtus est:cuius actio fuerit cum aī ægritudine:Id quod etsi uirtutibus oībus est com mune:nulli tamen magis est proprium q̄ liberalitati ac beneficētiæ.Hanc aūt laudem ad gloriæ tuæ cumulum accedere non possum equidē pro mea erga te obseruantia:nō ma gnopere lætari.Vellem aliqua mihi facultas esset:qua intellligere perspicue posses: quan tus est amor in te meus:quanta fides:quanta pietas.Sed ne sim longior:q̄ te uelle ꝓ ma gnitudie animi tui animaduerto:habes me tibi totum uel peculiari quodam iure ac pla ne tuo.Quid enim tua causa nō audeam:cui me uideo esse carissimum?Vale.Ex Medio lano kal.februariis.M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Nicodemo Tranchedino sal.

o Mnia sunt desyderati tardiora: ob idq; usl sollicitudis plena. Itaq; potes intelligere q̄ mihi rem gratã facturus sis: si ad ea oia mihi q̄primum respõderis: quæ mea in teresse cognoris: ut primisq; an liceat istac per fidem publicã iter facere ad Alphõsum re gem: id qđ ab ornatissimo eqte aurato Angelo acciolo ut meo noie petas: uolo. Is.n. mi hi hinc abiens pollicitus est nihil se omissuræ: quo mihi gratif. caret. Vale. Ex Mediola no. xi. kal. februarias. M. cccc. li.

Franciscus philelfus Nicodemo Tranchedino sal.

s Criptis iam & obsignatis superioribus litteris reddita mihi est epistola tua: quæ cum serius respõdeat nõ minus honestam q̄ necessariã fuisse exposuit. Quod op timo erga me aio esse affirmes Cosmũ medicem uirũ illustrẽ: uehementer gaudeo: cui ut in amore officioq; respondeã: dabo operã diligẽter. Quod istac iter facere pfecturus ad regẽ tuto possim: etsi ita futurũ spero iustitiæ fisus: nolim tñ fabis caput cõmittere: ne for tasse per imprudentiã nigræ uertereñt in albas. Quare si publicæ fidei litteras ire ad me ui dero: utar aicoræ tuoq; potissimũ cõsilio. Sin secus fuerit: iter capiã per flaminios. Carmio riolũ suauissimi Andreæ nostri alamãni in dies expecto. Faciat deus: ut capreæ iã incessu: q̄ testudinis uti malit. Vale. ex Mediolano. x. kal. februarias. M. cccc. lii.

Franciscus philelfus Angelo Acciolo equiti aurato sal.

e T quid ego cũ hic esses abiturus: abs te petierim: & q̄ mihi plibẽter ipse corã re ceperis te facturũ: qđ petieram: tum ego memoriter memini: tũ ipse oblitus esse non debes: Nam q unus oium officiosissimus esse in aicos soles: q fieri queat: ut mei nõ memineris: quẽ sciam tibi esse carissimũ: Quã qdem meã de te opinionẽ ut re pñti cõfir mes: tui ẽ uel officii: uel hũanitatis. Mihi certe rem feceris adeo gratã: ut aliud hoc tẽpo re gratius nihil possis. Vale. Ex Mediolão. x. kal. februarias. M. cccc. lii.

Franciscus philelfus Nicolao Varoni sal.

m Iror moleste tulisse te: qđ in litteraræ mearæ iscriptionibus ab me sis & philoso phus & medicus appellatus. At ego cũ te scirem iãpridem artium: ut ui'go uo cãt: & medicinæ patauii donatũ insignibus: id qđ honori maxio ducis: te tuis titulis de coratũ uolui. Quare aũt nolis honorari: non itelligo: ni fortassis medicoræ mathula tibi odio est: quasi minus i maxia semp laude apud ois nationes fuerit medicina: cuius inuen tio i Apollinẽ refert. estq; disciplinaræ oium prima. Erras tu pfecto: qđ ita sentias. Esseq; ti bi uideris inimicus: q tibi tanq̄ ignominiæ ducas: qđ honori fuisse Achilli Homerus in Iliade optius ẽ testis: cũ ille ex acris intẽperie atq; ui solari de pestilẽtia iudicũ tulit. Ve

rũ cõtendere tecũ nolim: Nã neq; philosophiæ te posthac neq; medicinæ laudabo: q utra q; disciplia excellis plurimũ. Interim uelim mihi ignoscas: qđ te plus amarim: q̄ ipse abs te amaris. Vale. Ex Mediolano. x. kal. februarias. M. cccc. lii.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

f Ac to q̄primũ adeas meo noie cardinalẽ Nicaenũ Bessarionẽ: atq; ab eo petas: mihi ut cõmodet in mensem unum Sextũ Empiricũ ex ipapatetica disciplina phi losophũ & acutũ & eruditũ: Nam is est etiã mihi est: sed pluribus i locis: ut ita loquar: sere stratus. Itaq; ex eius codice: si melior fuerit: cupio meũ emẽdare. Sin fortasse deterior fu erit: emendatior redibit ad dominum. Quod si suum codicem peregrinari fortasse nolu erit: meũ istuc si ita maluerit: ppediem mittã: modo ipse huiusmodi emẽdandi puinciã cuipiam delegauerit. Vale. Ex Mediolano. x. kal. februarias. M. cccc. lii.

Franciscus philelfus Galeacio episcopo mantuano sal.

c Vm litteris Xenophontis filii factus certior quæ humanæ & perbenignæ tuæ ad me epistolæ responderam:ea nunq̃ ad te peruenisse. Itaq; paucis quasi repetã:quæ pluribus scripseram. Habeo tibi gratias imortalis:qđ me prius amaris:q̃ uł cognoris:uel uideris. Quod aũt Xenophonta filiũ in tuã caritatẽ admiseris:uix dici queat:quanto me censeam beneficio abs te affectũ:quippe q filium non dubitem in uirũ optimum breui euasurum:si tuis se moribus sanctimoniaq; ibuerit. Reliquã uero benignitatem tuã: quã mihi tam alacri aio polliceris:libenter audio:ãplectorq; libentissime. Quid aũt sim tibi relaturus pro talibus tuis erga me meritis : aliud maius habeo nihil nisi me unum fore: quem peculiari quodam iure tuum semper possis existimare. Vale. ex Mediolano. x. kal. sextiles. M.cccclii.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

q Vod Turci Constantinopolin premunt obsidiõe:fero pmoleste. Reliqua uero quæ scripsisti:me oia delectarunt:in primisq; qđ præsuli tuo carus iucundusq; sis. Incumbe mi fili:& te ad istius inocentissimi & sapientissimi uiri continentissimos modestissimosq; mores effinge atq; compõe. Hac una re nec mihi facere gratius quicq̃ potes: nec tibi laudabilius. Vale. ex Mediolano. x. kal. sextiles. M.cccclii.

Franciscus philelfus Bernardo Iustiniano Leonardi filio sal.

p Etrus Thomasius doctissimus philosophus & eloquẽtissimus medicus cõmõuit me suis litteris scripsisse te mihi iampridẽ:dedisseq; tuã ad me epistolã per id temporis uiro patricio Nicolao Barbo ad Nicolaum Varonem:ut is illas cõtinuo & commode ad me daret. Ego aũt neq; tuas neq; Thomasii litteras in hanc diẽ accepi. Quare uel Varoni litteræ ad me datæ non sunt:uel ex fortassis ob iter interceptæ. Itaq; rogo te: ut humanitatem paternã moresq; imitatus nolis in scribendo esse difficilis. curaq; si me amas:ut oia ad me diligenter scribas:quo℞ me desyderio teneri iandiu itellexisti. Vale. Ex Mediolano. iiii. kal. sextiles. M.cccclii.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

a D decimũ kalẽdas sextiles simul cũ meis litteris ad pontificẽ mantuanum scripsi ẽt tibi:quantũ per id tẽporis tua interesse nostraq; uidebaẽ. Nunc aũt quod nolo:paucis accipe Diodori siculi qui uniuersam historiã non græcã & latinã solum:sed ẽt barbaram græce scripsit:mihi sunt ab initio sui operis libri quinque. Audio in Italia his plures esse:quo Christoforus garattonus choronensis episcopus qui a Turcis modo occisus est:aduexit ex græcia. Volo rẽ diligentissime odoreris:an ii Romæ reperiaẽ. quod si ita sit:fac me q̃primũ certiorẽ:an istic librarius græcus sit ullus:qui id operis excribendum assumeret. Tu interim operã dabis:ne te musæ destituant:quod facile cõsequeris:si litterariæ malueris q̃ pecuniariæ rei hẽre rõnem. Vale. ex Mediolano pridie kal. sextiles. M.cccclii.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

q Vod pridie kalendas Augustas cũ ad te litteras dedi:scribere sum oblitus:est mihi nuper renunciatũ quod carmen ad Baptistã Alberthũ ãno supiore ex Cremona scripserã:id ei redditum nõ fuisse. Quod ue℞ ne an falsum sit:nescio. Tu qui Romæ nũc agis:poteris intelligere:qđ in re sit. Ego carmẽ ipsum dedi ad te:ut si minus sit: q̃primũ isti reddendũ cures. Ad hæc me uelim facias certiorẽ:qđ de Diodoro siculo iusserã: pterea:siqd de re cõstantinopolitana est auditũ:qdq; istic patriarches aut egerit aut acturus apud pontificẽ maximũ speraẽ. Tu ne tibi desis:q̃diligentissime puideto:hoc est:ne musarũ hospitio asperneris. Vale. ex Mediolano. v. idus sextiles. M.cccclii.

Franciscus philelfus Bbptistæ Albertho sal.

d Ederam ad te anno superiore kal.octobribus ex Cremona carmen non tam uo luptatis capiũdæ q̃ ueluti renouãdæ ueteris amicitiæ gratia.Sed id cũ tibi non esse redditũ accepissem:iccirco iteꝝ dandum iudicaui:ut & tibi aius meus fieret explorati or:& ipse ne frustra quicq̃ uel lucubrasse uel lusisse possem existimari.Nã æque uerũ:ut nostiatq̃ ipsa delectari cõsueui.Nec alienum censeo ab officio meo:ut quoscunq̃ hone stus mihi amor coniũxerit : eosdẽ honestus quoq̃ memoriæ labor monimẽtis litteraꝝ mecũ perpetuo cõseruet.Quare cũ absoluto iam uersibus decẽmilibus satyraꝝ opere ad lyricos modulos retulissem:in primis etiam tu:qui ab omni satyra tãq̃ abhorrueras: occurristi:quẽ inter familiarissimos cõmemoratione nulla obliuio aboleuerit. Itaq̃ id carminis iteꝝ ad te dedi. Tu uelim tuũ des ad me Momũ:quẽ audio:si adhuc eũ absol ueris. Vale.Ex Mediolano v.idus augustas.M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Nicolao Varoni sal.

p Etrus Thomasius præclarus ĩ philosophia uir atq̃ idem disertissimus medicus : mihi nup scripsit mirari se:q̃d nihil unq̃ ad ea respõderim:quæ ãno superiore & ipse & uir patricius Bernardus Iustinianus Leonardi filius ab me litteris petiissent.Huic ego cũ respõdissem nullas p id temporis neq̃ suas nec Bernardi litteras mihi redditas : monuit rursum eas abs te repeterẽ:quippe cui uir nobilis Nicolaus Barbus illas tibi ad me dedisset.Quare si ita effecerit mihi facies admodũ gratũ:si ostenderis : quid ea de re actum sit.Vale.Ex Mediolano kal.Septembribus.M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Francisco Scalamonti equiti aurato sal.

a Ererer pfectõ:ne tu me uel obliuiõis uel negligentiæ accusares:quod iam tot an nos nullas ad te litteras dederim.Sed eo te puto in me esse æquiorẽ: q̃ tãpridẽ cognoris eo me esse igenio:ut neq̃ hoĩem amicissimũ obliuisci queam:nec ullã p nemo dũ uirtutem offem patiar:qua magis delecter q̃ diligentia & officio.Dedi ad te litteras bis & iteꝝ:postea q̃ tu nihil respõderas:Dediq̃ ad te libros de exilio:qui ubi post non paꝝ temporis ad me reuertissent:renũciarunt nequaq̃ te offendisse : quippe qui abesses Anconæ in Dalmaciã.Miratus autem sum:ubi redisti Anconam:nihil oĩo scripsisse mihi. Itaq̃ tibi cauendũ est: ne aut negligentiæ accuseris:aut obliuionis:Cæteꝝ dãda est opa: ut q̃d tempus intercepit:reficiat diligentia:hoc est:ut q̃sæpissime ad me scribas:id quod me tecũ obseruatuꝝ bona fide polliceor.Vale.Ex Mediolano Nonis Septẽb.M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Nicolao Varoni sal.

n Vdiusquitus alteras ad te litteras dedi:quibus ostẽderam me nup factũ a petro Thomasio ex Venetiis certiorem ẽo supiore cũ me Cremonã recepissem:& su o & Bernardi Iustiniani noĩe tibi ab Nicolao Barbo litteras ad me datas : quas eqdem ipse nunq̃ accepi.Itaq̃ rogo te:ut me q̃primũ cõmonefacias:siquid hac de re certi habes. hoc erit mihi uehementer gratũ.Ad hæc fore ex te cupio:qua uia plmũ de naturali histo ria mihi cõparare queã.Audio.n.hũc esse apud uos doctissimi Aurispæ Guarinicq̃ diligẽ tia recte emẽdatũ.Neq̃ librarioꝝ penuriã eẽ puto:ubi oium bonoꝝ qbus ciuilis homi nũ felicitas cõstare existiat:exũdat affluẽtia.Vale.Ex Mediolão nonis septẽb.M.cccc.lii.

Franciscus philelfus petro perleoni sal.

f Amiliares Ciceroĩs epistolas quas petebas:uenalis inuenius.Eas si habere cupis: ducatos decem mittas:oportet.Id.n.precii oio se uelle dicit librarius Melchior. Nec alius huiusmodi codex apud aliũ quenq̃ uenalis repit . Codex uero hic epistolaꝝ

& pulcher est & nouus & satis emendate scriptus. Rem paucis tenes. Tu qđ fieri uelis: significato lr̃s. τὴν δὲ βουλήν σου πάνυ γε ἀσπάζομαι. πρὸς δὲ τὸν υἱὸν γέγραφα. Vale. ex Mediolano. vi. idus septembres. M. cccc. lii.

Franciscus philelfus Ioanni Mario filio sal.

u

Bigentium te cõtineas: nescio: istic ne casale an altari. petrus perleo familiaris noster fecit me nuper suis litteris certiorem breui futurum: ut Ariminum repetat: id qđ ante significaui tibi: quare si tu uelis locũ eius præmiumq; subire apud genuenses in eruditione publica: se facile daturum operã effecturũq;: ut tibi ex sententia res succedat. Ad hæc qđ te arbitror non latere Hieronymus bindotus læuir tuus est modo florẽtiæ coniectus in carcerẽ. Nisi istinc ab illustri marchione cuius noĩe aragonum regẽ Orator petebat: eius liberationi consultum fuerit: est q̃diutissime futurus in ea fortuna. Nos oẽs ualemus recte. Et te & Mariã & filios ualere plurimum opto. Ex Mediolão. v. kal. octobres. M. cccc. lii.

Franciscisus philelfus Andreæ alamano priori populi florentini sal.

g

Ratulor tuæ præsenti expectatæq; dignitati. Nunq̃ enĩ sum ueritus te ante diem: ut ita dixeri: ad istũ honoris gradũ peruentuꝝ: Nã ut ita crederẽ: tua uirtus singularisq; prudentia mihi persuaserat. Non enĩ cum iis sentio: qui prudẽtiã iuuentuti subtrahunt: quasi peculiari quodam iure ea senectuti sit danda. Sed neq; indoctus senex habendus sit prudens: neq; doctus adolescens ĩprudens: Nã multo plura rerum humanarum exempla atq; documenta tradere nobis queat lectio diligens & multiplex eruditio q̃ longissima ẽt hoĩs unius annositas. Quare cũ & ingenio te acerrimo esse perspicerem & diligentia singulari. tanta præterea doctrina: quanta æqualiũ tuorum neminem: facile intelligebam propediẽ fore: ut in altissimũ dignitatis gradũ tua te respu. tolleret. Quod igr̃ prudentia auctoritateq; apud tuos florentissimos ciues æque uales atq; eloquẽtia & disciplina: non possũ tibi non admodũ gratulari. Deus fortunet tuos cogitatus: efficiatq;: ut ingentibus tuis præclarisq; uirtutibus homium existimatio gratitudoq; respondeat. Ego aũt ne meæ litteræ oĩno uacuæ ad te irent: has duobus sum munusculis comitatus: quoram si te primis floribus delectatum uidero: mox quoq; maturi fructus consecuturi sunt. Vale. Ex Mediolano. v. kal. octobres. M. cccc. lii.

Franciscus philelfus Nicolao Varoni sal.

g

Viniforto bergomensi disertissimo iurisconsulto litteras ad te dedi nonis septẽbribus: q̃bus non obscure debes intellexisse: q̃bus in rebus tua mihi & opera & ope est uæhementer opus. Quare maiorẽ in modum abs te peto contendoq; siquid es unq̃ mihi gratificaturus: quod omnium maximi sim facturus: effice: ne uidear frustra tuũ officium postulasse. Vale. Ex Mediolano pridie kal. octobres. M. cccc. lii.

Franciscus philelfus Iacobo camerinati sal.

l

Egi litteras tuas pro amicitia nostra: ut debui: libentissime. Et quo in me munere usus es: nõ potui non lætari: ut q̃ beniuolentissimũ aĩum erga me tuũ oĩbus in rebus ꝑspicuũ facias. Quod aũt ad epistolas meas attĩet: q̃tũ uidere uideor: et uiuũ adhuc potauit lethe: quem apud inferos fabulantur. Nũquid oblitus es: cũ te ultimum uidi dixisse mihi circiter kal. ianuarias laude Christoforum Marlianũ probum adolescẽtem & pauculũ illud serico panni & epistolas meas quẽadmodum ipse per epistolam iusseram: tibi tradidisse: pollicitusq; es ꝓpediẽ fore: ut Mediolanũ peteres: & ea omnia ad me ferres: At uenisti tu q̃dem Mediolanũ non multis post diebus. Neq; prius audiui uenisse te

q̄ abiisse cognoui Nec multo post Mediolanū rediit Christoforus idē Marlianus:q̄ de me ñ mediocriter apud me quæstus ē:qđ tāq̄ fidei suæ diffidēs aliū sibi ad res meas tuēdas prætulissem:quin etiā metuere se:ne unq̄ meas illas mihi epistolas redditurus esses. Huic ego qui mihi & fide & obseruantia erga me iāpridem pspectus esset:tum respondi qđ opus fuit ad me purgandū:tum etiam adieci nullo modo posse fieri:ut qui esses liberalissimus:auaritiæ obnoxius uideri uelles. Nūc igr̄ uideo te tui oblitū quippe qui dedicere uideare:quæ & ipse dixeris:& ego uera fuisse certo scio. Itaq; si me amas:si uis tuū apud me beneficiū nunq̄ intermoriturum:da operam:ut colligas cogitatus tuos: ac memoriā ad te reuoces:quærasq; diligēter:quo in scrinio epistolæ meæ latitent:easq; q̄primū ad me des. Quod si feceris nō modo mihi satisfacies:sed plærisq; reꝝ mearū studiosis morē geres:qui me quotidie obtundūt:quod minus eoꝝ uolūtati inseruiā. cupiunt enim eas exscribere. Nec mihi aliud ullū exemplū est. Accedit ad rem:quod grandiusculam illam epistolā ad Karolū regem Francoꝝ:quod eius rei tu ex me iampridē audisti:nōdum misi trans alpes. Itaq; lucubratiūculam illā quancūq; meā habitam esse frustra nō possum nō permoleste ferre. Fac ergo ne beneficium tuum fuisse maleficiū uideatur. Vale. Ex Mediolano. kal. Octobribus. M.cccc.lii.

Frācifcus philelfus Andreæ alamāno priori populi florētini sal.

R Aphael niger uiraginis huius splēdidissimæ Mariæ blancæ auūculus ut est acerrimo uir ingenio & prudētia singulari:nouū quoddā & salutiferū opus excogitauit:quo præstātissimus princeps noster cū ad suam sociorūq; tutelam & incremētū: tum in hostiū perniciē atq; exitium uti queat. Subducta.n.q̄diligentissima ratione facile perspicueq; inuenit triremiū classem etiā peringētē rebusq; oibus ornatissimā & expeditius & longe minore impensa parari exædificariq; posse apud principē nostrum q̄ usq̄ apud alios in Italia. Quā quidem rem ad uos ut audio:idem Raphael nuper scripsit. Itaq; nō sum ueritus te hortari:id in senatū ut referas:cūctisq; persuadeas tuis & collegis & ciuibus:q̄ta sit ad uestrā remp. utilitas peruentura:si opera dabit̄:ut hac hyeme dum cessat̄ ab acie:ad fabricandā pfligandāq; huiusmodi classem cōmuni huius principis sociorūq; oium & cōsensū & apparatu ois cura ois diligentia impendat̄. Vix pfecto res cœpta fuerit:tantus illico terror hostilem fastum inuadet:ut nemini cuiq̄ neq; spes nec fiducia relinquatur nisi in huius principis sociorumq; clæmentia. Tu quod facto sit opus: intelligis Ego aūt deum oro:ut res uestras in dies magis magisq; fortunet. Vale. Ex Mediolano pridie nonas Octobres. M.cccc.lii.

Francifcus philelfus Xenophonti filio sal.

P Ost eas litteras:quas mense iunio dedisti ad me:cū primū a philippicis balneis Romā redisses:alias abs te nullas accepi:cū plæræq; interim meæ ad te ierint. Itaq; nō possum nō mirari. Veritusq; sum:nequid tibi:qđ nolim:ex ista æstiui aeris intēperie acciderit. Nō.n.adeo est iter interclusum:ut nemo oino istinc ad nos ueniat. Quare fac si potes:ut me q̄primū leues hac animi sollicitudine:ad eaq; singulatim respōdeas: quæ q; nō unis litteris tibi scripserā. Et qm̄ significasti nōnullos esse Romæ:qui cuperēt horū aliqd legere:quæ ab me in p̄sentia scribunt̄:duoꝝ operū ueluti frōtispicia tū Sphortiados:tum de uita & rebus gestis Frācisci Sphortiæ:cū hisce litteris ad te dedi. Tu fac: ut quicquid otii nactus fueris:consumas in litteris atq; disciplina. Nos hic omnes ualemus recte. Venissem Romam:si facultas a principe facta esset. Vale. Ex Mediolano. vii. idus Octobres. M.cccc. lii.

Franciscus philelfus Bartholomæo Meltio sal.

m Ihi pater tuus uir optimus & mei amátissimus hoc die renúciauit:eum iam litteras ad Xenophóta filiú obsignaram:te sibi scripsisse: Mátuanum pótificem abesse ab urbe & cú ex eo Xenophóta quoq;:quare quas meas fidei tuæ litteras cómiseram: eas te reddere nequiuisse:esseq; apud te. Fecisti tu quidé recte:qꝑ bona fide litteras apud te ueluti depositas:tueri maluens:q̄ uento cómédare. Itaq; cú his tuis alias quoq; ad filiam ab me datas:tádiu esse apud te uolo:quoad ille Romá reuerterit: Qui si diutius distulerit:reditú suú & priores & posteriores litteras soluas:uolo:& quæ arcana sút:ea ne efferas:in reliquis uero uicé filii geras. Vale. Ex Mediolão. vii. idus octobres. M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Iacobo camerinati sal.

e Tsi tuú munusculú mihi fuerat pergratú:qppe qđ ab amicissimo erga me aío factum intelligebá:multo tñ & gratius fuit & optatius:qđ secúdis litteris tuis me fecisti certioré epistolas quibus nó æquo aio carebá:insperato tibi repertas esse: Ná earum amissio eo mihi erat molestior:qm̄ nullo altero abúdabá exemplo. Tantas igiť habeo tibi gratias:ut maiores habere hoc tépore nullas queá. Teq; etiá atq; etiá rogo: ut istas ad me fido alicui núcio q̄primú des. Quod si alius nemo prius oblatus fuerit:eas aut Antonio trecho uiro humanissimo:ab quo ad Matthæú pisaurensem mei amantissimum mittanť:aut uiro inclyto Rainaldo fulginati confestim ut tradas:uelim. Vale. & siqua í re mea tibi opera opus est:me utere arbitratu tuo. Ex Mediolão. vii. idus Octobres. M.cccc.lii.

Franciscus philelfus Scæuæ corti iuriscósulto & equiti aurato sal.

a Mbrosius gentilis derthonésis iuriscósultus suo quidé iudicio admodú prudés: meo aút nó íprudens oío hesterno die me offendit in aula ducalis curiæ incedés fróte ut plærúq; solet:resupina. Inflatusq; opinióe sui appellat me insolentius uoce altiore o philelfe inquiés:quid minus fungeris officio boni uiri? quid istud inq̄: Sú.n.uentus neqd fortasse pperá p imprudétiá perpetrassem. Tú pygmæus erectus in digytos elataq; ceruice subdidit multo petulátius: At es tu quidé fraudolétus:qui Scæuæ corti nódú aureos quinq; dissolueris:q ex quattuordecí reliqui sunt:quos ei debes ex pensione domus:quá papiæ áno pximo códuxisti:cú Mediolão metu pestilentiæ abesses. Hæc ego audiés cœpi primú stomachari paululú:ut uix me cótinuerí:quin stultú nebulonéq; appellari: Sed mox cótiuui me:subieciq; subridens. Vellé equidé Ambrosi:ut nó minus grauitati studuisses:q̄ iuri ciuili:qđ si fecisses modestius loquereris. Tú cœpit ille magis magisq; excádescere. & tanq̄ ísaniés ergo me inqt leué esse dicis:& eádé uocé etiá etiáq; ingeminás cú clamore mouit nó mediocré risum astátibus. Accurrerát.n.nónulli:ut fit. Quid multis ndolui eius uices:q dú fugeret leuitatis:ut ipse dicebat:nomé:ab oibus est leuissimus iudicatus. Núc aút ad rem pprius accedo. Ego mi Scæua códuxi domú tuá Ticini lóge etiá ære grádiore q̄ qsq̄ ánis pximis cósuesset:qđ ut faceré idé Ambrosius fuit in causa.n.ut ídoctis quibusdá gratificareť:qui meú illuc aduentú ísciciæ suæ detriméntosum existimátes ita induxerát Ambrosiú:ut nihil omitteret eoꝝ oium:quæ mihi molestissima fore iudicasset. Et qm̄ prætoris erat assecla:oium primú operá dedit:ut pestilentialis cótagionis obtétu me urbe extruderet:cú iá triduú ante publico ciuitatis cósensu in urbem receptus essem. Id cú ꝑtore inhibéte assequ nequisset:uideretq; doctissimoꝝ hoium optimorúq; uiroꝝ eá esse sñiam:ut mea illic quátulacúq; mora dignitaté ciuitati foret & priuati & publice allatura:nihil áplius aduersus palá ut prius: sed clá oía atq; per ísidias ma

chinabatur.alias atq; alias ineptias cōminiscens.in idq; maxime nitebat᷑:nequa mihi facultas foret domus cōducendæ:id quod tanto se facilius effecturū opinabat᷑:qđ esset ꝑter anni tēpus. Tūc ego posteaq̄ sensissem ædes tuas etiā uacare:de his audiui fratrē tuū humanissimū uirū Gaiū:qui qm̄ scisset:q̄ta mihi amicitia tecū esset:intelligeretq; nisi ego ædes cōducerē:fore:ut uacuæ oīo futuræ annū totū relinquerent᷑:nō inuitus cōditionem accipiebat:ꝓsertim cū nulla ab me cōsueti ꝑcii diminutio fieret. Tum Ambrosius iclamitat Gaiū nō bene cōsulere fraternis cōmodis:nullā.n.domū philelfo conduci posse nisi hanc unā:ꝓinde locādam esse q̄to posset pluri. Idq; nō faciebat illa uulpe cula:ut rei tuæ mi Scæua ꝓspiceret:sed ut mihi qđ cœperat:incōmodaret. Itaq; dimidio plus dedi pro mercede ānua:q̄ dari antea cōsuesset superioribus ꝓximis ānis: Nā in reparatione horti dūtaxat aureos erogaui quinq;: & id quidē ꝑter aureos quattuordeci:quibus definiri pēsionē uoluit. Hæc aūt narrata ꝓlyxius ab me sunt:ut nosses ꝑuicaciā & malignitatē hominis: Nā qđ Ambrosio ipse ꝑhumaniter rn̄di:quāq̄ domus adhuc mihi obnoxia est hūc omnē mensem quā ego reliqui liberā iā totos menses quattuor:cupio tn̄ uel hoc tēpore meo amicissimo Scæuæ satisfactū iri:cū primū aliquid mihi ex publico ære qđ debetur:solutū fuerit. Tū ille isollētiore quodā fastu nil aliud inqt mihi respōdes? Quid aliud inq̄ possim: Meq; iterū ille dolosum esse dixit. Et ipse rursus adieci si iuri ciuili grauitatē addidisset:emēdatius loquerer᷑. Rem tenes oēm mi Scæua. Mihi pecuniæ nullæ sunt. ꝓricipis ærariū ita est exhaustū ob uoracissimā hanc militū carybdin:ut neq; mihi neq; alii cuiq̄ uiro togato satisfiat. Ego tibi debeo. princeps mihi. Nō magis ego apđ te sum in crimine:q̄ apud me pr̄iceps. Si meret᷑ ille ueniā:meret᷑ etiā philelfus tuus. Nec tn̄ fore despero:ut mihi ꝓpediē dissoluat᷑.quod merui. Quod ni factū fuerit ꝓficiscar in castra: Nec illinc prius sim abiturus:q̄ mihi princeps satisfecerit. Quod si minus assequi potero:nō solū tibi ipse nō satisfaciā:sed etiā erit opus ut priuato ærario me adiuues: Nam uetere prouerbio ut scis:quæ amicorū sunt:cōmunia esse oportet. Tu interea temporis tuis grauissimis litteris Ambrosium derthonensem castigato Vale. Ex Mediolāo.v. idus Octobres.M.cccc.lii.

Frāciscus philelfus Aenico daualo equiti aurato sal.

d Eus malefaciat huic ꝓcellæ calamitatiq; bellorꝝ:quibus meū ad te iter ītercludit᷑: nec uti licet ꝓfectiōe libera. Vix dici queat mi Dauale:q̄ moleste tulerim:ac ferā iā annis quattuor cūctationē meā eundi ad uos:cū multarꝝ rerū:tum satyrarū cā: quippe q uæhemēter doleam tot ī eo ope lucubratiōes mihi frustra susceptas. Sed utcūq; res hēt: eundū est tādē:id qđ ad martiū ē reiectū. Satyrarꝝ codex q decadas decē denis satyris singulatī distributas ad uersus decēmillia cōplectit᷑ est pulcherrimus cū litterarꝝ notis:tū minus & opculis:q si minus itus:saltē ī cute te nō poterit nō delectare:quāq̄ puto nō mente minus q̄ oratiōe lætabere. Vale. Ex Mediolano.iiii.idus Octobres.M.cccc.lii.

Frāciscus philelfus Nicolao arcimboldo sal.

q Varto idus nouēbres ad Caluisianū ueni ī castra sphortiana:ubi sum ꝑhūaniter & honorifice exceptus a pr̄icipe. Nec dubito me oīa ex snīa nostra confecturꝝ. Id factū cū fuerit:te reddā q̄primū certiorē. Vale. Ex castris ducalibus apđ caluisianū pridie idus nouēbres.M.cccc.lii.

Frāciscus philelfus Matthæo pisaurensi sal.

c Vm oia a munificētissimo pr̄icipe nostro assecutus:quæ uolui. Quod eo est mihi iucūdius:quo me uideo maxia ex parte liberatū fastidiosi istius lōgi morositate atq; ineptitudie. Tibi aūt plurimū debere fateor:quod mihi & re sæpe & uerbo sem-

per satisfecisti. Reliquum ẽ: ut siqua pecuniola meæ familiæ ante meum reditum opus fuerit: isti ne desis. Et quicquid dederis: adde ratiunculæ nostræ. Vale. Ex Gammara nonis Decembribus. M.cccc.lii.

Fräciscus philelfus Nicolao arcimboldo sal.

o Mnia mihi tribuit humanissimus prĩceps noster: quæ uolui. Nũc Ferrariã iccirco paululũ diuertere ĩstitui ꝙ illĩc esse accepi Antoniũ quendã ueronẽsem: q̃ inclyti Karoli Gonzagæ filios: cũ ii istic essent: erudiebat. Is cũ Karolo una abiens secũ abstulit codicẽ quẽdã meũ: quo uitæ illæ magna ex parte cõtinentur: quæ a plutarcho mirabili diligẽtia scriptæ sunt. Eo igit̃ nauigo: ut huiusmodi codicẽ recuperẽ. Ad Natalem Christianũ oĩo apud uos sum futurus. Vale. Ex Cremona. iii. idus Decẽbres. M.cccc.lii.

Fräciscus philelfus Xenophonti filio sal.

a Ccepi binas litteras tuas eodẽ die cũ primũ ex castris ducalibus Mediolanũ ad vii. kal. ianuarias reuertissem: Harũ tu alteras ad me dederas. x. kal. decembres. alteras uero. vi. idus. Intellexi: quæ scripsisti oĩa. Et quantũ uidere uideor: peregrinatiõis istius tuæ satietas iam te cepit. Quod si ante abitionẽ tuã Ciceroni ĩ officiis audire uoluisses: aut nõ abiisses. p̃sertim clam patre: aut tã subito domũ nõ repeteres: cũ nõdũ in deliberãdo neq; tp̃is nec etiã diligentiæ satis adhibere potueris. Nihil tibi erat in cã: quãobrẽ in Romanã curiã te reciperes: q̃ppe q̃ dñi haberes: unde & melior quotidie & doctior fieres. Quod si prudẽtiæ potius q̃ sapientiæ studio ducebaris: hoc est: pecunia magis q̃ uirtute atq; disciplina: licebat tibi apud munificẽtissimũ nostrũ principẽ pecuniosissimo breui effici: ubi malles negotio q̃ otio te offerre. At fuerũt: qui te induxerĩt. Itaq; ignoscẽdũ est adolescẽtiæ tuæ. posthac cõsules tibi fortasse melius. In p̃sentia: ut scribis: cupis initiari. Si religiõis amor id monet: nõ iprobo: mõ etiã atq; etiã cogites: qd tibi statuendũ sit qd sequẽdũ: quã icedẽdũ uiã: Nã si putas te ĩ ecclesia fore clarũ sine iis artibus: quæ apud sacerdotes habent̃ in p̃cio: uahemẽter erras: Nã cũ alia p̃multa discẽda sunt: tũ ius põtificiũ ĩ primis: oĩsq; diuinæ rõnis cognitio tenẽda: quæ theologia dicit̃. Sin iccirco istiusmodi desyderiũ te corripuit: ut sine labore uitã iucũdã ducas: q̃ tuũ sim ĩstitutũ p̃baturus: potes facile ex meis moribus cõiectare. Quare si me audis: primũ oĩum teip̃m collige. tecũ habita. Meditare iterũ atq; iterũ: quã uitã uiuere decreueris. Seu tu sæcularem: quam uocant: elegeris: siue ecclesiasticam: utram malueris: probo: modo sit cum laude. Quod si omnino ad nos fortasse redire institueris tibi ædes paternæ nunq̃ occludentur. Vale. Ex Mediolano nonis ianuariis. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

s Cripsisti p̃ximis litteris aliquos istic eẽ: q̃ cupiãt scire: quare Sphortiada p. ph. & nõ p. f. litteram notari: Ad hæc qua rõne plærũq; ĩ p̃ria syllaba p. æ. diphthõgũ scribi p̃seri. Accipe qd' petis utrũq; breuiter. Sphortias uõ solũ p. p. cũ aspiratiõe. h. & nõ p. f. a me scribit̃: qd' recta scriptura. f. post. s. apud latios eẽ nõ patit̃: sed etiã quia nomẽ Sphortia deductũ uolumus a greco: qd' est σπορτα sporta id est fames unde & σποτια η ἀγομένη ἑορτη & apud nos sportula. Huius aũt rei cãm qm̃ platonẽ secutus ĩ eo libro q̃ de rectitudĩe nominũ est ĩscriptus: ĩ libris de uita & rebus gestis Francisci Sphortiæ sum redditurus: hoc tp̃e õmitto. plærũq; uero iccirco p æ diphthũgat̃: qm̃ descẽdit ἀπὸ του πληρεσ: qd' plenũ frequẽsq; significat cõuersa e. lõga ĩ diphthõgon. æ. ut in scæna rhæda. læthes ĩ aliisq; permultis dictionibus uidemus obseruari. Vale. Ex Mediolano pridie idus ianuarias. M.cccc. liii.

Franciscus philelfus Iacobo camerinati sal.

n Olim tibi persuadeas tua ab me negligi: quod minus q̃primũ tibi significarim: quid mihi Cicchus Angelusq; responderint. Hi qđ petis: diligenter curãt. putant oĩo ꝓpediẽ ex sñia tibi cõsultũ iri. Cõfecissentq; qđ tua causa cœperant: nisi occupatiões principis quæ sunt fere imensæ ob plures præclaras legatiões: quæ uno pœne tẽpore cõuenerũt: aditũ his tãtisper interclusissent: dũ his liberetur hac præsentia ac sollicitudine. Differri tamen res tua diu non potest. A me nullum erga te officium aut studium negligetur. Tu interim esto bono aio. Nõ. n. q̃tum itelligo: te tua fallet spes. Vale. Ex Mediolano. x. kal. Februarias. M.cccc.liii.

Frãciscus philelfus Renato regi sal.

t Ernas litteras ad te dedi ãno superiore iis de rebus: quæ tua maxĩe intererant. Itaq; nõ poterã nõ mirari: qđ nihil responderes: præsertim cũ te humanissimũ facillimũq; esse iãpridem uno oium consensu sermoneq; audierã. Sed Ioãnes cossa uir clarissimus idẽq; grauissimus qui modo & tuus & christianissimi Francoꝝ regis legatus i Italiã uenit. Liberauit me omni dubitatiõe: quippe qui corã affirmarit nullas tibi oĩo redditas esse litteras meas. Deus malefaciat hominũ uel negligẽtiæ uel perfidiæ: q & me honestissimo officio: & te non mediocri: ut opinor: uel utilitate: uel uoluptate fraudarint. Quibus litteras ad te dedi: Frãci fuerunt oẽs: quoꝝ uni Malurticæ cognomẽtũ ẽ homini bellicis artibus studẽti: & tui: ut aiebat: obseruãtissimo. Sed q̃m quæ scripserã nõ accepisti: ea in p̃sentia tibi corã exponet idẽ Ioãnes cossa: cuius fides & diligẽtia tibi sole clarior esse debet. Vale. Ex Mediolão. vi. kal. Februarias. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Gulielmo Vrsino Frãciæ cancellario sal.

c Vm uir clarissimus Ioãnes cossa regius legatus a florẽtinis rediturus in Frãciam Mediolano iter faceret: a me petiit tuo noie libros de exilio quos superioribus ãnis elucubrarã. Hos ego ad te ideo in p̃sentia dare nõ potui: q̃m nõ esset tñ temporis datum: ut exscribi possent. Itaq; non potui nõ ferre ꝑmoleste: q tibi tanto & tanta dignitate uiro minus statim gratificari quiuerim: præsertim ea in re: quæ mihi nõ minus iucũda esset q̃ futura honorifica: Nã & te iãpridẽ cũ ob florẽtissimi tui generis splendorẽ: tũ ob illustrẽ eruditionẽ tuã singularẽq; sapientiã mirifica beniuolẽtia obseruo: & ignarus certe nõ sum: q̃tũ sit meo nomini ac laudi tua auctoritas icremẽtum allatura: ubi scripta mea tuo grauissimo testimonio confirmaris. Nec. n. debeo dubitare mea tibi uoluptati fore: q & humanissimus sis liberalissimaq; natura. & a me tãtopere diligaris: ut nihil ad amoris cumulũ possit accedere. Dabo aũt operã: ut ꝓpediẽ morẽ gerã uolũtati tuæ: Nã tum libros de exilio quos petis: tũ alia pleraq; ex his: quæ a meo ingenio studioq; manarũt: curabo exscribi ea plane: quæcũq; futura tibi iucũdiora existiabo Vale. Ex Mediolano. vi. kal. Februarias. M.cccc.liii.

Frãciscus philelfus Iacobo bicheto sal.

n Isi te iãpridẽ p̃lium diligerẽ: stomacharer fortasse: cũ uideã codicẽ meũ esse apud te tãdiu uel iuitũ: Nã qđ dixeris puero meo eũ tibi nõ esse: haud intelligo: quæ sit animi tui sñia: Nõ. n. puto id dicere te: qđ meũ codicẽ nequaq̃ habueris: Nã & habuisti: & eũ aliis cõmodasti. Quod si illũ fortassis amiseris tibi amissum uolo. nõ mihi: quã q̃ opinor amissum tibi eũ non esse. Itaq; rogo te: ut huic meo puero meũ illũ codicẽ ad me des: ne me cogas aliunde remedium poscere. Vale. Mediolani ex ædibus meis. iii. nonas Februarias. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Iacobo bicheto sal.

q Vantū uidere uideor: ita negociosus es: ut nihil tibi otii reliquatur ad iquirendū iter ifinitam librorū tuorū copiā codicē illū meū: quo duæ orationes Lysiæ a nobis traductæ: altera funebris de laudibus atheniēsiū: altera iudicialis cōtra Eratosthenen adulterū: & Aristotelis Rhetorica ad Alexādrū regē nostra itē traductio cōtinent: Nō. n. adduci possum: ut credā aut te alieni mutui oblitū: aut q̄d officii tui fideiq; fit: nolle pstare Nā codicē illū tibi cōmodaui tempore illius optimi philippi ducis: quē ea tu lege peti stī: ut excribi curares nō ut nunq̄ restitueres. Atqui repetiui abs te illū per id tēporis iter dum: cū diceres nōdum excriptū esse: cū ego tū audire secus esse. Tuā cōctatiōnē icirco ferebā patienter: qm̄ putarē quæ essent excripta: ea fortasse nōdum esse abs te satis emendata. At nunc quia præterierē iā anni cōplures nihil alienū ab amicitiæ iure me facturum existimaui: aut existimo: si te fecero certiorē me oino istituisse mea mihi q̄primū uēdicare. Vale. Ex ædibus nostris Mediolāi. iii. nonas Februarias. M. cccc. liii.

Frācifcus philelfus Guilielmo Vrsino Frāciæ cācellario sal. di. pl.

d Ederā alteras ad te litteras sexto. kal. februarias: quo ipso die Ioānes cossa uir oi laude ornatus hinc i Franciā pfecturus putabat̄. Sed cū postea retardatus a meo pricipe dies aliquot pter spem Mediolani ageret: reuertit ad me codex quidā meus: qui ānos nō nullos peregre abfuerat. Huius ego reditū uel tua cā phumaniter & libēter excepi: quanq̄ tam diuturnæ eius absentiæ nō mediocriter succensuerā: quippe q me iuito abfuisset. Veq̄ ea lege is reuersus apud me in gratiā rediitut cōsestim alpes trāscenderet & te uisurus & Franciā: atq; istā quidē ut hospes: te uero ut ppetuū dnm̄: Itaq; dono a me accipe tria nō uulgaria aut cōtēnēda opera: Lysiæ oratoris duo: hoc est oratiōes duas. alterā funebrē de laudibus Atheniēsiū. iudiciale alterā aduersus Eratosthenē adulteq̄. Tertium aūt opus est Rhetorica Aristotelis philosophi eloquētissimi ad Alexandrū regē. Hæc. n. omnia e græco in latinum traduxi: cum essem ppemodum adolescens philosophiam Florentiæ oratoriāq; docens: quæ quanq̄ existimo per se tibi fore iucundissima: spero tamen propediem alia quædam ad te dare: quæ longe sis maiore cum uoluptate lectitaturus. Vale. Et me Christianissimo regi Karolo q̄diligentissime cōmenda. Ex Mediolano. xiiii. kal. martias. M. cccc. liii.

Frācifcus philelfus Albertho zācario sal.

n Ihil mihi iucūdius tuis litteris hoc tēpore potuisset contīgere: Nā & de tua tuorūq; oium bona ualitudine certior factus sum: ad q̄d uehemēter optabā: & Enochum nostrū i iuuenē frugi probūq; euasisse ex te patre intellexi. Quanq̄. n. ab ipsa usq; pueritia bonā de se spem pollicebatur Enochus: non poteram tamen non subuereri ob iniquitatem tempoq̄ secus accidere posse q̄ uellemus. Itaq; immortali deo immortalis habeo gratias: quod te patre grauissimo optimoq; uiro dignum se præstiterit. Quod autem cupit bonis artibus etiam a nobis institui: rem nunciat non ingratam: Et ut breui respondeam: ad Aprilem te uidebo: ac tuo meoq; desyderio cumulatissime satisfaciam. præterea quoniam de his quæ in præsentia ab me scribuntur: abs te mentio facta est: de di ad te particulā quādam ex secūdo Sphortiados nostræ libro & præfatione historiæ Sphortianæ. Vale. Ex Mediolāo. x. kal. martias. M. cccc. liii.

Francifcus philelfus Ioāni Marchiōi mōtisferrati sal.

i Oannes cossa istinc modo rediens mihi tuis uerbis renunciauit te libros meos de exilio dedisse iāpridē ad me. At ego illos nunq̄ uidi. Itaq; tuū fuerit meminisse

cui dederis:quãq̃ uidere uideor eam esse hominum fidẽ uel maximam hoc tẽpore: ut in reddendis libris nulla seruetur fides:quare quod de regno scribit Euripides:de libris dici non insulse queat:Nam siquidem ius deseras : libri decet causa relinquas rebus in aliis pius. Vale.ex Mediolano.viii.kalendas.martias.M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

a Dolescens quidã mediolanensis æqualis tuus aut plusculo maior reuersus proximis diebus ex urbe Roma Mediolanũ mihi renũciauit uenisse te secum una usq; perusiã ad nos scilicet rediturũ:deinde q̃m metuisses iter facere per agrum florentinum: diuertisse ad Tholentinates meos:ut istinc cũ primum per cæli clæmentiã liceret:per flaminiã domum repeteres. Non iprobo consiliũ tuum ἀλλὰ πρόσεχε ἐλθὼν τὴν ἰμμόλαν & id quidẽ cũ propter sicarium illum: cui manus nostra cã publico iudicio a Senensibus truncata est:tũ propter ἱερώνυμον βροκχάρδον perpetrati quõdam in nos apud florentinos facinoris & hcitatorẽ & sociũ. Offendes pisauri uirum grauissimũ Ioannẽ fagnanũ uobis amicissimum & Arimini petrum perleonẽ studiosissimũ mei. Ab iis poteris edoceri:qua tibi iter habendum sit:quo uites καὶ φόρον λίβιον sentit enĩ cum Venetis & quod modo dicebã τὴν ἰμμόλαν: Nã Veneti etiam iccirco tibi cauendi sunt:quoniã iis cũ hoc nostro principe bellũ est. Si tibi Bononia iter faciendum fuerit:utere Alberthi zancarii Enochi fili cõsilio. Is enim me:ut nosti:plurimum colit. & uir est plane optimus. Quod si Ferraria fueris profecturus:pete Nicolaũ Varonẽ clarissimũ & eruditissimũ uirum & mecũ summa beniuolẽtia coniunctum:a quo ĩtelliges : qua tibi eundum sit. Vitandũ enim tibi est iter p agrũ parmensem. Infestat̃ enim a corigianis militibus. Et de his hactenus. propter festinatiorem abitionẽ petri Ioannis camerinatis præstãtis & fortissimi militis:ad Nicolaũ carissimum mihi fratrẽ scribere nihil potui:qd̃ eo æquius ferat:uelim:quod ad proximũ maium me uidebit:Nã uix tandẽ hesterno uesperi mihi permisit princeps liberam profectionẽ ad Alphonsum regẽ cũ fideiussione tamen intra quartum mensem redeundi. Vale. Et nostros omnis nomĩe meo saluere iube. Ex Mediolano.vii.kal.martias.M.cccc.liii.

Fran.phi. Aenico daualo equiti aurato sal.

q Vid in causa fuerit:ut tãdiu distulerim aduentũ meum:accipies ex Ioanne Antonio gotthalano uiro nobili ac tui nominis amãtissimo. Spero tñ fore:ut ante uer exitum te uideam. Tu me interea tẽporis ama:ut soles:& Alphonso regi q̃diligentissime cõmenda. Vale.ex Mediolano.vi.kal.martias.M.cccc.liii.

Franciscus philelfus petro perleoni sal.

q Vod in patriã te receperis:gaudeo plurimũ. Viues enim sine iuidia.uiues cũ tuis. uiues apud principẽ Sigismundũ:cuius uirtus & magna est & illustris in primis. Itaq; tibi non possum non gratulari. Tuum aũt fuerit ita teipsum cõponere:ut quasi ἐκ τῶν εὐξείνου κυμάτων.in portum te receperis:qd̃ reliquum est uitæ:uiuas in liberali otio quieteq; fructifera. Effice inquam:ut ex tot tuis tãtisq; laboribus:quos terra marique pertulisti egregius fructus aliqs emanet ad posteros. Vale. Ac tuos oĩs uel nostros potius nomine meo salute plurima impartias:uelim. Xenophon noster propediem istac iter ad uos est facturus. Ex Mediolano.v.kal.martias.M.cccc.liii.

Franciscus philelfus poggio & Laurentio Vallæ sal.

q Vod uel ipsa rõne uel admonitione mea coniunctos uelim:indignũ existimaui: ut litteris meis diiungeremini . Quid enĩ per ĩmortalẽ deũ ex amicis uos reddit inimicos:Error ne forsitan uos decepit:quod uel inducti uel ultro in leuitatis ut au-

dacter & amice uobiscũ loquar: stulticiæq; certamen tam temere iniuatis? Solemus enim non nunq̃ rõnem deserentes sponte sequi ai perturbationes. Ideq; facimus sæpenumero decepti suasionibus aliorũ: qui uel nos clã exoli uel se ulcisci cupientes insaniæ stimulos iniecerunt: qbus uæhementissime concitati diuina oĩa humanaq; iura confundimus: non tã dignitati nostræ consulentes q̃ alienæ p contumeliã ac nequitiam oẽm insidiãtes. Nec sane dubitẽ utrũq; uestrum probabilis aliquas rõnes adductuꝝ: quibus iure a uobis fieri uideat: quod iniuria facitis. At ego nullis istiusmodi rõnibus assentiendũ censeo: cũ neq; pristinæ amicitiæ: neq; ætatis uestræ: neq; ipsius decori rõnem habeatis. At sum iniuria lacessitus. Et quæ nã iniuria tanta est: ut delirare uos cogat. Satis enim delirat: qui mentit. Ea est certe perturbati ai natura: ea uis: is impetus ac furor: ut sibi moderari nullo pacto queat: quippe q in re etiam uera si minus mentitur oio: aut uanus sit tñ: aut mendaciũ dicat: cũ uel gratia uolptatis: uel rei ipsius nimietate mendacẽ se præstet: Nã qui rationis lumine sit orbatus: q̃diu eo caret: nec intueri quicq̃ pspicue nec recte iudicare põt: Quo fit ut tanq̃ per obscurissimas tenebras incedens: unde egrediat: qua pergat: quo puenturus sit: nesciat. Sanius certe fuerat primis illisue nondũ inualescẽtibus permotionum scitillis ante resistere: q̃ transirent in flãmas: qđ posteaq̃ factũ non est: sed accenso iã igni ea fomẽta materiẽq; adiecimus: ut ais cõflagrantibus fieri nulla possit accessio: utamur saltẽ eo remedio: qđ oĩbus in iis rebus natura solet afferre: quæ humãi sunt solutiq; appetitus: hoc est: ut quod rõ ipsa non ualet: satietas saltẽ præstet. Quantũ audio: nullũ est maledicendi genus: quod dũ inuicẽ per oẽm uituperationis cõtumeliã digladiamini: intactũ reliqueritis. Nullũ ai flagitium: nullũ corporis uitiũ: nullũ fortunæ: quã uocãt: incõmodũ ommisistis. Quod aliud deniq; genus detis: quo in uestrũ dedecus sit utendũ. Equidem præter singularẽ quãdã & inauditã ineptitudinẽ nihil uideo reliquũ qđ addatis: quo ridiculo fitis cunctis hoĩbus: Nã quid ineptius dici. qđ isanius queat excogitari: q̃ uiros doctos ac senes maledicendi intẽperantia q̃ dissolutione ueluti gloriari: & id quidẽ Romana in curia: hoc ẽ in celeberrimo atq; splendidissimo totius orbis terraꝝ spectaculo: i grauissimo episcopoꝝ cardinaliũq; conspectu: in oculis sũmi sanctissimiq; pontificis Nicolai Quinti: q non minus mirabili uirtute ac sapientia: q̃ suprema dignitatis præstãtia uices Christi in terris gerit. Vt eni de reliquis patribus uirisq; integerrimis conticescam: quibus aut stomachũ uos mouere aut risũ consentaneũ est: qua mente. quo aio in uos esse arbitramini Nicolaũ Quintũ tanta bonitate. tãta iustitia. tanta pietate põtif. cẽ: cũ uel legit: uel audit: quæ tã petulanter tã fœde in uos inuicẽ declamatis? iuuat enim liberrime de uobis apud uos loq: quoꝝ laudi æque faueo atq; meæ. An minus fortasse meministis eã esse hoium naturã: ut silitudine morũ ad beniuolentiã facillime agant. dissimilitudine uero contra? Itaq; non absurde Agesilaũ tradunt cũ quenq̃ intueretur: qui aliũ uituperaret laudaretue: dicere solitũ se non minus ex ipsa oratione iudiciũ facere de eo q diceret: q̃ de quo diceret. Et ne id qdem mirũ: Nam pmotus aĩus permulta effutiat: est necesse: quæ non mediocrẽ moribus iacturã afferant apud sapientis & bonos uiros: quoꝝ aures offendũt iis dictis: quæ ipsi nõ pbẽt. Quos aũt alienos a nostris moribus iudicemus: ab iis nos quoq; aĩum facimus alienũ. præterea nemo quẽq̃ oĩo amare possit: quẽ flagitõ senserit obnoxiũ. ẽt si ipse uir oĩo bonus non sit: Nã uel in morũ similitudine deprauati ai se oderunt. At illũ a flagitio abhorrere qui censeamus: cuius flagitiosissima sit oratio? Fatebor equidẽ igenue de meipso. Nec me ãnum iam natũ quartũ & quinquagesimũ ullus a ueritate compescet pudor: quod eo facio libentius: ut exemplũ meum uel probetis: uel imitemini

ni.Sum q̃doq; in quosdam inuectus:acerbius fortasse:q̃ par esset:& id sane nulla unq̃ al-
terum lacessens iniuria:sed ingenti potius a quibusdã contumelia lacessitus. Tamen cum
mea lego:& meipsũ consydero:nõ possum non erubescere:metuens:ne quoquo modo
uituperent̃ in meipso:quæ aliis dederim uitio.Non eni quæ in aliis iure ẽt carpimus:no
ta sunt oibus.At oratio nostra occulta esse non põt.Non modo me Salustius iis nõ de-
lectat:quæ scripsit in.M.Tullium.Ciceronẽ:nec item oio quæ Cicero in Antoniũ:aut in
Timarchũ philippumq; Demosthenes:sed ẽt uir sanctissimus ac disertissimus Hierony
mus non sine molestia a me legit̃:cũ inuehitur in Rufinũ:quem uiq; doctum extitisse ex
eius scriptis facile ipsi cognoscimus:sanctũ uero bonũq; fuisse Aurelii Augustini locuple
tissimũ testimoniũ docet.Quare si sapitis poggi atq; Laurenti:missam facite tantã istam
tamq; abominabilẽ maledicendi licentiã. Memineritis bonæ famæ.memineritis decori.
memineritis ætatis uestræ:quoq; alter iam seniũ alter senectutẽ agit.Memineritis inq̃:me
mineritis sempiterni iudicii:qd̃ admodũ longe a uobis abesse nõ põt.An estis obliti mi
hi uindictam:& ego retribuam.q̃q̃ in uobis quid sit ãplius uindicandũ:non intelligo: q
uestrum nomẽ mutuis orationũ gladiis per oẽ uituperationũ contumeliarumq; uulnus
acerbissime q̃tum in uobis fuerit:interemistis.Quid de uobis præsentes sentiãt:quid po
steri iudicabunt:in quorũ manus scripta uestra prouenient.Itaq; uos etiã atq; ẽt rogo &
obsecro:ut redeatis tandem in gratiã mutuam.Omissisq; oibus aioq; irritamẽtis per αμ
νηστείαν amnestian quã ducũt:uel παλινῳδίαν potius quoad eius fieri liceat:qd̃
cette licet:ita ad beniuolentiã pristinam mutuo studio operaq; contendite:ut & iustitiæ
laudem apud homines & dilectionis incrementũ apud summũ pontificem: & pœniten
tiæ gratiam apud ĩmortalem deum mereamini.Valete uiri amicissimi atq; optimi.ex Me
diolano nonis martiis.M.cccc.liii.

Franciscus philelfus petro Thomasio philosopho medicoq; sal.

f Ecundũ librum de exilio qui de infamia inscribitur:uelim huic isti tabellario qui
meas tibi litteras reddidit:ad me des.desyderio ẽt tertiũ:in quo de paupertate dis
seruimus:qui si ipse quoq; apud te ẽ:dato itẽ eidem ad me tabellario. Sin minus ẽ apud
te.quære a Bernardo meo Iustiniano.plura ad te nunc scribere non potui propter occu
patiões meas.propediẽ agã tecũ pl̃ibus.Vale.ex Mediolano Nonis martiis.M. cccc.liii.

Franciscus philelfus petro perleoni sal.

d E phaethonte quod petis:dictio trisyllaba est phaethon.Scribit̃ enim apud græ
cos φαέτων phaethon:& nõ φάιτων phæthon.Vale.Ex Mediolano.viii.idus
martias.M.cccc.liii.

Francisci philelfi Epistolarum liber undecimus.

Franciscus philelfus Sigismundo pandulpho Malatestæ ducali Imperatori sal.

q Vi patrem tuũ pandulphũ Malatestã summa uirtute principẽ tãto-
pere semper colui senẽ iuuenis:nisi te filium amem obseruẽq; iuue-
nem senex:uidear mihi admodum ingratus:præsertim cum ille me:
ut erat unus oium munificentissimus:non dilexerit solum:sed ẽt pul
cherrimis beneficiis q̃nq; affecerit.Accedit ad hoc aĩ institutũ tua in
omnes eruditos & doctos homines uel cõsuetudo:uel humanitas:
qua ita rapior ad te colendum:ut tuo mihi nomine esse dulcius ni-
hil queat.Non enim esse nõ potes omni laude cumulatissimus quidam princeps:qui si-

mulacra etiá uirtutis & disciplinæ tantopere in aliis admireris:illisq; benefacias:quos ta-
les existimaris.Quare tibi persuadeas uelim me ita esse tuũ:ut oĩa tibi de me possis qua
si iure quodá peculiari polliceri:Ná ego in te non mediocrẽ spem constitutá & colloca
tá habeo.Et ut intelligas:quo aio in te sim:& q̃ faueam tuæ gloriæ breui ꝑstringá.Duo
sum nuper aggressus opera:quæ litteraꝝ imortalitati cõmendẽ:alterũ uersu:alterũ prosa.
Et hoc q̃dẽ de uita & rebus gestis Francisci Sphortiæ soceri tui inscribit̃:illud át Sphor
tiada more figuraq; poetica:ubi q̃tũ mea facultas feret:nihil omittá:q̃d sũmi principis fe
licitatẽ probet.In utroq; de te sum uerba facturus:cũ ꝓ tua dignitate:tũ etiá pro ueritate.
Id aũt ut cumulate faciá:tua mihi opera opus ẽ.Res abs te clarissime gestas uulgo narra
ri uideo plurimas.Nec inuenio queq̃:qui neget oĩa te gessisse non sapienter minus q̃ for
titer.Sed una re turbor:q̃d ordinẽ modũq; ignoro.Nec est.qui mihi oĩo satisfaciat:cum
alii de loco ubi q̃d cum laude factũ sit:alii de tẽpore:alii de alio quopiá negocio inter se
discrepent.Quáobrẽ cũ dignitati cõsules tuæ:tũ ẽt ueritati meæ:si cõmentaria ad me ali
qua dederis uel materno:ut aiunt:sermõe scripta:unde tanq̃ ex aliquo fonte q̃d in re ue-
rũ sit:hauriá.Quod si feceris:tanta sollicitudine me leuabis:ut ĩgentes sim tibi gratias ha
biturus.Et q̃q̃ non sum:ut es aio liberali atq; benefico:ignarus permultos apud te eẽ:q ĩ
huiusmodi cõmentariis cõficiendis nõ inepte operá suá accõmodẽt:tñ si eam prouinciá
uiro disertissimo petro perleoni ciui tuo delegaueris:& tibi & mihi egregie satisfacies.
Vale splendidissimũ decus Malatestarum.Ex Mediolano.vi.idus martias.M.cccc.lui.

Franciscus philelfus Nicodemo tranchedino sal.

p Osteaq̃ hinc abiisti:quod præsens mihi ꝑsuaseras:ita mutatũ est:ut ab oĩ tua etiá
suasione aborream.Dixerá tibi Andreá alamannũ præstantẽ adolescentẽ mihi co
ram exposuisse renunciatũ esse pontifici maximo cũ de eius uita ac moribus Mediolani
sermo aliq̃ñ haberetur:me q̃d sentirem interrogatũ respondisse Nicolaũ Quintũ uirum
mihi uideri doctissime eruditũ:sed adhuc sapere famulatũ.Id tu dictum esse pontifici ne
crederem:permultis & argumentis & rõnibus ostẽdere studuisti.Et ut es oĩ in re accura-
tus & bonus ad id maxime elaborasti:ut ab hac aĩ sollicitudie me eximeres:id q̃d etiam
plane præstitisses:nisi aliud quiddá post abitionem tuá uenisset in mentẽ.Est Romæ:ut
nosti:petrus Candidus decembris egregius q̃dá & maledicendi & insidiádi artifex.Is ad
uersus me ꝑmulta iampridẽ perperá est machinatus per oẽm aĩ nequitiá:adeo ut nõ mo
do mihi clam & ꝑ latrocinia semꝑ detrahere consueuerit:sed cõuiuia quoq; Mediolanẽ
sia illa nostra quæ hic cũ aderas:lectitasti:multis in locis ánis superioribus cũ nobilissimus
dux philippus esset in uiuis:deprauarit atq; corruperit. Qua fraude factũ est:ut uix eua-
deret publicá infamiæ notá:quæ illis inuri solet:q uulgo appellant̃ falsarii.Nec sane dubi
tarim eundẽ istum nigerrimũ candidũ originẽ ac segetẽ extitisse & calũniando & inducẽ
do discordiaꝝ inimicitiarũq; oĩum:q̃bus poggius ac Valla inuicem se dilacerát per oẽm
contumeliæ fœditatẽ.Consueuit enim ex alioꝝ incõmodis & infamia famæ suæ cõmo-
disq; cõsulere.Siquid ergo de me ad summũ põtificem falso delatũ est:nebulo iste Can-
didus debet esse in cá.Itaq; omnium primũ abs te peto:ut si hæ litteræ te prius offende
rint in itinere:q̃ Florẽtia excesseris:Andream alamánum conuenias:ab eoq; scisciteris: io
catusne sit hac de re mecum:ut plærique solent:an locutus serio.Deinde si uero mihi ca
lumniá renunciasse Andream non finxisse animaduerteris:te maiorem in modum etiam
atq; etiá rogo:ut meo nomine pontificẽ adeas:& ei hæc omnia de me referas:quæ præ-
sens corámq; cognosti:Ná quopacto uerbo uituperẽ:quem & uersu & prosa persæpe lau-

darim inocentẽ præsertim & sapientẽ uiꝝ & de me iápridẽ meritũ optime. Tu rẽ tenes. Reliqua pro tua prudẽtia ipse pstabis. Vale. ex Medio.ano quarto idus mar. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus petro perleoni sal.

q Vid uolo istic agas meo no.e:græce ad te scripsi: Fac si me amas: ut q̃primũ adeas Sigismundũ principẽ: cui diligẽter expone qđ tibi uides in cõmentariis datũ. Quod si feceris: rẽ mihi facies mirifice gratam: habeboq; tibi nõ inuitus gratias imortalis. Cũ has litteras iá essem obsignaturus: Xenophon filius aduenit cũ litteris tuis: quas sũma cum uoluptate perlegi: Ná ex litteris iis quas ad te dedi quinto kal. martias: potuisti non obscure coniectare: q̃ mihi iucundus fuerat tuus in pattiá reditus: quẽ nulla tua epistola sed ex Genua cognorá. Quod aũt tantopere tua oĩa mihi cõmunia esse ostẽderis: non erat opus: Ná tuũ erga me aĩum iampridẽ noui: & tibi meus ignotus non ẽ. Voluissem Xenophon apud te fuisset: ut tibi gratificaretur. Sed comitum cá facit: ut ei ignoscatur. Quoniá breui te uidebo: in præsentia longior esse nolui. Et tuá pudicissimá spõsam & uostros oĩs bene ualere opto. Vale. ex Mediolano pridie idus martias. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Iacobo camerinati sal.

q Vantá diligentiam adhibuerim in rẽ tuá: potes ex Ciccho Angeloq; cognoscere. Idẽ ut mihi tu hoc tempore officiũ præstes: uæhemẽter cupio. Fac inq̃ opera & studio tuo: ut Cicchus quod interest rei meæ pecuniariæ apud hos ædiles q̃primũ litteris suis absoluat. Veꝝ bono sint atramento scriptæ: ut aiunt. Et fide opus est & celeritate. Causam Cicchus ex me coram itellexit. Codicẽ epistolarum cum primum absoluero: dabo ad te libenter. Xenophon totus est tuus & pater non minus. Vale. ex Mediolano xii. kal. apriles. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Lodouico gonzagæ principi mantuano sal.

n On equidẽ sum oblitus: quam mihi nuper in agro brixano beniuolentiá ostendisti: & quãta me nõ humanitate solũ: sed benignitate ẽt persæpe exceperis. Itaq; ex eo tempore intellexi permagná mihi in te spem & positá esse & constitutá. Indeq; factum est: ut ita te obseruẽ ac uenerer: ut me abs te putẽ dignũ existimari: in quo nullum beneficiũ tuũ sit intermoriturũ. Quæ mea me de te opinio ne fallum habeat: est magnitudinis & munificentiæ tuæ. Quid aũt abs te uelim: ethrusco sermone itelliges. Est celeritate nõ minus opus q̃ beneficentia. Vale. ex Mediolano. iiii. nonas Apriles. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Alexandro Sphortiæ attendulo principi pisauri sal. pl. d.

e Xistimabam te ante repetituꝝ Mediolanũ: q̃ proficiscereris in Tusciá. Sed qm̃ didici secus fore: quod præsens tecũ ac coram acturus eram: nunc & absens & p litteras agam: necesse est. propediẽ iussu principis non tá sui q̃ negocii mei cá Romam iturus sum ad summũ pontificẽ. Vt nosti ex eo sum philosophoꝝ ordine: qui rẽ pecuniariam in bonis non ducunt. Quo fit: ut neq; sim auri diues nec esse unq̃ possim: Ná habet nemo: qđ negligit. Et mihi tũ habenda est rõ dignitatis Sphortianæ: eo præsertim cõcessurus: ubi cultus exterior nõ paucioris q̃ interior solet æstimari. Mihi pluribus opus est: quæ princeps affatim pstare non oĩo põt. Itaq; partiendũ hoc honoris tecũ est. Quá tu puinciam libenter fueris amplexus: non minus iudicandus q̃ noiandus Alexander existimeris. Vale. Ex Mediolano quarto nonas apriles. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Andreæ alamanno sal.

e Rat uel officii uel humanitatis tuæ posteaq̃ hinc Florentiá reuertisti: litterarũ aliqd ad me dare: qbus de te tuisq; rebus oĩbus p áĩcitia nostra certior fierẽ. Quod

tamen te non fecisse eo fero moderatius: qđ νεόγαμος ὢν neogamos on amoris q̄ amicitiæ hoc ē uxoris q̄ philelfi rationem habere maluisti. Verꝫ si sapis: omnia modice: Nā ager frequentius q̄ par sit renouatus non admodū sæpe prodit i segetē. Ad filiorum procreationem non ad uoluptatē coniugium est constitutū. Quin quo rarior est humanis in rebus: eo suauior est uoluptas oīs: Nā quod satietatem affert: iucundū oīo esse nō potest. Quare si ad hoīem amicissimum scripsisses: nō modo fecisses pro officio: sed qđ τοῖς ἀφροδισίοις surripuisses tēporis: ad maiorē tibi uoluptatē surripuisses. Itaqꝫ si me audis: litterarū fasciculos ad me q̄primū accōmoda. Et quid ipse agas: & quid agatur in Tuscia: fac intelligam: Nā hic nos ad bellū accingimus non sustinendum: sed imortali nostra cū gloria profligandum. Nō eni alere bellū uolumus: sed finire: Id quod si ēt uos factum ire constitueritis: & uobis & florentissimæ reipublicæ uestræ q̄ saluberrime cōsuletis. Nec est profecto quisq̄ in noīe latino: qui uobis unis cū & aī magnitudine & altitudine: tū etiam prudentia sit superior. Quo fit: ut nisi ciuilis uel discordia uel simultas rectos cogitatus uestros impediat: uictores breui futuri sitis. Vale. ex Mediolāo. iiii. nonas Apriles. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Nicolao Strozæ equiti aurato sal.

p Vtas fortasse uel obliuione uel negligentia factū esse: ut quod ab me istinc soluēti petieras: nondū ad te ierit. Sed neutri ꝑfecto istiusmodi uitioꝝ est locus apud me ullus: Nā & memoria ualeo plurimū & sum unus oīum diligentissimus: præsertim ī iis rebus quæ amicoꝝ intersunt. Quod aūt uehementer & diligā te & amē: tum ea facit familiaritas ac necessitudo: quæ mihi est iā multis ānis cū uniuersa Strozarū familia: tum ipse tu qui de me priuatim es bene promeritus. Sed duo fuerunt in cā: ut in hanc diē minus sim: ut uolebā: tibi gratificatus: Nā & librario carui: & quiddā pro officio meo præstare me principi meo oportuit: qđ ita me impediuit: ut nihil oīo ocii mihi concessum fuerit. Sed quo serius præstiti: eo cumulatius propediē ad te ibit. Tu me interea tēporis: ut amare non cesses: ēt atqꝫ ēt rogo: id quod ita intelligā te fecisse: si me nobilissimo isti principi quotidie magis feceris cariorē. Grauissimum & humanissimum uirū Lodouicū Casellam bene ualere opto. Vale. & disertissimo Tito meo salutem plurimā uerbis meis nunciato. ex Mediolano pridie kal. apriles. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Nicolao uaroni sal.

q Vod nihil ad te scripserim post meā a uobis abitionē: honestæ quædā occupationes meæ cām præstiterunt. Itaqꝫ rogo te: mihi ut ignoscas: tibiqꝫ persuadeas: me unū esse: qui tanto te amore cōplector: ut aliū magis neminē. Itaqꝫ siqd in me ē: qđ tibi iucundū esse possit: id ita esse tuū existimato: ut meū magis esse non possit. Cōmuni principi me q̄ diligentissime & q̄ sæpissime cōmenda. præstantissimū uirum eloquentissimūqꝫ Casellā saluere plurimum opto. Vale. ex Mediolano pridie kal. apriles. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Francisco castrensi grāmatico sal.

q Vam tibi prouinciā istinc soluens delegarim: debes esse nequaq̄ nescius. Itaqꝫ miror nullas me accepisse litteras tuas cū eo carmine: qđ in principē istum oī laude & admiratiōe dignū ex tpe luserā. Feceris igit̄ ꝑ beniuolentia nostra: si tali me desyderio q̄primū leuabis. quod ut facias: ēt atqꝫ ēt abs te peto. Vale. ex Mediolano pridie kal. apriles. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Lodouico casellæ sal. pl. di.

c Vm Antonius Tricinus Ferrariā peteret: idignū me facturū existimabā: si is meis uacuus litteris ad uos isset. Quid aūt aliud ad te scriberē q̄ unū illud: qđ & liben

ter apud omnes & continẽter prædico:me tibi cum ꝓpter maximas tuas mirabiliſq; uirtutes:tum ꝓpter ſingularem tuã erga me humanitatẽ ac beneficentiã debere plurimum. Itaq; tibi uelim certo ꝑſuadeas me unũ eſſe ꝑpetuoq; futurũ:qui nihil neq; magnũ neq; paruũ recuſaturus ſim tua cauſa. Quare abs te peto atq; contẽdo:ut oibus in rebus officio operaq; mea nõ utaris ſolũ:ſed etiã ſi opus fuerit:ut ita dixeris:abutaris. Vale. Et cõmuni principi me ut ſoles cariſſimũ redde. Ex Mediolão..xvi .kal. Maias. M.cccc.lii.

Frãciſcus philelſus petro perleoni ſal.

c Vm primũ Candidus bontẽpus eques auratus prĩcipis tui noĩe ueniſſet Mediolanũ:& ex eo certior factus eſſem de omni ſtatu tuo id qđ minus cumulate ex litteris tuis quas filio Xenophõti ad me dederas:ante cognorã:mirabili gaudio ſum affectus:& tibi per meas litteras:ut par erat:cõgratulatus. Deinde cũ dies cõpluſculi præteriſſent:didici ex eodẽ Candido litteras meas oĩs & quas ad te & quas ad prĩcipẽ tuũ dederã eſſe inter eundũ tabellario interceptas ſurreptaſue. Itaq; & ad Sigiſmundũ principẽ eadẽ rurſus ſcripſi quæ antea:& tecũ icciro egi breuius:qm̃ per tabellariũ non licuit uti ꝑplyxitate. Quare ea duntaxat audies gr[illegible]ce:quæ apud principẽ tibi tuum uerbis meis & dicenda ſunt & curanda Vale. Ex Mediolano.xv.kal.maias. M.cccc.liii.

Franciſcus philelſus Iacobo camerinati ſal.

n Iſi uæhemẽter amem amorẽ tuũ:ingratus ſim. Quæ ſplendidiſſimi equitis aurati Ioãnis tholẽtinatis ſcriba tuo noĩe mihi corã expoſuit:libẽtiſſime audiui. Quid aũt aut ſentiã aut uelim:tecũ una Cremonæ ad paucos uſq; dies cõmentabor:ac ſtatuã: Nam ad kal.maias hic capiã iter ad urbẽ Romã negocii mei gratia:& id qdẽ ex prĩcipis noſtri ſnĩa. Quod aũt queri uiſus es:quod nihil ad te ſcribã:ũ iure id facis: Nam ꝓximis diebus litteras ad te dedi. Tu uero Endymiõis ſomnũ dormitas:reſpõdeſq; oĩo nihil. Sed icciro ignoſco tibi:quod ita ranarũ Cremonẽſium clamoribus obtũderis:ut apud te eſſe nõ poſſis Vale. Ex Mediolano.xiiii kal.maias. M.cccc.liii.

Frãciſcus philelſus Alexandro Sphortiæ ſal.

e Tſi ꝓximis litteris debes ſatis intellexiſſe: q̃ mihi opus ſit ope tua:nec præterea ſum ignarus cũ pro tua animi magnitudie:tum pro mea erga te obſeruãtia te mihi libẽter gratificatuꝝ:tñ quia noui maximas tuas ac ꝑpe iſinitas occupationes: rurſum uiſus es admonẽdus. Ego Romã ſum ꝓpediẽ cõceſſurus: Nec oia mihi adſunt: quibus ẽ opus ad id itineris: Nec mihi tã meæ q̃ Sphortianæ dignitatis ratio eſt habẽda. Reliqua tu pro tua prudẽtia potes cõſyderare. Vale. Ee Mediolão.xiiii.kal.maias. M.cccc.liii.

Frãciſcus philelſus Alexandro Sphortiæ ſal.

p Erhumaniter mihi nudiuſnonus ꝑbenigneq; reſpõdiſti. Itaq; tibi nõ poſſum ĩgẽtis gratias nõ habere. Dicis tu aũt & facis oia pro magnitudie animi tui nobilitateq; naturæ. Reliquũ eſt:ut qđ tua illa graui ſuauiſſimaq; epiſtola mihi tã liberaliter receꝑiſti ad quatriduũ uſq; te facturũ:id olim effectũ reddas: Nã hoc mihi præſtare gratius hoc tẽpore nihil potes. Vale. Ex Mediolano.iii.kal.maias. M.cccc.liii.

Frãciſcus philelſus Nicodemo trãchedino ſal.

q Vanq̃ nõ erã neſcius te memorẽ fore:& quid mihi corã recepiſſes:& quid te facere oporteret:tñ cũ mecum aĩo uolutarẽ:q̃ eſſes occupatiſſimus:rurſum uiſus es admonẽdus. Duo ſunt:quæ tu mea cã ſis facturus. alteꝝ Florentiæ ore auribuſq; tuis: & Romæ alteꝝ per litteras. Hæc ut & q̃primũ & diligẽter cures:te etiã atq; etiã rogo. Vale. Ex Mediolano ꝑridie kal.maias. M.cccc.liii.

Franciſcus philelfus Alexandro Sphortiæ ſal.

q Vem roſei coloris pánũ dono miſiſti mihi:libẽtiſſime accepi.Sũq; tua munificen tia nó mediocriter delectatus:& ne id quidẽ minus animi tui:q̃ doni magnitu dine.Nó.n.q̃d muneratur:ſed munerátis aíus maxime liberalitatẽ benignitatẽq; declarat & facit:Ná quod uerbo extenuaris:q̃d eſt apud me ampliſſimũ:ſatis id ſuperq; oſtẽdit: & me tibi eſſe cariſſimũ:& te nihil pluris ducere q̃ uirtutẽ.Gratulor igit̃ felicitati tuæ: q̃ ut es aío excelſo ſplẽdidiſſimoq; īgẽio:nihil abiectũ:nihil humile neq; loquaris:nec ſen tias.Reliquũ eſt:ut tibi pſuadeas tua apud me beneficia oía fide bona eaq; nó ingrata eſ ſe depoſita.Vale. Ex Mediolano.iii.nonas maias.M.cccc.liii.

Fráciſcus philelfus Ioáni Iacobo Ricio iuriſcóſulto ſal.

u Enetoꝝ conflictũ qui pximis ánis in pado apud oppidũ Caſalẽ quæ maior co gnominatur:geſtus eſt:litterarum imortalitati ſum commandaturus in quinto hoc Sphortiados libro:qui mihi habet̃ in præſentia in manibus.Quid abs te petierim diebus ſuperioribus:puto nó te oblitũ.Si ueſtrá uos laudẽ neglexeritis:num ego ſim cu raturus:.Vale. Ex Mediolano.iii.nonas maias.M.cccc.liii.

Franciſcus philelfus Iacobo camerinati ſal.

q Væ de me & ſentis & loqueris:audio nó inuitus:Ná ín dies magis magiſq; oſtẽ dis ſingularẽ beniuolentiá in me tuá.Ego ita Romá ſum pfecturus:ut ad quartũ uſq; menſem ad ſummũ ſim rediturus Mediolanũ.Odas ego tibi áte q̃ ædá:quo pacto ſim cóceſſurus pferti opere nódũ emendato:Epiſtolaꝝ libros decẽ hoc áno ædere inſti tui.Has tu oíum primus habiturus es:uſuruſq; pro arbitrio tuo.đ Ioánocio q̃d ſcripſiſti nó itelligo.itaq; nihil eſt q̃d reſpõdeá. Vale.Ex Mediolano.iii.nonas maias.M.cccc.liii.

Fráciſcus philelfus Nicolao Stroze equiti aurato ſal.

p Etiiſti a me nuper:cũ Ferraria eſſem Mediolanũ repetiturus eá quá ad regẽ Fran corũ Karolũ aduerſus Turcos & Sarrhacenos ſcripſiſſem epiſtolá.Quá ut ſerius ad te darẽ:honeſtæ quædá occupationes meæ in cá fuerunt.Nunc uero pro una iccirco epiſtolas quattuor ad te dedi:ut intelligeres cũctationẽ hanc nó ſtudio factá eſſe:ſed ne ceſſitate:Nam nihil eſt:quod malim:q̃ non tibi ſolum cui me debere plurimũ iudico: ſed Strocis omnibus propter pallantem meũ morem gerere.Vale.Ex Mediolão pridie nonas maias.M.cccc. liii.

Franciſcus philelfus petro Thomaſio philoſopho ac medico ſal.

r Edditus eſt mihi ſecũdus liber de exilio:quẽ miſiſti.Tibiq; habeo gratias:quod eum domũ tandẽ repetere coegeris.Idem ſi de cæteris etiá feceris:qui iſtic tád u hoſpitant̃:magno me afficies beneficio.Sunt.n.ii oés apud Bernardũ Iuſtinianũ : quos ut noíe meo repetas:& huic iſti tabellario ad me des:te maiorẽ in modũ rogo. Legit p̃ terea patauii medicina Matthæus peruſinus uir nó philoſophus ſolũ:ſed etiá diſertus : Cui ſunt duo illi hipocratis libri:quos:ut noſti:iápridem ex græco in latinũ cóuertimus alter de flatibus:alter de paſſionibus corporis.Itaq; rem mihi facies pgratá:ſi eos libros ab eodẽ Matthæo uerbis meis repetitos:q̃primũ reddi mihi curaueris.Quæ puicia tua fuerat ſcribẽdi ad poggiũ.& ad Vallam:ea ipſe ſum functus.Cuius epiſtolæ exẽplũ cum plus otii nactus fuero:ad te dabo.Vale.Ex Mediolano pridie nonas maias. M.cccc.liii.

Franciſcus philelfus Nicolao Varoni ſal.

q Vo diutius deſydero tuas epiſtolas:eo magis magiſq; ín dies eaꝝ apud me deſy derũ augeſcit.Quare ut huic meæ tátæ & tá ſuauiſſimæ ſiti aliquádo potũ affe-

ras:abs te etiam atq; etiam peto. Et quia fortasse nullum tibi scribendi argumentum occurrit:accipe paucis:quod respódeas. Nosti uel apud Aristotelẽ tuũ cũ aliis plærisq; i locis:tũ in iis libris qui de rebus naturalibus quæ φυσικὰ uocant̃:iscripti sunt:Democriti opinionẽ de Atomis. Atomos aũt esse uolũt corpora idiuidua. Scire igit̃ cupio ea indiuiduitas unde sit. Nõ.n.puto dixeris id ꝑpter paruitatẽ accidere:cũ atomos ipsas iter sese diuersas & figura: & magnitudie: & ui: & natura esse cõstet. Expgiscere igit̃:atq; ingeniũ tuũ excute:mihiq; diligẽter expone:quãobrẽ eiusmõi corpora qbus Democritu & Epicurei:tũ mundũ oẽm:tũ singula ea quæq; in mũdo sunt:cõstare uolũt: idiuidua nominarint. Vale. Ex Mediolão pridie idus maias. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Lodouico casellæ sal.

t Antá mihi nuper cũ Ferrariæ essem beniuolentiá ostẽdisti:ut nihil uidear magis cupere q̃ te uisere q̃sæpissime. Quod mihi qm̃ aliter hoc tpe cõtingere non põt: utor uũcio litterarũ:qbus & uideá te & alloquar. Idẽ tu si feceris i summis occupationibus tuis:ad tuũ erga me studium nõ paruus cumulus accedet. Si minus feceris:nõ te cui scio me esse carissimũ:sed publica munera accusabo:quæ tamẽ ipsa anteponi priuatis ut decetita etiá modice fero:modo me nobilissimo isti pricipi i dies magis magisq; cõmẽdes. Vale. Ex Mediolano pridie idus maias. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Nicolao arciboldo iurisconsulto sal.

n Equaq̃ sum uescius mea tibi oía maximæ curæ esse. Quo fit:ut ul̃ tibi fortasse uidear rem meá admodũ negligere:qui nullũ faciá tecũ uerbũ:cuius mihi opa uæhemẽtissime opus sit. Quod ne accidere iure possit:peto abs te:ut qđ una de mea ꝓfectiõe cõmẽtati sumus:q̃primũ q̃tũ in te fuerit:cõfectũ reddas. Hoc erit mihi tam gratũ:q̃ necessariũ. Vale Mediolãi ex ædibus nostris idibus maiis. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Nicolao arciboldo iurisconsulto sal.

g Audeo eqdẽ & tibi munificẽtissimo uiro debere plimũ & illi harpyæ nihil: Ná i accipiẽdis etiá beneficiis liberalitatis cuiusdá positũ munus est. Itaq; iuxta idignũ puto ab hoibus indignis beneficiũ accipere atq; in idignos cõferre: Itaq; utar equo: quẽ polliceris & amice & fide bona. Quod priceps decreuit:hodie mihi numerat̃. Dũ dies octo hic sum:cupio uidere quæ tuus librarius scripsit. Quæ ueli huic puero ad me des. Vale. Mediolãi ex ædibus nostris.xiiii.kal.iunias. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Aenico daualo equiti aurato sal.

e X binis iis litteris quas Ioãni Antonio fossano ad te dedi:potes iam liquido cognoscere aduẽtũ ad te meũ ꝓpediẽ fore:id qđ aliis itẽ litteris tibi scripsi:quas hic Gisperthus gymara una cũ hisce ultimis tibi reddidit. Et ut rẽ paucis teneas:ad octo usq; dies ad summũ hic sum cõcessurus Romá:quẽ ad usq; locũ libera ꝓfectio mihi data est. Inde ad te ipse mihi meo iure eũdi ueniá dabo: Ná q̃ liber & natus sim: & semper uixerim:me seruũ fieri uullo pacto patiar. Vale. Ex Mediolano.xii.kal.iunias. M.cccc.liii.

Fráciscus philelfus Nicodemo trãchedino sal.

e T amorẽ & diligẽtiá tuá tanti facio:q̃ti aliud nihil:qđ mihi iucũdissimũ esse possit. Delectarũt me uæhementer oía:quæ mea abs te cá uel gesta sunt uel tentata. Nec pluris euẽtum cuiusq; rei faciũdũ existio:q̃ uel prudẽtissimũ cõsiliũ tuũ uel studiũ erga me singulare. Quid uir magnus ille respõderit:itellexi:cui nõ possum igẽtis gratias nõ habere:qđ se tá & hũano i me aío & facili liberaliq; oũ dat. Operá dabo:ne me unq̃ possit igratitudis accusare. Litteras Honofrii Macarii tui uel iá etiá uostri legi ꝑlibenter.

Sumq; eius ingenio mirifice delectatus. Est.n. & fecundum & facile planeq; ingenium. Non potui aut nō surridere:quod ei de me amicus noster ille respondent. Facit is certe ut debet:qui eadē utat utæ cōstātia ad ultimā usq; diē:qppe cuius senectus sit eadē: quæ leonis. Sed qd agamus: Frustra nitimur inuita Minerua. Natura ualentius nihil est. nihil difficilius. Viuamus nos more nostro. alii suo. Qui officio fungit:nihil habet:qd' doceat:nihil qd' accuset. Cupio:cū te ad Florētinos receperis:qdiligētissime cures:qd' nulpecula illa obtegit. Hoc erit mihi tā gratū:q̄ qd' oīum maxie. Nos bene ualemus oēs. Idē tu ut cures:te n̄ solū moneo sed ēt rogo. Vale. Ex Mediolāo pridie idus iunias. M.cccc.lııı.

Frāciscus philelfus Albertho zancario sal.

a Ccepi litteras tuas ad me & cū his eas binas:quas duo disertissimi Nicolai & perotus & Vulpes ad te dederant: Habeo & tibi & Nicolais igentes gratias:quod tā amice de me sentitis: Nā quid dixeri uere:cū & ipse lōge humilius de me sentiā: & amore unde manat amicitia:cæcū finxit antiqtas: In psentia tecū pluribus agere ipedior. Ad paucos usq; dies lōgior sum futurus & id quidē nō p litteras:sed psens ipse & corā. Vale. & utriq; Nicolao salutem plurimā dicito uerbis meis Ex Mediolano.xiiii.kal.iulias.M.cccc.lııı.

Frāciscus philelfus petro perleoni sal.

r Eddite mihi sunt litteræ tuæ:cū iam itineri accigerē & hæ quidē solæ: Nam pter hasce unas quas & uidi & legi libētissime:ut soleo semp quicqd abs te manat:ne deiphobū uidi:ne; aliud quicq nescio quid:qd' signatū esse moneras. Quæ scripsisti:intellexi oīa. Istic ppediē me uidebis:ubi de rebus oībus quas uel tua:uel mea interesse existimabimus:diligētissime cōmētabimur. Vale. Ex Mediolāo xiii.kal.iulias. M.cccc.lııı.

Franciscus philelfus Lodouico Mantuæ Marchioni sal.

q Vod iā tertiū a philelfo itur ad te eximiæ tuæ uirtutis gratia:scio me tibi rē facere nō ingratā. Quid.n.pricipi nobilissimo & Gōzagæ Lodouico in primis gratius pōt optatiuue cōtigere q̄ eā offerri cām:qua se dignū pricipatu queat ostēdere. Scimus sane aliud nihil esse quo ciuitatū pricipes ac reges uideanť beatiores priuatis hoībus q̄ benefaciēdi & donādi mafnificētia. Hæc una res syracusanū Dionysiū imortalitatis memoriæ cōmēdauit. Huius itē pulcherriæ uirtutis splēdor Archelaū Macedōna cunctis ostēdit gentibus admirabilē. Et phalarim tyrānū cæteris i rebus immanē ac teterrimū iudicatū sola munificētia i doctos & bonos uiros reddidit memorabilē: Nam quid loquar de Alexādro rege Macedonū:quid de G.Iulio Cæsare:apud quos nihil benignitate nihil beneficētia fuit antiquius: patrē tuū Ioānē Franciscū summū uirū & pricipē clarissimū dicere solitū pdicāt nihil sibi uideri indignius pricipe q̄ pecunias qbus tanq̄ seruis & pecoribus sit utēdū:uel auidius cumulare:uel parcius elargiri:ac satis superq; esse dñis ciuitatū:qd' populis psint:qd' ipertiāt:qd' honorenť:aurū aūt & argētū aut nō curādum: aut q̄liberalissime erogādū:ne Midæ cuiuspiā phineosq; similes iudicenť. Tu uero & pri ceps liberalissimus & munificētissimo natus pricipe iterū philelfum audies:qd' offerat tibi sæpius honestā materiā pmerēdi: Scio certe nō facies:qppe qui & aio sis alto & magno:& mihi uehemēter affectus. Vt aūt ad rē ueniā:despōdi mō filiā uiro:quā icertō nō cū tradidi:qd' ducati desunt ad dotē ducēti quiquagita Hi mihi ab amicis copārādi sūt e quorū numero cū te sciā eū esse:cui sim carissimus: primus oblatus es:cui hoc hac i re mūere uti uolo. Itaq; abs te peto:ac etiā si pateris rogo:ut huic meo adolescēti qui tibi litteras reddidit:aureos quinquaginta dono ad me des ea lege condicioneq;:ut nisi in Sphor-

tiade tibi conflatū es omne pro dignitate dissoluero:ego tibi fiā pro debitore creditor Nā si recte mihi es cognitus:nūq̄ bñficium fœnerari didicisti:qn quo es i cōferēdo alacrior:eo te magis id debere putas.Ipse aūt si bene me noui nihil est:quod minus uelit:q̄ iudicari igratus.Vale.Et me ut soles:ama.Ex Mediolano.x.kal.iulias.M.cccc.lııı.

Fräciscus philelfus Galeacio episcopo mātuano sal.

n Isi una oīum uoce pdicatiōeq̄ cognitū mihi esset te aio uigere igenti & perbenigno:subdubitarē fortasse beneficii q̄ppiā abs te petere:a quo nihil antea pmeruerim.Sed cū sis tali tātaq̄ uirtute ut humana oīa infra te ducas:itel igasq̄ nihil esse magis homini ppriū q̄ benefacere uel ignotis:quippe qui se simillimum eius uelit:ad cuius est imaginē similitudinēq̄ creatus:maiore cū fiducia tuas en pulso fores:quas mihi facile apertū iri nō dubitē.Despōdi mō filiā uiro bono & nobili:cui dotis cautiōe tradere nōdū potui.Nā ut nosti:uirtus & diuitiæ simul esse nō possunt.Te igit̄ pro tuis maximis înumerabilibusq̄ uirtutibus maiorē in modū rogo atq̄ oro:ut ducatos cētū mihi cōmodes ea cōditiōe:ut itra ānū eos tibi oīo bona fide redditurus sim.Quod si prius:ut spero:pstare potero:nihil dissimulabo.Scio te id qd̄ summæ tuæ est laudis:nūq̄ pecuniis abundare:etsi' redditus habes amplissimos cū ex ecclesia:tū etiā ex patrimonio:Nā qcqd supest a rebus necessariis:id omne uel pro liberalitatis:uel pro pietatis officio in eos tribuis:quos dignos cēseas:i quos beneficiū cōferat̄.Tuæ igit̄ humanitatis fuerit:ut ita in me pius liberalisue sis:ut intelligas nullū apud me officiū tuū itermoriturū.Nō.n.solū ad cōstitutū tēpus tuū ad te mutuū redibit:ed cū usura etiā litteraria redibit.Huius aūt rei gratia hunc meū adolescentē ad te fidū nunciū misi:cui uelim ad me des:quod petitur.Vale.Ex Mediolano.x.kal.iulias.M.cccc.liii.

Fräciscus philelfus Lodouico Mātuæ Marchioni sal.

n On possum pfecto nō lætari:qd̄ magis magisq̄ in dies & mihi & cæteris oībus pspicuū facis ea te esse animi magnitudine:ut nihil malis q̄ benefacere q̄ uti inuidicētia.Vt pui.n.est animi ardere diuitiis:ita hi mihi peride atq̄ magni qdā ac pclari uiri cēfendi sunt:qui illis ad benignitatē gloriāq̄ utant̄:id qd̄tum maxime fieri puto:cum i eos apte cōferunt̄:qui se ab inerti uulgi desidia abducūt:ad idq̄ uehemēter studēt:ut & suū & amicoꝝ nomē immortalitati cōmendēt.Gratulor igit̄ tuo tāto ac tali bono:qui te nō minorē uirtute pstesq̄ es fortuna superior:quippe qui nequaq̄ ignores hanc istabilē esse caducāq̄ solere:At uirtutē & firmā & sempiternā.Ad huiusmodi uero laudis studiū etsi naturæ bonitate duci te arbitror:nō paꝝ tamē adiutus disciplia qua cæteros nostræ tēpestatis pricipes mirifice anteis:eos omnis ac tibi uia uel deuicis uel amplificas:quos itelligis nihil pluris facere q̄ splendorē igenii q̄ laudatissimarum artium pulchritudinē ac decus.Itaq̄ non iniuria & amaris a doctis oibus & quotidie magis magisq̄ celebraris:Nam ut cæteri ipsi de se loquant̄:ego tāti te facio:ut nihil est:qd̄ mali:q̄ & audire & dicere de tuis diuinis summisq̄ uirtutibus.Quo igit̄ i me fueris benignior:eo te studiosius psequar huiusmodi animi gratitudie.Vale.Ex Mediolano.x.kal.iulias.M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Lodouico cardinali Aquileięq̄ patriarchæ sal.pl.di.

c Onsyderanti mihi pater reuerendissime Lodouice Cardialis atq̄ patriarcha cum tuas alias pmultas egregiasq̄ uirtutes:tū eximiā animi magnitudinē:facile uisum est te nō modo non inuite:sed etiam perlibenter & alacri benignitate id esse facturum:quod homini tui præclari nominis obseruantissimo ac tuæ dignationi ueteri beniuolē

tia deditissimo maxime conductus necessariumq; cognoris. Intellexisti ex ipso me corã nuper mihi filiã esse nubilẽmeq; aliud præter dotẽ deesse quicq̃ quo minus tẽpestiue tra derẽ uiro. Ea nũc est tẽpoꝝ calamitas: ut quod ultimũ oium quærendũ sint i futura spõ sa: id primũ expetaẽ. Quis.n. hac tẽpestate eo sit aio: qui uel pbitatẽ uel formæ præstan tiã: uel parentũ claritudinẽ pluris faciat q̃ pecuniã. Modo sint nũmi: reliqua oia negligũ tur. Quo sit: ut sapiẽtis illius Atheniẽsis uiri cõsiliũ de sponso deligẽdo: qui ait se malle uirũ carentẽ pecuniis: q̃ pecunias uiro: si capiũda spõsa oio sit cõtẽnẽdũ: ita sunt hominũ ingenia corruptis moribus deprauata & pdita. Et ne sim lõgior q̃ optortet apud ampli tudinẽ tuã: mihi opus est ope & auxilio tuo. Subueni obsecro istanti huic meæ & hone stæ necessitati. Quãtulũcũq; donaueris: maximi pulcherrimiq; mũeris loco ducã. Quod defuerit ad summã dotis: quærã ex aliis iis pricipibus: quibus noui me esse carissimum. Nec dubito uerissimũ fore pceptũ illud pmissumq; euãgelicũ: Quærite: & inuenietis pe tite: & dabitur uobis. Tu uelim: modo initium facias: cuius res gestæ & multæ sunt & preclaræ: quibus nisi ipse cumulatissime ad imortalitatis memoriã satisfecero: mihi in gratitudis diẽ dicito. Vale pater clemẽtissime. Ex Medioláo. viiii. kal. iulias. M.cccc.lvi.

Frãciscus philelfus sal. pl. di. Nicolao Arcimbolbo ducali senatori ac iureconsulto.

Quod tibi sciebã fore nõ iniucũdũ: uolui intelligeres: q̃d mihi neq; sperãti neq; cõ gitanti Romæ cõtigit: Huc.n. cũ uenissem ad quintũdecimũ Kal. Augustas paulo post meridiẽ eo cõsilio: ut postridie mane Neapolin uersus iter caperẽ: Nã reliquũ eius diei decreuerã & mihi quiescere & famulis: nec minus etiã equis ex accelerato itinere fa tigatis: Nec tñ interea temporis me otio ita cõmisi: ut non curarim ea uisere oia: quæ ex ueteribus reliquiis ac ruinis memoratu digna existimant. Sed hæc icirco ꝑtereo: quoni am tibi: qui Romæ non semel fueris: & uisa sunt & cognita. Mane cũ paulo post equũ forem ascensurus: uenit ad me salutatũ Blondus Flauius uir certe perhumanus ac diser tus: qui ubi mecum esset quædam de cõmunibus studiis cõmemoratus: Hora est inquit adeundi pontificis. Eamus igitur: Huic ego cũ respondissem & id fortasse subrustice in stituisse me post reditũ ex urbe Neapoli eiusmodi uti officio: nunc.n. id mihi non lice re: quoniam maturarem: uisus est ille nõ mediocriter admirari: cum diceret: At summus pontifex hesterno uesperi permulta est de te locutus & amice & honorifice: Ait enim quo primũ in Italiam e Græcia reuertisses fuisse tibi secũ consuetudinẽ multam familiari tatemque periucundam: teque magnis extulit laudibus. Itaque tui muneris esse reor: ne ex urbe moueas pedem prius: q̃ eius sanctitatem adieris: quod tibi non modo honori ficum fore arbitror: uerum etiam: quantum possum coniectura assequi non parũ emolu menti allaturũ. Is ubi uidet me persistere in sententia: abiit subtristis. Cumq; iam equum ascenderẽ: ecce petrus Nuccetanus apostolicus secretarius festinat ad me: atq; subridens tu maior factus es pontifice maximo: ab quo uel desyderatus redderis insolentior. at ea ue: dum tibi tantũ arrogas: ne superbiæ accuseris Meq; ubi dexterũ brachiũ sinistro meo supposuisset brachio per q̃urbanissime ad pontificem egit: ab quo tanta sum comitate simul caritateq; exceptus: ut meipsum non ab re uel rusticitatis uel ingratitudinis argue rim. Cætera litteris cõmittẽda nõ sunt. sed ea tibi: cũ reuertero: corã exponã: quæ scio ti bi fore gratissima Sed unum certe non reticescam: In mea enim abitione donauit me ul tro pontifex munificentissimus uõmis aureis: quos uulgo ducatos nominant: quingẽt s cum egregia quadam honoratione uerboꝝ. Cum hæc ad te scripsi erat dies natalis me-

us octauus kal. Augustas: cũ initium facerem ætatis meæ ãni quĩti & qnquagesimi: Nam reliquos dies iccirco egi Romæ: qm̃ meus satyrarũ codex: quẽ dono ferebam ad Alphõ sum: erat penes ipsum pontificẽ maximũ. Nec prius mihi restituit: q̃ totum lectitauerit. Vale. Ex urbe Roma. viii. kal. Augustas. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

e Xcepit me rex Alphonsus cũ p̄humaniter & honorifice: tum ẽt munificẽtissime. Nihilq; omisit: quo minus ostẽderet me sibi carissimũ eẽ & iucũdissimum. Sed de his p̄pediem tecum & aptius & latius: Nam ad sex usq; dies iter capiam istuc & istic deinde Mediolanũ. Interea temporis dilgẽter inquire: an gradarius ullus equus uænalis sit. Nam hic inuenio nullum: qui me delectet. Cuiusmodi. n. cupiam: non te latet. Vale. Ex Neapoli. vi. idus Augustas. M. cccc.liii.

Franciscus philelfus Xenophouti filio sal.

h Eri Alphonsus rex me Capuæ fecit equitẽ auratũ & id quidem mane in celebratione d̃nicæ hostiæ in maxĩo principũ conspectu. Deĩde cum post meridiem ad quartũ lapidem extra urbem p̄fectus tentoria statuisset in feracissimo illo agro: q ad Vesenũ iacet: hora uigesimaprima suis isignibus me donauit q̃honorificẽtissime. post triduum: ut spero capessam iter ad urbem Romam & istic Mediolanum. Vale. Ex Neapoli. xvi. kal. Septembres. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Nicolao arciboldo iurecõsulto ducaliq; senatori sal.

c Vm hesterno uesperi ex Neapoli Capuam uenissem repetiturus Mediolanum hoc mane sum ad Alphonsum regẽ p̄fectus i castra salutatũ: qui me: ut solet: excepit p̄humãiter & piucunde. Iussitq;: ut qm̃ esset occupatissimus: post meridiẽ redirem ad se. Quod ubi fecissem: in maxĩo ac pulcherrĩo non militum mõ: sed ẽt nobilissimorũ hominum coetu & suorũ & exterorũ ita ait. Nos te mi philelfe iãpridem uidere desyderabamus: quod nobis contigisse gaudemus: Nam opinionem de te nostrã non æquasti solũ sed admodum supasti. Donauimus te antea dignitatis militaris nostrisq; insignibus. Reliquũ est: ut qd' tibi maxĩe debet: poetica laurea te ornemus: quam capiti tuo tibi bene merẽti imponimus. Hẽbat. n. rex liberalissimus lauream paratam eãq; ornatissimã: quam ubi capiti meo ĩposuisset: ita de me ad circunstãtis honorifice: ita copiose: ita beniuole locutus est: ut non rex excellentissimus: sed pater indulgẽtissimus loqui uideret. Sed hæc & alia p̄multa tibi coram exponam. Ego post biduũ p̄sequar coeptũ iter. Interea temporis meos omnis tuæ fidei cõmendo. Vale. ex Capua uespi. xi. kal. septembres. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Georgio Trabesondæ sal.

q Vod istinc abiẽs tibi sum pollicitus: ubi primũ in urbem ueni: & summi pontificis Nicolai Quinti adeundi mihi data ẽ facultas: quo t̃pe adhuc ex pedibus ñ mediocriter laborabat: ita egi cãm tuã: ut eius aĩum iãpridem alienatũ: ut nosti: ita ad te cõuerterim: ut reditũ ad se tuũ nou solũ admittat: sed ẽt desyderare uideat. Itaq; moneo te atq; hortor: ne differas aduẽtum tuum: sed uelis ac remis: ut aiunt: secũdis flatibus te committas: Nam omnia tibi iu portu: omnia tranquilla futura sunt. Vale. et maiestati regiæ me cõmenda. Ex urbe Roma. v. kal. septembres. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Nicolao arcimboldo
iurecõsulto atq; senatori ducali sal. plu. dicit.

h Asce ad te litteras dedi ex Tholentino: unde post octiduum arripiam ad uos iter tũ equestris isignibus & poetica laurea ornatus: tum secretarius apostolicus.

Eculeus tuus si tanta esset corporis magnitudine quanta aĩne Bucefaralo equidem cedetet. Mirum est: q̃ se obsequentem præstat. Vale. Meq; ut facis: ama. ex Tholentino idibus septembribus. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Archiepiscopo Rauennati
Bartholomæo apostolico legato sal.

n Ihil esse reor in uiro graui & sapienti præsertim in eo: qui quẽadmodũ tu in magistratu & dignitate locatus sit: qđ pluris sit faciundũ ueritate & constantia. Id autem tibi quoq; ãplissimo & summa integritate & sanctimonia patri liqdo uideri non sũ nescius. Non possum aũt non mirari: quod eo᷑ nihil effectum sit: quæ nudiusnonus mihi coram recepisti. Tria abs te petii cũ pro mea erga te obseruantia: tũ pro tuæ amplitudinis uel officio uel laude. primum ut eã oẽm disceptationẽ quæ inter meos Tholentinates sc̃oseuerinatesq; uersatur: tua diligentia atq; beneficio e medio tollereť: Nã delegationẽ illã in præstantẽ iurisconsultũ Bartholomæũ firmanum & suspectã esse Tholentinatibus & molestã ĩ primis. Et ne id qdem absurde. Est enim ex eorũ hoĩum genere quibus cũ litigiũ etiam de confinibus est Tholentinatibus. Ad hæc uiatica & sporthulæ locupletissimos quoq; populos in odiũ sui rapiunt. Nec te latet famelicis sporthulas: qđ nomẽ ipsum σπορτα declarat: initio esse no magistratibus constitutas. Quanta aũt ĩ infamia esset sporthula: uel ex Iuuenale licet intelligi. Huiusmodi autẽ oẽm morem uæhementer abhorrere a sanctitate sũmi pontificis Nicolai Quinti: debes nequaq̃ esse ignarus. Quare si cã tibi erat cognita ut ipse decideres: contendi. Sin minus esset: ut pro tua humanitate cognosceres: atq; definires. Fore enĩ ut q̃cquid ipse de ea oĩ controuersia statuisses: & ratũ haberent Tholentinates: & ita ois discordiarũ cã interiret. Id te pater modestissime & libenter & intra octiduũ usq; terminatu᷑ p humaniter es p benigneq; pollicitus. Quæ quidẽ res tanta me tibi beniuolentia deuinxit: ut nihil addi posset ad cumulũ. Secũdum quod petierã fuit: ut quinq; dierũ sporthulas uel uiatica: quæ Bartholomæus idẽ superuacanee & auidius exigebat: oĩo pro tua inocentia prohiberes: id qđ plane te facturum respondisti. Tertiũ erat: ne iusta Tholentinatiũ in sc̃oseuerinatis indignatio traheretur tã q̃ in crimen læsæ maiestatis. Esse enĩ tuæ clæmentiæ ignoscere potius q̃ cognoscere: præsertim cũ essent Tholentinates non solũ iniuria: sed cõtumelia ẽt a sc̃oseuerinatibus lacessiti. At esse ingentis aĩ putat Aristoteles obliuisci iniuria᷑. Contumelias aũt negligendas nemo sapiens probat. Respondisti tandẽ etsi in conscriptis tabellis: ut uocãt: procederetur: minime tñ fore: ut sententia ea de re ferretur. Non possum igiť nõ mirari: qđ de summa causæ in hunc diẽ nihil neq; definieris: ut es mihi corã pro tua humanitatis munificẽtiaq; pollicitus: neq; tentaueris. Et ad Tholentinates litteræ missæ sunt ab istis qui tua in curia causam suam uel defendunt uel agunt: propediẽ futurũ: ut sententia feratur de causa illa: quã ex ciuili criminalem ita faciunt: tanq̃ de summo ecclesiasticæ reip. statu decertatum sit. Itaq; ne sim dicendo prolyxior: tuã benignitatem etiam atq; etiã rogo atq; oro: ut quæ mecum tam grauiter & tam constanter locutus es: ita persoluas: ut tua dignatio & iusticia postulat: Nam pontificis & principis uerbum esse pro lege debet. Vale: meq; ut facis ama. Ex Tholentino. xiii. kal. octobres. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Iuliano Heremitarum generali sal.

f Acit uel singularis mea erga te ueneratio uel excellẽs tua sapiẽtia uitæq; sanctimonia: ut audacter ea abs te petã: quæ tũ apud deũ: tũ apud hoies laudabilia esse duco. Templum hoc Nicolai Tholentinatis quem ob pientissimorum operũ merita ĩ san

ctoꝝ coetu uniuersa locat celebratq; ecclesia in quoꝝ sacerdotum tutela statui deceat:nō te latet. Quis.n.ignorat quod ēt preciosissimum sit:ubi fuerit sordibus oblitum:negligi contemniq; solere? Et res item minus oino bonas ob cultum & ornatū exteriorē in ad mirationem sui rapere intuentes? Mentes hoīum non pspicimus.eas tū ex operibus iuci camus. Malim eqdem uirtutis simulatorem:q̄ apertum hostem. Qui uero ai bonitatem orōne uitaq; declarat:hunc ego pxime ad deum accedere iudico. Nec is mihi satis offici o uidet fungi: qui sanæ penitus menti non repræsentat exterioris hois sanitatem oi ser mone & uniuersa uita. Sed quorsum hæc. ut intelligas pater religiosissime multo melius huic diui Nicolai tēplo & uniuerso Tholentinatū populo consultū iri:si tua dignatio e os sacerdotes ecclesiæ huic præfeceris:qui ai innocentiam per oēm moꝝ uitæq; obseruā tiam sanctissimi Aurelii Augustini repræsentarint. Qua quidē in sententia cunctos Tho lentinatis facile reperias. Vale.ex Tholentino xiii.kal.octobres.M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Nicolao Quinto summo pontifici sal.plu.dicit.

t Ho'entinatium oratores pater beatissime piustam habēt querendi apud te cām: quos ut ea facilitate audias:qua etiam oēs iniuria lacesitos semp consuesti:tuam sanctitatem ēt atq; ēt & rogo & oro. Sunt.n.a sanctoseuerinatibus Tholētinates mei nō iniuria solum:sed maxis quoq; cōtumeliis persæpe affecti. Nec est qsq̄ apud picentes ne q; magistratus:neq; præses:qui remedium uelit afferre. Quo fit:ut in dies magis atq; ma gis & augescat huiusmodi malum & non sine maxio piculo inualescat. Itaq; ad tuā pieta tem eundū fuit:qui ea es & sapiētia & iusticia:ut tū hoīum fraudes atq; isidias facile pspi ciastum oīa grauiter ac innocētissime iudices:nec patiaris plus corruptionē posse q̄ ue ritatem. Quid hæc sibi uelit oratio:etsi liqdo potes coniectare:oīa tamen ex optīo atq; integerrimo uiro petro Nucetano pspicue intelliges. Ad hunc.n.diligenter oīa uereque pscripsi. Ad ea autem bn̄ficia quibus me ornasti maxis:unus hic cumulus accedet: si Tho lentinates mei cognorint meas apud te litteras sibi plurimū profuisse. Ego hoc ipo die quo hasce dederam ad tuā beatitudinē:erā ex patria Mediolanum repetiturus. Nec sane obliuiscar:& quid debeam:& quid gratum esse cognorim tuæ sanctitati: cui me commē do plurimum. Vale.ex Tholentino.xi.kal.Octobres.M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Matthiæ triuiano sal.

q Vuod mihi tātopere de reditu in urbem Mediolanū ex Romana Neapolitana q; peregrinatione gratularis:gaudeo. Intelligo.n.me amari abs te plurimū. Qua in re facis tu quidē nihil ab amicicia nostra alienū. Non eni ignoras:qui mihi carus es: Quo fit:ut delecter eo magis istiusmodi testimonio:quo in litteris usus es : quod mi nus quādoq; ī amore consuesti respōdere. Quod aūt me hortaris:in castra ut eā:nescio q̄ mihi sane consulas. Nam ferēti hostilis regis insignia succensebūt fortasse Franci:meq; pro Alphonso rege hostiam facient. Itaque a Renato rege quærendum est:liceatne phi lelfo uersari inter Francos gladios impune:uel ab Alphonso cum militari cingulo & po etica laurea:tum propriis quoque decorato insignibus. Ad hæc scire peruelim : quam abundet Sphortiana mensa. Non enim alio mihi diuertendum est : quam ad Regulū meum Sphortiam Secundum: ut intelligas me famem quidem ferre posse in castris:esu tiam uero nequaq̄ posse. Vale.ex Mediolāo.viiii.kal.Nouembres.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Ciccho calabro sal.

m Iror:quod nihil ad ea responderis:quæ proximis diebus tibi de re mea significa ui. Nondum fortassis a principe didicisti : qđ cupimus. Itaq; rogo te:ut tandem

respondeas:meq; de omni eius sententia facias certiorem. Vale.ex Mediolano.viiii. kalendas nouembres.M.cccc.liii.

Franciscus philelfus petro Nucetano sal.

c Vm essem postridie ꝑfecturus in castra ducalia: offerreturq; i ipso ut ita dixerim eqtandi cardine fidus & familiaris nuncius:q Romá peteret:nõ sum passus eũ uacuũ meis litteris istuc ire·Coepi quod.S.D.N.ꝑgratũ fore cognoui.Et ne interea tp̄is dũ hoc agit̃:officii obseruantiæq; & pietatis meæ uiderer oblitus:primũ eratus carmen de eius laudibus composui atq; ædidi:quod ut meo noĩe eius beatitudini exhibeas:te plurimum rogo.Vale.ex Mediolano.iiii.idus nouembres.M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Renato Regi sal.pl.d.

p Osses tu rex Renate nõ absurde admirari:qd in cá fuerit:ut cũ modo in castra ueceana ad principé meũ Franciscũ Sphortiá ierim:te q uix ad qnque millia passuũ illinc abesses cũ tuo inuicto fortissimoq; exercitu:nõ continuo adierim:præsertim cũ tanti te semp fecerim ac faciam:ut pluris certe neminé.Atq nihil mihi in aio magis erat q̃ & uisere te regem nobilissimũ:& te tanta maiestate atq; uirtute principé alloqui corá ore: qué antea litteris nõ nũq̃ consuessem.Dicá paucis:qđ mihi inopinato accidit:Quo die istituerá ad te ire:nunciatũ est aduẽtare in castra Blancá Mariam clarissimarũ optimarũq; foeminarũ splendidissimũ quoddam certissimũq; exemplũ.Non potui pro officio meo non ei obuiá proficisci:cui & plurimis & maximis beneficiis sum obstrictus.Nihil est sane cui me minus obnoxium uelim quá ingratitudinis crimini:quo uno uitio uix ullum reor apđ bonos & magnos uiros inuisius.Itaq; sum coactus differre in dié posterũ meũ ad te accessum.postridie cũ uix illuxisset:afferunt̃ ex Mediolano ad me domesticæ litteræ:qbus moneor meos quosdá affinis intentare nescio quid litigii de uxoria hæreditate aduersus me.Quare cũ eius rei gratia mihi esset opus adire principé meum:q est:ut nostri:bellicis rebus occupatissimus:rursus ĩpedior:quo minus eá ad te.ut oĩum maxime desyderabá.Quid multis?Dum negociis multis obruor:malui carere benigno tuo regaliq; colloquio:q̃ si minus id ꝑ dignitate a me factũ esset:ineptus iudicari:præsertim cũ oio istituerim ad Natalem dominicũ & uisere te quem & amo unice & ueneror:ac tantisper apud te esse:ut non uiator uenisse uidear:sed & familiaris & tuus: Et ne iterea temporis uidear oio abs te abesse:dedi ad te monimenta quædá ingenii mei:ut saltem ĩtus uideas quem in cute non potes.Vale.ex Mediolano.x.kal.decembres.M.cccc.liii.

Francisciscus philelfus petro Thomasio
philosopho ac medico sal.

c Vm nuper ab Alphonso rege & a summo ecclesiæ Romanæ pontifice Nicolao Quinto reuertissem Mediolanũ:nihil mihi potius duxi q̃ de te quærere: quem mirifice diligo & obseruo.Intelligere certi nihil potui.Itaq; abs re uæhementer peto:me ut facias tuis litteris certiorem:q̃ belle uales:& quá nostri es memor.Ad hæc scire cupio: quid post captiuitatem de Constantinopoli & urbe & ciuibus actum sit:quidue efferatá illa Turcorum barbaria post tantam uictoriam & molita sit & moliatur. Si meos libellos illos es adhuc ex Bernardo meo Iustiniano consecutus:uelim huic isti publico tabellario ad me des.Mittam ad te satyrarum codicem:modo cures istic illum mature ad nos redire.Vale.ex Mediolano.xviii.kal.ianuarias.M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Malatestæ Nouello sal.

q Vod proximis litteris tibi responderam: idem etiam nunc repetam est necesse:

quandoquidem uidere uideor aliorum uel negligentia uel perfidia frustra scripsisse me. plutarchi Cheronensis cōparationes uirorum illustrium: quæ ille παράλληλα nomiat: hic habet nemo: quæ scilicet ad latinos traductæ sunt. Itaq; nihil tibi affirmare possum: an oēs traductæ sint illæ uitæ an minus traductæ. Vnū scio Lycurgi ac Numæ pōpilii uitas: quæ apd' plutharcū in ordie primæ sunt: mea īterptatione latinas eē factas. Itaq; ex Florētia id tibi sciendū ē. Nec.n. dubito ea in urbe eiuimodi trāslatiōes oīs repiri. Quæ tibi reliqua sum pollicitus & oīo absoluā & breui. Ingratus.n. sim: ni te & obseruē & uenerer plurimū. Vale: Meq; ut facis ama. ex Mediolano. xiiii. kal. Ianuarias. M. cccc. liii.

Franciscus philelfus Albertho Zanchario sal.

n Olim tibi pſuadeas quenq̄ esse ex aīcis oībus te mihi cariorē. Id.n. cū modestissimi tui mores: tum plurīa & maxia beneficia otro ultroq; mutua pietate collara iāpridem facile præstiterūt. Quod aūt nihil in hāc diē post abitionē istinc meā ad te scripserim: illud scilicet fuit in cā: qd' frustra id facere nolebā. Nōdum.n. princeps meus in urbem rediit ex castris. Neq; eo absente habeo quicq̄: qd' tibi sim scripturus. Tu interi bona spe esto. Non.n. fallam quam de me indubitatam habes opiniōem. Vale. Ex Mediolano. xiii. kal. Ianuarias. M. cccc. liii.

Franciscus philelfus Nicolao Cebæ sal.

f Vissent tuæ mihi litteræ p nostra amicicia iucūdissimæ: nisi tristē mihi de obitu uxoris tuæ Mariæ spinulæ fœminæ pudicissimæ nunciū attulissent. Non.n. potui non dolere: cū ītelligerē eam tibi rem non mediocri esse incōmodo: Nam ei certe nonnō nihil accidisse mali: sed potius boni plurimū cōtigisse credendū est: quīquidem ex terreni: ut ita dixeri: huius gurgustii pegrīa atq; mortali īmortalis ciuis effecta sit cælestis illius sempiternæq; ciuitans: ubi nulla uarietas ē nulla mutabilitas: sed oīa plena trāquillitatis. securitatis. beatitudis. Itaq; nunc illa fruit' illo bono: quo nihil ē maius. nihil melius. nihil optatius. Nam dei quā græci θεωρίαν uocāt præsens coramq; summo cū gaudio contēplat': pspicue intuet': absolute intelligit. Vide igit' ne dum tuū luges incōmodū: uidearis illius inuidere commodo: cui te tantopere ostendis affectū. Sed hac de re satis. Non.n. nescio te oīs humāos casus intelligere q̄ modice ferre oporteat. Nec eges cōsilio: qui id dare aliis cōsueueris. Noui prudentiā tuam. noui constantiā. noui aī magnitudinē. Facito eū te pstes: quem hoīes opinant': hoc est: & grauem & sapientē. Quod aūt scire uis: quid ego de te sentiam: nubēdumne sit an non nubendū: & utrū ꝙuellæne ac uirgini an uiduæ grāduisceas: rīdebo paucis: ac tibi sentētiam aī mei liquido ostendā. Natura fit: ut & creata & genita oia in sua specie seruari uelint. Id aūt aliis alia uia minime absurda paratū est natura. Homo hoīs semine non arte promethei conseruat'. Lege cautū apud nos ē: ut una uxore eodē tēpore homo contētus sit: id qd' etiam nō modo Cecrops uetustissimus ille rex sed qd' longe magis monere nos debet: in primis parentibus uidet' instituisse deus oīpotens: q̄q̄ & Habraham & Iacob duas simul uxores habuisse phibent'. Itaq; minus ē mirandum si duas uxores eodem tempore habuit Socrates: & Athenīēses itidem alii pmulti. Multo pluris habebant reges Maurithaniæ ac Seythiæ & Indiæ: quos ut licet existimari: imitatus ipius Mahōetus singulis suæ pfidiæ sectatoribus uxores septenas ducēdas pmisit. Hi omnes qui uel duas uel pluris uxores habendas statuunt: eam fortasse rationem obtendant: quod ad augendum humanum genus ea res sit conuenientior. id quod secus uenire usu: cum ratio ipsa docet: tum non minus experientia. Vitiatur enim deprauaturque natura & procreandi uis: coitu Venereo frequentius repetito. At is

sæpius repetatur necesse est in multitudine uarietateq; uxorum: qua hoīs cupido uæhementius excitata ui q̄ necessitate magis delectatur:cū natura bonitas ultroneis atq; necessarius gaudeat nou coactis:& iisdem intēpestiuis. Vnde fieri uidemus:ut multo pluribus christiani abundēt liberis q̄ mahometistæ & oīs intemperantia barbarorum. Quod si uxor procreandi gratia est inducta adeo ut is qui apud Lacedæmonios uitā egisset cælibem:infamiæ esset obnoxius:qd dubitemus q̄diu uiri officio fungi quis pōt: haud qna q̄ eum decere a re uxoria abhorrere?Quod cū oībus est faciundum:qui uel lege uel alia honestiore cā minus impediantur:tū Nicolao Cebæ uiro ætate adhuc firma.opulento.nobili.ac maribus carenti filiis:Nā filiæ qm̄ in alienā domum non tā transcribuntur q̄ leuandi honeris gratia trudunt̄:uix filioꝝ loco habēdæ sunt:quippe quæ paternæ domus uullam oīo curam præ se ferant.puella ne an uirgo ducenda tibi sit,an grādior ac uiduæ facile est consilium. Quattuor ea sunt quæ in uxore desyderantur probitas.uenustas.nobilitas.opes. Hæc tibi discrimē faciant ut malis pudicā uiduam q̄ impudicam uirginem. Quod si eadem in utraq; concurrant:uirginē uiduæ puelláq; grandiusculæ præferendam censeo:ut laceræ uetustatiue obtritæ integram uestē ac nouam. Quod eo magis tibi faciendū est:quo facilius intactam & puellā moribus tuis effingas q̄ uatu ac thori consciam Malimq; hac ī re sequi Romanos q̄ Lacedæmonios:Nā hi qm̄ rei bellicæ equestriq; studebant uxores ducebant triginta natas annos aut ēt grandiores.putabant enī robustiores partus gigni ex huiusmodi mulieribus. At Romani:q nulla re Lacedæmoniis fuerunt inferiores:quæ duodecim cōplesset annos:nubilē esse ducebant:ætatem scilicet admodū facilem:quæ uiri ingenio ac moribus accōmodaretur.partus enī robustitatem ī nutrimēto & intima ui naturæ pro horoscopu quod astronomi uocant syderis influxu non ī gignentium annis positā esse. Quā ego secutus sniam quas duas habui deinceps uxores alterā:ut nosti:coustantinopolitanā:alterā Mediolanēsem uirgines & puellas nō grandioris uiduasue selegi. Et si tertiū mihi nubendū esset:eodē uterer instituto. Nec deterrerer:qđ annū iā sextū & quinquagesimū agens(natus enī sum anno a natali christiano millesimo trecentesimo uonagesimo octauo:& id quidē octauo kal.augustas)minus q̄ puella uellet:anhelarem:Nā ne robustior quidē ætas præstare id queat.procreatio filioꝝ uon expleri non obrui potu expetit:sed leui irrigatione sed perinde atq; libatione cōtenta ē. Quare oīum primū tibi studendū arbitror:ut puellā pudicam ducas probisq; parētibus natam. Hæc enim nihil plus uorit:nihil plus uolet:q̄ ipse præbueris. Quod si alia quædā uel fortunæ uel tēporis rō te uiduæ ducendæ asciuerit:mō sobriam & prudentē iuenias:amorē uiri mortui nolim pertimescas:Nā memor ille matris Acidaliæ paulatim abolere sychæum Incipit:& uiuo prætēptat uertere amore. Hæc sunt:quæ tibi in sūmis occupationibus meis respondere potui. Reliqua tu ut es uir ingenio & prudentia singulari: non difficile consyderabis. Te uæhementer ēt atq; ēt rogo:ut ad me q̄diligentissime pscribas. rem oēm Constantinopolitanæ captiuitatis:Nā alii aliter narrant. Et an uniuersus populus sit actus in seruitutē:tantaq; cædes facta:quātā uulgo tradunt:præterea quo in statu ē Galatas.ac finitimi reliqui Christiani populi:qui Turcorum apparatus:Nam quod mari sint Italiam inuasuri:nihil est:qđ minus credam.per continentem illis est iter & p Dalmatiam pannoniáue. Hæc enī consyderāti mihi potior ratio uisa est. Tu uelim quid sentias intelligere. Vale.& me facito certiorē an sint res uestræ cū Alphonso rege cōpositæ. Bellū ne uobis aduersus illū an pax futura sit.ex Mediolāo.x.kal.februarias. M.cccc.liii.

Franciscus philelfus Nicolao Varoni sal.

q Vi tibi reddidit has litteras:uir est & bonus & non indoctus:mihiq; multos iã annos perfamiliaris:quem ut & diligas & cõmendatũ habeas.Rogo. Vale . Ex Mediolano.x.kal.Februarias.M.cccc.liiii .

Frãciscus philelfus petro Thomasio philosopho a medico sal.

n Ihil in hanc diẽ acerbius sensi unq̃ in uita nouæ Romæ captiuitate:Id quod si fecus mihi accideret:iudicarẽ me pfecto igratitudine omni ingratiorẽ:nõ solũ qđ & socrũ mihi carissimã Mãfredinã auriam nobilissimã & pudicissimã fœminam ac duas eius & soceri mei Ioannis chrysoloræ præstantissimi equitis aurati & eruditissimi uiri filias meorũ quattuor filiorũ materteras in obscuram seruitutem a barbaris & teterrimis Turcis actas audio:sed eo magis:quod ea urbe & matre sum usus & altrice educatriceq; iuuẽtæ studiorũq; meorũ.Verũ quoniam hunanæ res omnes mutabilitati subiectæ sunt: & quæ principiũ habuerũt:finẽ etiam aliquando habeãt:natura necesse est:meipsum accuso:qđ uelim fragile & caducũ aliquid sempiternũ fieri.Hac etiã ratione tibi quoq; luctuosissimũ casum tuũ & ægritudinẽ omnẽ quam ex imatura atq; imiti morte filii fratris tui inocẽtis & optimi quidẽ illius iuuenis cõcepisti æquiore aĩo ferendam censeo.Nihil enim apud nos fit inuito deo:qui nouit oĩa & cõsulit meliora.Reliqua uero quæ ad me scripsisti:placuerũt oĩa.Faciãq; propediẽ ut intelligas cõsiliũ apud me tuũ plurimũ ualuisse.Te interim uehementer rogo:operã des:ut ex Bernardo Iustiniano quæ tibi antea scripsi:& cõsequaris:& huic isti tabellario ad me des.præterea hipocratẽ quoq; meũ si ex Matthæo perusino philosopho ac medico doctissimo assecutus es : mitte ad me. Si quid aliud certi habes de Turcis & rebus oriẽtalibus uelĩ q̃diligẽtissime ad me pscribas. Vale. Ex Mediolano.x.kal.Februarias.M.cccc.liiii.

Frãciscus philelfus Ioãni Mario filio sal.

f Aciunt occupationes meæ:ut sim ad ea respondendo breuior:quæ primis litteris a me petieras.Leonardus Theologus idẽq; mathematicus duo non tam eloquenter q̃ subtiliter opa in mathematicis elucubrauit ãnis superioribus:alteũ in geometria:qđ artis metricæ nomine appellauit:ob eã scilicet rationẽ:q μέτρον græcũ mensuram significat apud nostros:alteũ in Arithmetica:qđ est de numeris supputandiq; ratione ἀριτμοσ.n.ut scis:numerus est apud latinos.Siquis aũt titulũ deprauarit:ut quæ de numeris est:inscripserit artẽ metricã:quæ tota i dimensione uersat:ipse uiderit.Res.n. ita habet:ut dicimus.Qui secus senserit:græcæ litteraturæ & ipsius disciplinæ indoctus est. Quod aũt de Maronæ scripsisti:id totũ est fabulosum:Nam neq; de Christo sensit Maro:sed de pollionis filio:qđ de Christo multo ante sibylla afflatu diuino quodã uaticinata est.De Vlysse uero qđ dicis placere quibusdã scribi p i.latinũ &.x. ante es . Vlixes: aut ii sunt iperiti græcaũ litteraũ aut oĩo negligẽtes.Vlysses.n.græcũ ẽ nomẽ ὀδυσσεσ o.scilicet breui mutata in u.id qđ in aliis plærisq; fieri cõsueuit.& d.in l.more nõ solũ nostro:sed etiã græco.Quod uero.v.ψιλον quod est y.tenue uertaẽ in i.aut duo ss.in x. nec grãmaticæ ratio patiẽ:nec ulla ueterũ auctoritas.Nã qđ scribis de.xx.geminato:id nõ solũ absurdũ est:sed ineptũ sane & fatuũ:cũ eæ tot cõtinnatæ cõsonantes:quæ quattuor sunt duæ semiuocales & duæ mutæ simul esse nullo pacto possint.Hercules hoc ẽ ηρακλησ cognomẽ est uel fortassis agnomẽ potius Alcidæq uir fortis & maguus iperator post res clarissime gestas Iunonis iuidia gloriosus Hercules dictus ẽ.ηρα.enim est Iuno. κλέοσ uero fama seu gloria.Qua ratiõe factũ uidemus:ut nonnulli cognominati sint Hercules.De liberalitate & munificentia eã censeo fieri differentiã:quã græci iter ἐλευ-

f

οθεριότητα & μεγαλοπρέπειαν uolunt:ut liberalitas ſit inter paruos homíes ac priuatos μεγαλοπρέπεια uero hoc é ad uerbũ magnidecẽtia nomẽ apud nos iuſitatũ iter magnos uiros uerſet magniſq; ĩ rebus:Vt qui magna pro dignitate muneret:ſit apud illos μεγαλοπρεπὴς:apud nos uero magnidecens: uel qd' uſitatũ uidemus munificus.Sed q in paruis muneribus liberalẽ ſeſe non abſurde p̃ſtat:is a græcis dicitur ἐλευθέριος.Nec illud uolo te lateat cõſueſſe quoſdã μεγαλοπρέπειαν iterp̃tari magnificentiã:errantis hos qdẽ:cũ magnificentia uel locupletiſſimo Ciceronis teſtimonio ſit ſpecies fortitudinis.Vale.Ex Mediolano.xiiii.kal.martias. M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus petro Thomaſio philoſopho ac medico ſal.

q Vo nihil in uita poſt obitũ illius ſummi uiri Leonardi mei Iuſtiſtiani luctuoſius aut mæſtius audiui:mihi nuper eſt renũciatũ Frãciſcũ barbaꝝ priſcæ grauitatis & eruditiõis exemplũ migraſſe ex hac luce.Magna eſt noſtro ſæculo p̃magna eloquentiæ iactura iniecta:Venetis uero oĩbus plane ſinglaris:q talẽ uiꝝ amiſerũt:qualẽ habẽt alteꝝ neminẽ.De doctis atq; diſertis loquor:Nã uiros grauis & ſapiẽtis ſcio eſſe Venetis pœne ĩnumerabilis.Sed qui idẽ & græcæ eſſet & latine doctiſſime eruditus : quẽ alterũ habeatis illuſtrẽ audio neminẽ.Doleo igitur & ueſtrũ i tãto uiro & uoſtræ tẽpeſtatis naufragiũ.Oſtenderẽ aũt uerbis pluribus mærorẽ hunc meũ:id qd' ne in p̃ſentia faciã:repẽtina p̃fectiõ tabellarii ĩpedimento eſt.Quare de hoc ſatis.Tu uelim noie meo cum iis uerba facias:quos ille ſibi hæredes ĩſtituit repetaſq; meos illos codices græcos:quos barbarus habuit a me mutuo:& totiens:ut ſcis per litteras teq; internunciũ repetiuimus. Vale Ex Mediolão.xiii.kal.martias. M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus Ioãni Mario filio ſal.

a D ea quæ petieras p̃ximis diebus:reſpõdi tibi.Quod iſtic tibi honoratus ſit locus:gaudeo Redibũt fortaſſis aliquãdo Taurinates cũ muſis ĩ gratiã:Eſt.n. urbs iſta & uetus & nobilis a phethõte:ut tradũt:cõdita.Tu uelim:a Minerua ne deſciſcas : Nã repugnãte natura nihil fieri recte põt.Itaq; malle te debes & oratorẽ & poetã eundẽq; philoſophũ q̃ iuriſconſultũ & rabulam mercenariũ.Ne illi faueam cui me odio eſſe & ipſe dicis & ego noui:ignorare mihi uideris.dum mones.ſolere τοὺς μεγαλοψύχους iniurias nõ contẽnere minus q̃ obliuiſci.Illius ſit maledicere.noſtrũ aũt bene facere.Vale.Ex Mediolano.viiii.kal.martias.M.cccc.liiii.

Frãciſcus philelfus Nicolao Quĩto ſummo põtifici ſal.di.pl.

ſ Tephanũ Caciã nouarienſem iuriſcõſultũ & Taurinatẽ archidiaconũ tuæ ſanctitatis cubiculariũ in iis quæ mihi expoſuit tuo noie:& ſumma cũ obſeruantia & libentiſſime audiui Nec diligẽter minus q̃ fideliter geſſi omnia geroq; aſſidue:quæ tũ litteris tuis:tum eius nuncio tibi grata fore cognoui.Habeo autẽ beatitudini tuæ gratias immortalis:quod fidei meæ pietatiq; erga te ita fidis:ut debes.Quid enim pro te facturus nõ ſim:cuius ſingularem ſum iampridẽ beniuolentiam & præcipuã modo benignitatem in me expertus:Tantum me tibi debere ĩtelligo:ut ne uitam quidẽ ipſam in mea magis q̃ in tua poteſtate poſitam eſſe uelim.Itaq; imperare ſit tuũ pro uolũtate oĩa:parere aũt meũ cum omni integritate.ueneratione.induſtria.Vale pater beatiſſime.Ex Mediolano.iiii.kal.martias.M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus petro Nucetano ſal.

a Ntonio Lyttæ mediolanenſi preſbytero litteras ad te dedi.iiii.idus nouembres. Eratq; cũ iis ſapphicũ adonycũq; carmẽ ad ſanctitatem dñi noſtri longiuſculum.

Sum autem miratus:quod nihil in hanc diem mihi responderis.Nec potui nō dubitare
ne litteræ tibi meæ redditæ fortasse nō essent.Noui.n.facilitatē.noui humanitatē.noui li
beralitatē animi tui.Itaq; non sine cā id accidisse arbitror.Sed cū hac de re:tū de aliis nō
nullis Xenophon filius tibi corā exponet.Tu uelim me ut facis: ames . Tibiq; psuadeas
eū esse me:qui tibi oium maxie nostri ordis sim affectus.Cōuiuia mediolanēsia eidē Xe
nophonti filio ad te dedi.Vale.Ex Mediolano.iiii.kal.martias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Malatestæ Nouello sal.

c T Galbæ & Othonis Cæsarū uitas ex plutarcho ad latinos traduxi:tuoq; nomi
ni dedicaui.Quid aūt i causa fuerit:quod eas Xenophōti filio nūc istac iter faciē
ti ad te nō dederim:idē Xenophon tibi corā exponet.post dies quindecī siquis oblatus
fuerit:cui ea res tuto cōmitti queat:dabo ad te.Tu uelī tibi psuadeas mihi tuo noīe ni-
hil esse iucundius:Nam dignus es pro tuis maximis splendidissimisq; uirtutibus : quem
omnes diligant:ament:obseruent:uenerentur.Ego ppediē fore spero:ut pax faciat post
liminium:tantus & barbarorum & exterarum nationum terror impendet.Vale. Ex Me
diolano.iii.kal.martias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus petro perleoni sal.

b Inis aliis litteris tibi significaui Ioānē Caimū neq; fecisse neq; facturū sani quicq̄
de re tua.Seq; dicit tibi debere nihil:qm̄ pro te aliis satisfecerit.At illi quos is p-
dicat:factū id pernegant.Itaq; si me audis:tute Mediolanū cōcede:Nam si secus feceris :
nihil feceris:ædesq; negligentia tua quadā amiseris.Tu rem paucis tenes.Reliqua ex Xe-
nophōte filio corā accipies.Vale cū pudicissima uxore tua.Meq; tuo illustri principi cō
menda. Ex Mediolano.iiii.kal.martias.M.cccc.liiii.

Frāciscus philelfus petro barbo cardinali Veneto sal.

x Enophonti filio Romā uenienti iccirco litteras ad te dedi:ut itelligeres me tāti
facere beniuolentiā tuā quā mihi nuper cū istic essem:certissimis documentis co
ram declarasti:ut oia de te mihi sperare posse uidear.Id āt eo facio & maiore cū fiducia
& libentius:qm̄ noui nullū apud me unq̄ itermoriturū beneficiū tuū:Nam est apud me
antiquius nihil gratitudine atq; pietate.Reliqua tu ex Xenophonte cognosces.Vale pa-
ter amplissime.Ex Mediolāo.iiii.kal.martias.M.cccc.liiii.

Frāciscus philelfus Dominico cardinali firmano sal.

n On possum nō accusare erratū meū:quod cū nuper fuissem Romæ: ad te minus
salutatū ierim:cui me iampridē nori esse carissimū.Nolim tn̄ existimes id uel ne
gligētia mea:uel qđ tui oblitus fueri:accidisse.Sed cū cupio i te adeūdo minus ieptus exi
stiari:fui i officio seruādo minus erga te officiosus. Volebā.n.& pro āplitudie tua & p
decoro adire te:& eos cōferre sermones:q & auditiōe tua & oratōe mea nō idigni iudi
carent.Quare dū studeo ea expedire negocia:quæ mihi erāt apud summū pōtificē:plus
q; i his q̄ putarā tēporis cōsumo:tandē coactus sum nō te ante adire q̄ abire . Itaq; i ipsa
abitiōe mea ex urbe Roma iter equitādū accedo ad ipsas ædes dignatiōis tuæ.Is q tricli
nii pest ostio respōdet i cubiculo te eē diuio itentū misterio.nec licere sibi iterea tpis adi
re te.Quid multis?Tris horas expecto:cū ne ipse qdē ostiarius āplius qcq̄ respōdet mi
hi.Quāobrē dū uideo mirū seruari silētiū:& ipse ad abeūdū sollicitarer a comitibus: ne
aut iportunior aut ineptior dici possem:abiui equidē subtristior:qđ uisere te nequerim.
quem mirifica obseruātia psequor.Tenes ecce rem oēm.Tuæ fuerit uel clementiæ mihi
ignoscere uel iusticiæ ostiariū castigare:qui ut est genere germanus:neq; humanitatē sa-

piat:nec hominũ habeat discrimen. Reliqua ex Xenophonte filio cognosces. Vale pater humanissime. Ex Mediolano.iiii.kal.martias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Ioãni aurispæ sal.

q Vanti ego te semp fecerim ac facio: nemo est: qui id melius sciat: q̃ tu. Id certe exploratissimũ habeo me tibi esse carissimũ. Fide aũt i amicos & prudẽtia tãta uales:: quanta scio maiore neminẽ. Itaq; nihil est: qđ de te sperare nó ausim. Quibus aũt in rebus tuá mihi & opam & diligentiam præstes: uelim: Xenophon filius tibi corá ostendet. Vale. Ex Mediolano.iiii.kal.martias. M.cccc..liiii.

Franciscus philelfus Aenico daualo equiti aurato sal.

e Vm ad undecimũ kal.septembres ex castris regiis abiissem repetiturus Mediolanũ: nihil mihi molestius fuit: q̃ quod te qm̃ hesterno uesperi Neapolin reuertisse ferebaris: eo die uidere cóplectiq; nequiuerim. Itaq; abiens mecũ tuli icredibile desyderiũ tui: quẽ & absentẽ absens intueor & cóplector & alloquor. Cupio aũt maiorẽ i modũ per tuas litteras itelligere: & quid agas: & q̃ tibi carus sim. Sed horũ alterũ perspicuũ mihi est. Non.n. possum nó amari abs te: quẽ tãtopere ipse colá. Alterũ bene spero: Nam qui uir magnus es & rebus ornatus oibus: te bene agere: ac rebus uti secũdissimis dubitare certe nó debeo. Gratissimũ tñ mihi facturus sis: si quæ de te mihi in spe sunt posita: ea tu litteris tuis uł cófirmabis uł augebis. Vale decus meũ. Et me Alphóso regi comẽda: & ut soles carissimũ effice. Ex Mediolano.iiii.kal.martias.M.cccc.liiii.

Frãciscus philelfus Nicolao cebæ sal.

i Ncipiẽti iam mihi expectare litteras tuas aliud occurrit in mentem. Cupio.n. ex te intelligere: ullane a uobis sit aut in Thraciá aut ad chios nauis traiectura: quæ istinc soluat ante kal.maias. Et hoc & quæ pximis litteris ad te scripsi ne negligas: rogo. Vale. Ex Mediolano.viii.idus martias.M.cccc.liiii .

Frãciscus philelfus Albertho zãchario sal.

d Eus malefaciat factióibus suspicióibusq;: qbus fit: ut tuæ meæq; uolũtati mos geri nó possit. petierá a principe meo: qđ te uelle itelligebá. Is mihi liberalissime respõderat: ut semp. Oiaq; mea eá facturũ se affirmarat. Deide cũ rei cóficiũdæ studeo: aiaduerto hũc refrigescere: Quod ego moleste ferẽs cũctatióis cám quæro. Tandẽ mihi respondet se & mea & tua eá uelle oia: uereri tñ: ne istic aliqui huiusmodi beneficii genus indigne patiant᷑: Itaq; sibi & hominũ habendá esse & tempoꝶ rationẽ. Reliqua tu pro tua prudẽtia cóiecta. Vnũq; tibi psuade nihil apud me esse antiquius beniuolẽtia nostra Vale. Ex Mediolano.v.nonas martias.M.cccc.liiii.

Francisci philelfi Epistolarum Liber Duodecimus.

Franciscus philelfus Lombardo Collioni sal.

a Mici quidam tui quibus ego familiarissime utor: exposuerunt mihi & ingenii tui bonitatem & non uulgarem facundiæ laudem: Quibus certe rebus sum non mediocriter delectatus. perdocti enim reperiuntur persæpe multi. Sed qui idem & igenio polleat & elloquẽtia: eorum est in numero collocandus: quoꝶ raritas cũ phœnice cõparetur. Floruit eloquẽtia Demosthenes iter græcos oĩs. Sed idẽ fuit ingenio tardiore. Ingenio Demades claruit plurimũ: quo fretus ex tẽpore disertissimus ui

debatur. Verum iccirco scripta eius nulla extant: q̄m eloquentiæ uim splendoremq; intimū minus saperent. Sunt. n. nōnulli: qui eloquētes existimati: ne diserti quidē sunt: sed apta quadā & sonora ac uenusta uerbo℞ serie facundi q̄m uideantur in raris habent᷑ oratoribus. At cū omni in re: tū uel inprimis i eloquentia tria requiri solēt ingeniū: doctrina: diligentia: quibus ipsis: q ualet: nō hunc nō possum eloquentiæ laudem assecutū existiare. Tui te amici igenii laudant. præceptoris fama Guaryni Veronēsis rhetoris minie contēnēdi nō indoctus mihi ꝓbari debes. Mōdo diligentiā adhibeas: quæ i exercitatiōe maxime apparet: nihil tibi desit ad optimū oratorē. Neq; ipsi Demostheni: neq; Ciceroni nostro oīa naturæ adminicula affuerūt. Sola diligentia hos ꝑfecit: qua quidē una uirtute uirtutes ois cōtineri putant. Hac ego te tum aia duertero delectari: cū te maxime dicēdo exercueris. Id aūt ita in te esse itelligā: si tua scripta & pro amico℞ tuorū opiniōe & ꝑ mea expectatiōe q̄primū legero. Vale. Et me necessario tuo Bartholomæo Colliōi uiro fortissimo carū effice. Ex Mediolano. vi. idus martias. M. cccc. liiii.

Franciscus philelfus Xenophōti filio sal.

l Egi litteras tuas: quas ex Bononia dedisti adme. Quod te tā diligētē itineri ꝑstiteris: nō iprobo. Moneo tñ cōsyderes: nō modo: quid ipse possis: sed quid etiam equus: ne nimia festinatio festinatiouē tollat. Venerūt nudiustecūdus Mediolanū ex urbe Roma nobiles uiri tres Cōstātinopolitani: & hi quidē diplouatazæ: qui mihi uerbis præstantissimi uostri Gazæ salutē dicerēt. Miratus aūt sum quod his ad me Gazes litteras nullas dederit. Tu quæ tibi mandauimus: diligenter cura. Vale. Ex Mediolāo. vi. idus martias. M. cccc. liiii.

Franciscus philelfus Iohachimo Ambrosioq; theologis sal.

e Rūt fortasse: q mirent᷑: quid ego uos ueniā i summis uestris laboribus ad ea hortaturus: quæ nōdum a quoq̄ uel tentata sunt uel scripta: ut q̄m satis superq; oīs iudeo℞ de Christo Ihesu pertinacia obdurataq; insonia inexpugnabilibus tā multis illisq; uerissimis & argumētis & rationibus: quas uiri poene inumerabiles igenio. doctrina. sanctimonia excellētes in mediū attulerūt: ꝓstrata iamptidē atq; cōuicta iacet: incipiatis iantandē cū docetis i populū cōuertere orationis gladios in sceleratū illū & ipiū Mahometū: quē figura & imanitate truculētissimæ bestiæ Ioānis Apocalipsis nobis denunciauit. Nōne uidetis patres sapiētissimi iam uniuersum ꝓpe terra℞ orbē parere ꝑ oēm itēperantiā uefarii illius abomiabilisq; latronis spurcissimis satellitibus? Nōne Africa tota seruit Mahometistis? Nō idē patit᷑ Asia? Nā oriētalis æthiopia quātula est ad Asiā uniuersam At Europa quā ab asia diuidit Tanais permulta iā regna cū Scythis & Turcis tū etiam Afris subiecta ituet᷑. Eoq; adducta est calamitatis: ut de Italia sibi nūc metuendū sentiat. Miren᷑ ergo iprudentes ut libet: Ego. n. ita sentio. lōge maiorē uos fructū splēdidiorēq; gloriā ex his pugnātibus atq; ifestis mahometistis reportaturos q̄ ex Iudæis nō mō uon repugnātibus sed late iādiu fusis humiq; iacētibus. Quod secūdo loco uos hortor id totū est de Græcis. Satis hi magnas dederūt poenas: siquid errarūt: qd᷑ patrio solo exterminati sunt: qd᷑ parētes. filios. uxores. bona oia amiserūt: quod mēdicāt: qd᷑ seruiūt. Ve℞ & hoies certe sunt & Christiāi. At scismatio at hæretici. Hæretica cōstantinopolitana ecclesia nunq̄ fuit ætate nostra. Scismatica fortassis aliquando. Nō tñ scissa ea a Turcis capta ē sed publice coniuncta cum Romana ecclesia: Nam alieni cordis arcana temere iudicare peccatum est. Nec item minns persæpe deus bonos q̄ malos affligere consueuit. Nō ob peccata quæ ipsi perpetrassent: tantas acerbitates passi sunt martyres passi apostoli. pas

sus Christus optimus maximus. præterea sanus pastor relinquit uniuersum gregẽ: in solitudie: ut requirat amissam ouẽ. An minus aduertitis neminẽ ĩ hac urbe uti caritatis munere ĩ hos græcos qui. optio nati genere mendicát stipẽ: ut se ac suos a Turcis redimát? Hæc certe ĩhumanitas magna est: cuius ne uos sitis in cáipĩ puidete. Quin hortemini p deũ ĩmortalem populũ uniuersum: ut & afflictis & Christianis benefaciát: ne ĩdignetur Christus Ihesus eos cóténi qui suo noĩe opem quærũt. Valete patres optimi. Mediolãi ex ædibus uostris. v. idus martias. M. cccc. liiii.

Franciscus philelfus Andreæ Ferrariensi sal.

e Tsi mihi es ĩcognitus: tuæ te tñ litteraꝝ notæ quibus in ea es usus inscriptione: quá socrus meæ Máfredinæ Chrysolorinæ litteris adiecisti: nó mediocriter notũ faciũt. Gaudeo igit̃ te istic esse: q & res magnas uideris & uisurus etiá sis. Tuũ aũt fuerit ut ad nos aliquid scribas diligentius: quo te nõ minus intus q̃ in cute pspiciamus. Vale. & siquid ad liberationẽ socrus meæ eiusq; filiaꝝ afferre uales: peto: ne negligas. Hoc erit & mihi gratissimũ & tibi honorificũ. Ex Mediolano pridie idus martias. M. cccc. liiii.

Franciscus philelfus Bernardo Iustiniano sal.

n Ihil est mihi beniuolétia tua certius. Quid. n. nõ ames: quẽ uir maximus & clarissimus pater tuus Leonardus & dilexerit unice & summis beneficiis affecerit? Itaq; nõ modo nõ miror: siquádo meis litteris ĩuitatus nihil respóderis: sed ignosco potius occupationibus tuis: quibus fit: ut neq; amicis possis nec ipsi tibi oĩo satisfacere. Verũ si qd otii quádoq; nactus fueris: rẽ mihi facies gratissimá: si & đ te & de rebus tuis me reddideris certiorẽ: in primisq; nũquid ĩ naufragio byzátino iacturæ quippiá passus sis. Nõ eni possum nõ uereri: nequid inde tibi detriméti acciderit ob tuas pecunias: quas habebas Cóstátinopoli ĩ mercatura occupatas. Ad hæc rogo te: ut opuscula illa mea quæ abs te meo noĩe eloquétissimus mediolus petrus Thomasius petiit: huic isti Tabellario aut eidẽ cõmuni amico ad me des. Vale. Ex Mediolão. pridie. kal. apriles. M. cccc. liiii.

Franciscus philelfus Ioachimo theologo sal.

t Vum istud doctrinæ genus quo ad christianam ueritatem ĩ populum uteris: mihi certe probatur plurimum. Sunt enim aliqui hebeti adeo obtusoq; ingenio: ut nihil ex sese inuenire audeant: iis contenti duntaxat: quæ prisci scriptores pientissime excogitarunt. At hi quidem omnes etsi doctrinæ possunt ac diligentiæ cuiuspiam iure laudari: quod acute ab aliis subtiliterq; inuenta & copiose ipsi & memoriter in medium pferant: nullam mihi tamen ingenii sui præstantiam declarant: cum ad cumulatum omni uirtute uirum ĩgenium in primis requiri soleat. Tu uero noua permulta eaq; salutifera ex te enis: Nam signa cælestia quibus uidemus ab astronomis quem ζωδιακον circulũ uocant: insignitum: transferre in christianam fidem perpulchrum est. Quod autem ad arietem attinet: unde astronomi initium sumũt: ego arietem existimo a græco ductum: quod est ἄρησ: Nam hoc nomine quattuor significari græci uolunt. Interdum ferrum: unde Homerus αιματοσ ασαι ἄρηα. Interdum bellum. Idem οφρακεν ἔγειρομ ὀξυν ἄρη. Quando uulnus. Idem poeta ἔνταμάλιςα τίνετ ἄρησ ἀλεγεινοσ. Sæpius uero Martem: ut est apud eũdem Homerum. ἄρεσ ἄρεσ βροτολοιγέ: quo etiam uno ipsi uerbo & ferrum: & bellum: & uulnus significamus. Ab hoc igitur nomine arietem quasi Martialem æque tractum arbitror atq; a Marte martium. Quod si naturam figuramque arietis consyderemus: non inepta censebitur deriuatio. Sed hæc tu & prudentius cósyderabis & aptius: Nam si a rege malis arietem duci quasi alio

rum regem: quanq̃ est durior deriuatio: cũ eo tamen conueniat: quod κρεἴων apud græcos rex est: κριοσ uero aries: q ita excellit in grege ut rex in populo. Quæ aduersus Turcos & Mahometistas sapienter aggressus es: ut omni studio & industria persequaris: te uehemẽter & hortor & rogo: Nam quantũ uidere uideor: nisi funestæ huic teterrimæq; pesti propediẽ occurratur: ita breui inualescet incrudescetq;: ut nullum sit remedium exceptura. Græcis autem his nobilibus assiste: ut cœpisti. iacentis tolle ac foue. Vel in hisce in constantiã atq; mutabilitatẽ rerũ humanarum tecum aĩo uoluta. Omnis huius mundi fastus. omnis honos. omnis gloria uanitas. Solus mihi uidetur felix: qui in uirtute & deo suũ omne bonum collocarit. Miserescendum est humanæ fragilitatis. Quod miseriæ in aliis intuemur: id nobis quoq; metuamus necesse est. Mendicant opulenti. humiliant̃ excelsi. seruiunt principes. Fac oro: ut quoniã hos pudet cõdicionis suæ: aliqui boni uiri eã sibi prouinciam suscipiant petẽdi uiritim caritatis munus. Vale. Mediolani ex ædibus nostris kalendis aprilibus. M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Iacobo cusano iurisperito sal.

e S tu in me Iacobe quotidie q̃ par est importunior: Id qđ ne posthac facias te nõ solum moneo: sed etiam hortor: ac rogo: Nam quãq̃ magno aĩo uiri est iniuriam contemnere: contumeliã tamen ferre nemo si sanus sit: debet: Stultus est enim qui & aliorũ & suæ dignitatis rõnem nõ habet. Duo sunt claustra natura linguæ obiecta & dentes & labra: qbus admonemur esse nihil effutiendum: sed asseruanter oĩa prudẽterq; dicẽda. Neq; in testimoniis mentiri nos oportet: nã sic sumus in deũ impii: neq; in defendendo oppugnandoue aut periuros aut peruicacis: id qđ faciunt ii oẽs: qui simplicis animæ sceleratissimam sectam fouent. Tu me satis intelligis. Si iusticiam ueritatemq; tueris: nullam mihi facis iniuriam. Sin secus facis: tibi ipsi noces. Vtcunq; res habet: cõpesce linguam. & me lacessere maledictis noli: ne quæ irrita tela obtusaq; conieceris: retorqueant̃ in te longe acutiora. Tibi lingua ẽ: ut uidere uideor: ad iuehendũ apta. At philelfo tuo & lingua est & arundo longe q̃ tibi diuturnior. Itaq; sanius tibi consulas: si me phõ uti malis q̃ uel oratore uł satyro: ut cõsuesti. Vale Mediolãi ex ædibus nostris. viii. idus apri. M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus pallanti Strozæ sal.

n On possum nõ admodũ lætari ueterem atq; singularem amicitiã nostram omnibus esse cognitam. Quo fit: ut nobilibus græcis istis qui meas tibi litteras reddiderunt: non modo noluerim: sed ne potuerim quidẽ negare: qđ petiissent. Sunt enim lachrymabilis pars Constantinopolitani naufragii: qui & se & suos ab ipiis Turcis redimere cupientes cogunt̃ mendicare q̃ miserrime. His hic auxilio fui & apud principẽ & apud uniuersam ciuitatẽ. Idẽ pro uirili parte istic agerem: si adessem. Quare tibi hoĩes cõmendo: ut quoad patitur tua dignitas: iis adsis uel consilio: Nã qui publice in templis præcepta dant populo Christiano: non parũ adhortationibus suis istorũ inopiæ prodesse poterunt. Ad hæc docet istic medicinam Matthæus perusinus uir & doctissime eruditus & mecum summa familiaritate cõiunctus. Habet is duo mea opuscula: quæ ex Hippocrate coho medicorum pñcipe latina reddidi cũ essent græca: alterum περὶ φυσῶν. alterum περὶ παθῶν. Hæc ut & meo nomine ab isto repetas: & petro Thomasio eloquentissimo medico ad me des: te ẽt atq; etiã rogo. Siquando hi fluctus bellici conquierint: pluribus tecum loquar. Vale. ex Mediolano. vi. idus apriles. M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Lodouico casellæ sal.

g Ræcis istis quibus meas litteras ad te dedi: & faui hic apud omnes: & apud mu-

nificentissimum principem auxilio sui non mediocri : Nam sui suorũq; redimendorum gratia(nam seruiunt apud Turcos)mendicant uiri nobilissimi.miserrima conditio est: cu ius qui minus misereatur:inhumanitatis est accusandus.Quid multis. hoies tibi cómen do:teq; uæhementer rogo:ut tum apud uostrum istum humanissimum principem:tum apud uniuersam tuam ciuitatem omni studio.omni opera atq; ope afflictis hominibus assistas.Vale.ex Mediolano.vi.idus apriles.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Bernardo Iustiniano sal.

m E tuæ litteræ adeo delectarunt:ut in te pstantissimo filio grauissimũ clarissimũq; uirũ Leonardum patrem tuũ cuius memoria mirifice recreor:& uidere oculis:& corá audire sim uisus.Non eni ois illius dicendi ornatus dũtaxat & grauitas & suauitas i te est:sed singularũ quoq; litterarũ figuram ita tua epistola repræsentat:ut si scribétis no men deesset:nescirem sane abs te ue:an a Leonardo Iustiniano splédidissimo illo nostræ ætatis lumine & de me optime merito eæ litteræ ad me issent.Itaque habeo tibi gratias: tũ quod redieris cũ studiis nostris in gratiá:tũ quod te una cũ paterna memoria cupien ti mihi uæheméterq; exoptanti restitueris.Quæ de Turcorũ Mahometiq; apparatu bel lico significasti:audiui.Sed de re tua Constantinopolitana nihil intellexi.Scire eni cupie bam an i eo luctuosissimo naufragio captæ urbis iacturæ ipse quippiá:qđ nolim: passus sis.Et orationem & librũ tertium de exilio tabellarius mihi reddidit:sed eũ minime ab solutum.desunt eni adhuc duo quaterniones:quos ut diligenter inqras:eosq; ad me des te plurimũ rogo.Sunt etiá & apud te conuiuia nostra Mediolanésia:& libri Hipocratis duo quos e græcis latinos reddidi:alter. περὶ φυσῶν.alter περὶ παθῶν:quæ oia ut q̃ diligentissime inquiras:mittasq; ad me:et atq; etiam abs te peto.Habet ité a me eiusmo di Hippocratis libros Matthæus perusinus uir & doctus & disertus:qui patauii medici ná docet.Illos uelim meo noie a Matthæo repeti cures.quos item cũ habueris:stude: ut domũ repetant:Ná iam multos annos peregrinátur.Vale una cum filiis uniuersaq; fami lia.Meq; ut facis:ama.Ex Mediolano.iiii.idus maias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Matthæo perusino philosopho ac medico sal.

p Eto abs te maiorem i modũ:ut duos illos meos Hippocratis libros quos e græ co i latinum a me traductos iam pluris ános habes apud te hospites:cum uir pa tricius Bernardus Iustianus Leonardi filius a te petierit:illi pro me restituas.Vale.ex Me diolano.iiii.idus maias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Malatestæ nouello sal.

s I tuus iste familiaris nuncius redisset ad te celerius:dedissem ei Galbæ atq; Otho nis uitas.ita manu mea scriptas:ut ex græca lingua cóuerterá.Sed ubi diutius eum nusq̃ uideo:ob idq; existimaré redisse ad te quasi nunciũ constitutæ pacis:librario eius modi meum exemplũ tradidi excribendũ:quo ii libelli ornatiore litterarum figura ad te irent.Hos igitur coram propediem filius Xenophon tibi reddet.Nódum enim excripti erant omnino.Vale.ex Mediolano.iii.idus maias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Nicolao cebæ sal.

g Abriel uir religiosus idemq; disertus qui modo istinc Mediolanũ petiit:fecit me certioré te nescio quomodo ex crure laborare:mirari præterea q nihil tibi ad ea rñderim:quæ de re uxoria ad me scripseras.Vtrũq; sane dolui:& q tibi crus molestiá at tulerit:& q binæ meæ litteræ tibi redditæ mius fuerũt:Ná has ego alteras publico mer catori tabellario:alteras Leonardo scribæ uestri principis ad te dederá. Ne igitur eadem

sæpius repetam:illarum litterarum exempla cum his una ad te misi. Tu uale. & eius q̃di- ligentissime cura. Ad hæc siquid habes de Turcis:ad me perscribe. Ex Mediolão.iii.idus maias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Ioanni marchioni Montisferrati sal.pl.d.

f I nihil iádiu ad te scripsi:puto iccirco te non mirari:ꝙ noris id mihi facere non licuisse ob tẽpestates procellasq; belloꝝ:Ná ego te & amo & obseruo:non solũ ꝙ de me sis meritus optime:sed qa dignus es:qué boni uiri ac docti oẽs & colant & uenerentur:Itaq; siquid in me est:qđ tibi sit gratum:id iure peculii tuum cense. Ego aũt abs te aliud nihil peto:nisi ut me ames:ut soles.præterea maioré in modũ rogo te: ut meos illos de exilio libros Xenophõti filio ad me des. Vale. ex Mediolão.idi.maias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Guilielmo Vrsino Franciæ cancellario sal.pl.d.

d Edi ad te áno supiore Ioanni cossæ splendidissimo equiti aurato simul cũ binis litteris meis codicé unum meũ:quo & ars rhetorica Aristotelis ad Alexandrũ regem & duæ oratoris Lysiæ orationes:altera funebris:altera in Eratosthenen adulterũ cõtinebant͛. Hæc ení ego iampridé e græco conuerteram in latinũ. Quæ tibi redditane fuerint:an minus reddita:nihil in hanc dié accepi. Itaq; tuũ fuerit & hac de re & de cæteris: quæ scire cupiebã:me facere certioré. Libros de exilio quos habere desyderabas:apđ me habeo:misissemq; ad te:si nactus essem:cui eos tuto cõmittere potuissem. Siquis a uobis Mediolanũ uenerit:iube:ut me adeat uerbis tuis. Et qđ de libris iusseris:exequar. Hi qui tibi hasce litteras reddiderunt confractæ sunt cõtritæq; reliquiæ Cõstantinopolitani naufragii uiri certe nobiles & præclari. Seruiunt cũ uniuersis familiis apud Turcos. Cogũtur mendicare & sui:psoꝝ dederunt enim sponsoré de reditu & suorũ redimẽdorum gratia. Miserabilis est luctuosissimaq; condicio. Itaq; hoíes tibi plurimum cõmendo. Teq; rogo: ut eis qbuscunq; in rebus opus fuerit tũ apud piẽtissimum Regem Karolum: tum apud alios principes & fauori & auxilio sis. hoc erit & tibi honorificum:& mihi uehemẽter gratum Vale. Meq; ut facis:ama. ex Mediolano.viiii.kal.iunias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Ioanni Mario filio sal.

t V sæpe ad me scribis:& nunq̃ rescribis tñ. Velim quod átea sæpenumero ut faceres:iussi:meũ pugillaré:& quem scis rhetora definitiouumq; præcepta redire tandé ad me cures. Id cũ feceris:geram morem desyderio tuo. Itaq; facito:idq; q̃ptimũ:ne te uel peruicacem:uel negligẽtem existimem. puto cũ hæ tibi redditæ litteræ fuerint: Xenophonta filiũ istinc iter ad nos cepisse. Hi q tibi meas litteras reddiderunt:thraces sunt: ut nostri:uiri qdem & nobiles & amio. Quicqd uel beneficii:uel officii in hos cõtuleris: iucundissimũ mihi est gratissimũq; futurum. Digni sunt:quos non solũ misereumur:sed etiã diligamus amemusq;. De pace & bello quod scire uis:nos certe pacé bello potioré ducimus præsertim eam:cuius gratia bella suscipi consuerunt. Quæ aut scribimus:aut scripsimus:ex Xenophõte fratre cognoscere potuisti. Vale. Et te nobis assidue dignum gere. Ex Mediolano.viiii.kal.iunias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Lombardo Collioni sal.

q Væ mihi Solomon Iudæus noíe tuo exposuit:audiui. Miratus aũt sum:ꝙ nullas ad me litteras dederis. Fac igitur abs teipso audiam:quæ per internũcium loqueris. Tu me satis superq; intelligis. Vale. ex Mediolano.vii.kal.iunias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Guilelmo Vrsino Franciæ cancellario sal.pl.d.

f Cio ea te esse animi bonitate liberalitateq;:ut quo pluris tibi commendo:eo studiore opera atq; ope omnis excipias. Itaq; non dubitaui uiros nobilissimos atq;

equites auratos Manuelem agallum & Manuelẽ hiagupem qui et ipsi Constantinopolitani naufragii miserabilis ærumnas apud impios Turcos patiuntur cõmendatos facere humanitati tuæ. Teq; summopere rogare orareq; ut quantũ fides tua dignitasq; patiat ita hos mues apud munificẽtissimum regem Karolum: ut intelligãt & te sibi plurimum pro fuisse & meas apud te litteras magnum põdus habuisse. Libri de exilio parati sunt: quos mittam ad te cum quis idoneus mihi oblatus fuerit: quem certo uentur; ad te cognoro. Vale. Ex Mediolano. iii. kal. iunias. M. cccc. liiii.

Franciscus philelfus Ioanni Mario filio sal.

u Teq; Manuel & Agallus & Hiagupes cũ mihi est carissimus tum plane dignus & opera & ope nostra. Itaq; operã dabis: ut hi intelligant aium & beniuolentiã nostram. Reliqua tu ex eisdẽ cognosces. Si nondũ istinc abient Xenophõtei dicito meis uerbis: ut diligẽtissime odoretur: siqui apud istos librarios taurinatis sunt græci codices: qui ueneant. Vale. ex Mediolano. iiii. kal. iunias. M. cccc. liiii.

Franciscus philelfus Bernardo Iustiniano sal.

q Vod proximis litteris tibi scripserã: redditus mihi est una cũ illa oratione tertius liber de exilio: sed is nequaq; absolutus. Desunt eni duo saltem quaterniões. Itaq; te rogo: ut eos diligenter quæras atq; ad me des huic isti tabellario simulq; & Mediolanensia conuiuia: & duos Hippocratis libros: ut scripsi ad te ante. præterea siquid noui de Turcis habes: fac me certiorem. Vale. ex Mediolano. iii. kal. iunias. M. cccc. liiii.

Franciscus philelfus Ciccho Calabro sal.

q Vi sit meus erga te aius: nemo q; tu melius nouit: Nam ego te tanti facio: quanti post principẽ nostrum aliũ nẽminẽ. Nec esse quenq; arbitror: qui mihi gratitudie aĩ queat anteponi. Reliquum est: q̃do es unus: qui & me amas egregie: & a me oĩum maxime obseruaris: id efficias: quo cæteri omnes intelligant beniuolentiam nostram & mutuam esse & summam. Vale. ex Mediolano pridie kal. iunias. M. cccc. liiii.

Franciscus philelfus Ciccho Calabro sal.

n On me latet: q̃ abs te nõ solum diligor: sed etiam amor. Nec cupio plus te uelle mea causa: q̃ possis. Id te rogo dũtaxat: ut qđ habes scriptum ad principi hodie modo liceat: legas: Nã diutius tempus terere iam nulli usui esse mihi potest. Itaq; institui oio pspicere rebus meis. Tibi uero amico benefico & optimo me tantũ debere pfiteor: q̃tum alteri nemini. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. vi. idus iunias. M. cccc. liiii.

Franciscus philelfus Bartholomæo busanio sal.

f Acit graue optatumq; testimoniũ amicissimi Andreæ alamãni: quo ipse & studiorum socio & cõtubernali & sodali uteris: ut te mei amantissimũ esse putẽ. Nec esse certe secus ullo pacto queat: Nã si natura datum est: ut nemo frustra amet egregie: fitq; ut morum similitudo beniuolentiã concitet atq; statuat: & amas tu quidẽ me: cui ob eigenuos mores tuos & bonaq; artium studium es carissimus: & omni caritatis uinculo prosequeris ob non dissimile uitæ institutum. Atq; ut intelligas: quæ mihi de nostra mutua necessitudine sit opio: accipe: q̃ familiariter tua opa uti uelim. Sũ iã natus annũ sextũ ppe & quinquagesimũ. Cuius ætatis consyderatione admoneor: ut quãtũ ipse præstare possim posteritati consulã. Alii monumentis præclarisq; opibus manufactis rẽ eã adoriunt. pauci in quoq; me nnmero esse lætor: monimentis litterarũ & expressiore quadã atq; diuturniore significatione ingenii idem pergunt efficere. Scimus alium esse corporis: alium animi laborem. Quãto animus præstat corpori: tanto animi industria potior ẽ labore cor

porali:Itaq; operam dandā existimo:ne ingenii studiū munere manus ĩpediatur. Meum sit excogitare aliquid:quod apud uiros bonos non ĩprobetur: librarii uero uel inuenta acutius uel dictata subtilius arūdinis officio cæteris patefacere. Et ut dilucidius tecum loquar atq; familiarius:mihi domi opus est aliquo adolescente librario non oīo rudi ĩperitoq; litterarū. hunc ego tractabo non humaniter solū:sed etiam liberaliter. Delector autem iis litterarum notis:quæ ad atticas q̃proxime accedant: Nā quibus opifices tabernariiq; utuntur ac reliquum uulgus indoctum:eæ nullum sint apud me pondus habituræ. Vale cum meo simĩ disertissimo amicissimoq; Andrea.poggium saluere plurimū opto. Ex Mediolano.xv.kalendas iulias.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Bartholomæo theologo inquisitori hæreticæ prauitatis sal.

c Ogit me Ioannes cognomento quietus uel irrequietus potius:q pro te Mediolani inquisitiōis magistratū gerit:ut de se apud amplitudinē tuā liberius sim uerba facturus:q̃ uellem. Quid sit in causa:& qd abs te uel æquitatis uel beneficii loco petam: paucis accipe. Iosephus q̃dam homo natus ānos quinque & nonaginta aut ēt āplius nō uersutus:nō callidus:sed hebeti quodā tardoq; ingenio eodemq; & simplici & aperto ē ab ipso Ioanne nudiusundecimus in iudiciū arcessitus. Ille uir continuo ad me it. Rem expōit dicitq; percunctanti mihi oia diligenter se sibi per oēm uitam nullius esse facinoris conscium. Hortor hoiem:nequid metuat. Quin eat in ius q̃primū auditurus cuius rei cā arcessatur. Respondet se non culpā metuere cui nulli sit obnoxius:sed illius Ioannis famā qui & auarissimus esse palam diuulgetur:& ābitiosus oium maxime. Tunc ego re intellecta hoiem mecum adduco:eo consilio:ut nō Ioannē ea famæ nota laborantē: sed te adirem:cuius est doctrina maxima uirtusq; clarissima. Vix primum ecclesiæ uestræ claustrum ingredior:ecce nescio quo infelici auspicio offerī mihi Ioannes ille:quem minime oium uolueā. Cœpimus familiaris primū conferre sermones. Totus mihi mitis.totus modestus.totus humanus uisus est. Quid enī deprauatum corruptūq; ingeniū nō simulet.non dissimulet: Itaq; deīde paulatim q̃obrem Iosephū in iudicium uocasset:quærere sum aggressus. Respondet homo ueterator nihil esse mali in cā. Sed qm̃ delatum in iudiciū fuerit consuesse Iosephum in medendo (est enī rusticoꝝ atq; inopū medicus) uti carminibus quibusdā:iccirco uisum esse admonendū:ne posthac ea uia uteretur:qppe quæ prohibita sit decretis ecclesiasticis dixitq; Iosepho corā accersito:& de re ipsa diligenter interrogato (distabat enim illinc a colloquentibus nobis paululum) ut ad octiduū rediret ad se. Itaq; deceptus ego & simulato dolosi hois uultu:& quia res leuior uisa est:destiti te adire:quē maxime cōuenerat:Idq; propterea factum est:quoniā idem Ioānes diceret hominis erratum uēiale esse nō mortale:ut uocat ecclesia. Quid multis? nudiustertius Iosephus rediit ad Ioannem:qui quoniam ipse aderam:cui uerba dare se posse diffideret:dixit læta admodum hilariq; facieī diem crastinum ito ad me:& oī labore liberabere. Heri tertium Iosephus ad eundem Ioannē proficiscitur solus:quem is continuo in carcerem cōiecit: Quod ubi mihi renunciatum est:eodem statim proficiscor.causam carceris quæro. præter nugas & simul cū nugis loetiferꝝ quoddā uirus aliud ex mendacissimo Ioānis ore nihil accipio. dicit enī uelle se audire alia ex hoie:quē in posterꝝ diē mihi oīo restitueret. Mane proficiscor ad nebulonem Ioannē hunc egregie quidē appotum:quātum ex eius olenti ore potui coniectare. Inuenio Iosephum coniectum hesterno uesperi ī ferreas pedicas ob eam scilicet causam:ꝙ īterrogatus an aliq̃do dixerit homini sagipta uulnerato

se tribus uerbis sagiptam sine ullo alio instrumento ferreo e uulnere eruturum: O scelus infandũ atq; íauditũ. Num hoiem occidit Iosephus:q uel fiducia quadá sua fidei christianæ errauit: Ná dũ cupiá medetur:iprudens qbus aliis carminibus usus est:q̃ sacræ scripturæ piis orationibus. uel ét fortassis:ut sibi leui mendacio fidé pareret:aut quæstus gratia qué plurimũ anhælare dicit Ioannes irrequietus:aut ét stultitia:cui plurimũ esse obnoxium Ioanné irrequietũ hoiem indoctũ.leué.rusticanũ.futilem.médacem uno oés eodéq; sermone menteq; fatent. Causam oém intelligis pater ítegerrime:quá si tecum uolueris accuratius aio uolutare:non tá miraberis dictionis meæ indignatiõisq; uæhementiá:q̃ in constantiá pditissimi hois Ioannis irreq̃eti malignitatéq; accusabis. Ego aũt e duobus alterũ abs te peto:ut aut Iosephus tuaꝝ litterarũ edicto q̃primũ liberet:admonitus tñ: ne quid quod a tua ãplitudine improbet:posthac exerceat:aut siqd fuerit inquirendũ: non huic monstruosissimo prodigio Ioanni:sed alicui uiro & religioso:& docto:& sapiéti: eidemq; & iusto:& innocenti ea ois cognitio delegeť. Vale pater clarissime.tibiq; psuade tuũ beneficiũ apud me nunq̃ ítermoriturũ. Ex Mediolão.iii.nonas iulias. M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Nicolao Arcimboldo iureconsulto sal.

d Iebus superioribus Orpheus tuo mihi nomíe sal. dixit: subdiditq; tibi Cosmum medicé perhumaniter respondisse.seq; paratũ esse ad oia:quæ mihi grata fore intelligeret. Itaq; abs te peto:ut de re mihi apertius loquaris: Ná non ego petebam oia q̃bus etiam res oís pecuniaria põt contineri:sed unum dũtaxat:& id quidé tale: ut negari iure non possit: Vt quando nulla mea culpa sim proscriptis Florentiæ ascriptus: ea ꝓscriptio cosmi opera tollať. Quare mihi facies rem gratissimá:si apertius mihi declarar s illius uiri hac de re sententiá. petrũ Cosmi filiũ audio istic esse publice legatũ ad Venetos. Siquid defuerit:facile ex isto consequeris interioré oém patris sententiam: Ná uir quidá amicus mihi nuper renũciauit dicere Cosmũ id negocii propterea uideri sibi difficile futurũ:qm̃ uniuersa poene nobilitas proscripta esset. Quare qua uia meæ proscriptioni cõsultũ esset:fore.ut ea cæteris ét pateret. At prouerbiũ est græcorum ansas figulũ ollis pro uoluptate apponere. Si hanc ré Cosmus pro reconciliata gratia susceperit:facile sit consecuturus quod petimus. Non eni eadem mea est quæ oiũ proscriptorũ cá: Nam meum nullũ est erratum in répu. Florentinam. sed merita fortasse nõ nulla:quippe q universam iuuentutem & doctrina instituebá & moribus.atq; uniuerso ét proderam populo. Non mihi ciuilis factio:a qua semp abhorrui:obfuit:sed malignitas & insidiæ inuidoꝝ:id qđ siquis in senatu & apud populũ apte ueroq; exposuerit:oia mihi ex sentétia sint cessura. Hanc aũt ré cum & Cosmus & boni oés curare debent:tũ petrus iste in primis:q quancunq; habet litteraturam atq; eloquentia habet autem elegantem:eam omnem didicit a philelfo. At discipuli præceptoribus quid non debeant:quibus parentum loco ducendi sunt? Vale.ex Mediolano.xi.kal. Augustas. M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Bartholomæo buciuio sal.

c Vm iam litteras tuas qđ te scribendo non loquendo τὴν πυθαγόρειον ἐκείνην ἔχειν ἐρᾶν existimassem: minus expectaré:eæ mihi tandé redditæ sunt & disertæ qdé & piucundæ pridie kal. Augu. Non eni non potui tuo ingenio delectari litterariũq; peritia. Quod aũt me laudas plurimum affers non dubium argumentũ præcipui amoris erga me tui. Itaq; habeo tibi gratias:ꝙ æque me ames: atq; amaris a me. Reliquum est:ut q̃sæpissime ad me scribas:quo te magis magisq; i dies huiusmodi mutuo litterarum sermone & uti & frui queam. De librario uero:quod antea abs te pe-

tii:ut matures:te etiā atq; etiam rogo. Vale. καὶ τὸν ἡμέτερον ἄνδρεαν ἀσπάζου.
Ex Mediolano pridie. kal. augustas. M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Andreæ alamáno sal.

b Artholomæo collensi iurisperito humanissimoq; uiro nō possum īgētis gratias nō habere: qui ut aliqd tandē ad me scriberes: effecit: Nā litteris a me sæpius superiore tēpore iuitatus ita siles: ut mihi quoq; q natura sim fortasse λαλώτερος silendi libidinē inieceris. Ita uix scio utri magis tibi ne an ipsi Bartholomæo obstrictus sim: cuius cā factū uideo: ut q nescio quo īstituto obmutueras: os tādem breui hac epistola aperueris. Veȝ ignosco tibi: si laconice scribis: cū iam āplissimū gesseris magistratū in florētissima tua grauissimaq; rep. ἡ γὰρ βραχυλογία τῶν ἀρχόντων εἶναι δοκεῖ. Bartholomeus aūt etsi p sese mihi sua uirtute atq; doctria futurus erat carissimus: hunc tū cariorē facit tua suauissima epistola. Sed qm̄ te omni ex parte & castigatū i dicēdo scribendoq; & ppolitū cupio: nolim posthac cū uel de patria: uel de familia mentionē feceris: aut Bartholomæū de colle scribas: aut Andreā de Alamānis. Quādo. n. legisti usq̄ uł Annibalē de Carthagine: uel publiū de cornelijs. Indoctorū hoīum aut arrogātium iste mos est q uel uim istiusmodi ꝑpositionis. de. ut latinitatis grāmaticæq; ignari minus tenent: uel sibi licere uolūt: qđ ab omni uetustatis usu est alienū. At tu & doctus es & modestus in primis. Vale. Ex Mediolāo pridie nonas augustas. M.cccc.liiii.

Frāciscus philelfus Donato actiolo sal.

l Aetor equidē & gaudeo plurimū tibi oblatā fuisse occasionē ad me scribendi: Nā litteras ego tuas iccirco iāpridē desyderabā: q te doctū eē disertūq; audierā. Nec me sane mea de te fefellit opinio: Nā talē te mihi tua hæc una repræsentauit epistola: qualē esse existimabā: hoc ē & benignū totū & fecūdo quodā liberaliq; igenio. Itaq; nō possum nō habere gratias tuo huic & iam itē meo Bartholomæo collensi præstanti iurisperito uiroq; pdocto & phumano: qué in cā fuisse ītelligo: ut mecū tādē aliquid loquereris. Cōmēdatio aūt tua quātū sit apud me pōdus habitura: re ipsa cognosces i dies Nā nihil est: quod malim q̄ & tibi & oibus actiolis ꝓpter Angelū meū splendidissimū equitem auratum omni opera diligentiaq; mea gratificari. Vale. Ex Mediolāo pridie nonas augustas. M.cccc..liiii.

Frāciscus philelfus Nicodemo trāchedino sal.

a Ccusarē ego re pfecto uel obliuionis: uel neglıgētiæ: nisi tuus mihi amor iāpridē pspectus esset. Quo fit: ut istiusmodi oēm de re mea cōctationē dem occupationibus tuis: qbus qm̄ iā magna ex parte solutus est: te rogo: ut qđ mihi corā libēterq; recepisti: nō inuitus efficias. Vale. Ex Mediolano idibus augustis. M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Christoforo Marliano sal.

u Ideor licere mihi tanq̄ pro meo quodā peculiari iure uti & opera & officio tuo in oī re mea. Quid. n. discipuli nō debeant ꝑceptoribus: ꝑsertim iis: qbus se norīt esse carissimos? Quod te nō latet illustris princeps Alexander Sphortia uir plane omni uirtute maximus mihi dono dedit āno superiore pānū rosei coloris: quo pro dignitate sua musarūq; iduerer. Is in hanc mihi diē seruatus est īteger. Nā ante nō fuit usui. Nūc format̄ i uestimētū: quod si minus pellitū fuerit: uideat̄ ieptius: pelliri aūt ab alio q̄ ab Alexandro: cuius est donū: aut quaq̄ decere arbitrer. Itaq; isti dioto meis uerbis: ut suæ munificentiæ & nō igratæ musarum uoluntati pro tēpore āni cōsulat.. Vale. Et respōde. Ex Mediolano. xvi. kal. septembres. M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Bernardo Iustiniano sal.

n Ec tu mihi tuos cogitatus ꝓximis litteris declarasti:nec ego ex me illos potui cō iectare..Sed qm̄ a familiari quodā nūc resciui uirꝫ illum:quo de antea ad me scri pseras:debere tibi pecuniā:te iterꝫ aliter admonendū putaui cū esse soluendo nō difficile:quantū tibi debuerit.Habet.n bona quæ stabilia uocant̄:ꝑmulta . Viuitqꝫ & uictitat lautissime.Itaqꝫ tibi uō esse lōgius differendū censeo.Veni Mediolanū:Nam oīa tibi secunda futura sunt cum ob alias plærasqꝫ ratiōes:tum quia humanissimus hic pr‍īceps noster & uidebit te libentissime:& tuū ius omne suū ius esse existimabit.præterea qđ tibi ante significaui:si minus abūdas equis:hi mihi sex sunt:quos tibi quoqꝫ uolo esse cōmunis. Vale. ExMediolano.x.kal.septembres.M.cccc.liiii.

Frāciscus philelfus Bartholomæo bucinio sal.

q Vod te mihi totū ostendis:& amice facis & recte:Nā cū in uiro bono: tū uel in ꝓprimis i amicitia nec simlatū q̄cq̄ nec dissimlatū eē oportet.Itaqꝫ uidemus ab Aristotele dari Socrati uitio:qui cū esset suæ tempestatis omnium apud Atheniēses doctissimus:& īter alienos diceret & apud suos se unū id scire ꝙ nihil sciret:aliud uero nihil. Decet ꝑfecto quēqꝫ ut mea fert opinio:se talē oībus illustrare:qualis sit.Vt fucata & cōficta mulier grata esse uō pōt:ita etiā illa quæ coloris bonitatē uenustatēqꝫ occultat i uitio esse cōsueuit.Quod si omni i re cōsiderandū est:eo magis in amicitia:quæ esse certe nullo pacto queat nisi omni ex parte pateat:ꝑspicuaqꝫ sit.Egisti igit̄ pro officio:ꝙ te ꝓximis litteris nō solū in cute:ut aiunt:sed ītus quoqꝫ ita mihi te cognitū reddideris:ut ea quæ oculis cernunt̄. Delectat me sane īgeniū tuū.delectat oratio.placet eruditio.piucūda est humanitas.Quod me uero ita laudas:ita obseruas:id exuberantē quandā dilectōnis erga me tuæ amorisqꝫ abūdantiā præ se fert.Et quāq̄ nō ista mihi est de me opinio: quā tibi esse aīaduerto:nō tñ moleste tuli ita abs te sentiri:quo sis in me amādo alacrior.Ego aūt illud tibi unū polliceor:oīa me tua eē p̄stituꝫ:quæ tibi uel cōmodo uel iucūditati fore cognoro.Nō .n. potes mihi uon esse carissimus:qui & doctus sis & disertus & bonus meiqꝫ amātissimus Vale. Ex Mediolano kal.septēbribus.M.cccc.liiii.

Frāciscus philelfus Donato actiolo sal.

q Vod serius ad te scripserī:nō mediocria quædā negotia mea eaqꝫ minīe negligenda fuerūt in cā.Itaqꝫ huic omni meæ cunctationi respōdendi tuis litteris:ut ignoscas:uelim:Haud.n.debet te latere me unū esse:q neqꝫ amore:neqꝫ diligētia:neqꝫ ullo sane officio cedere amicis cōsueuerī:Nā quid me tecū facere oportet uel Actiolo uel Donato hoc est & amicissimo & disertissimo adolescente:Tāta.n . Actiolos oīs uel ꝓpter unū Angelū splēdidissimū equitē auratū & uirꝫ humanissimū atqꝫ optīe de me meritum & beniuolētia ꝓsequor & pietate:ut sine ulla etiā īgenii p̄stantia:sine ulla doctrina tua ū possis tu mihi nō esse carissimus.Cū uero eo te disciplinæ felicitateqꝫ dicēdi uideo ꝓcessisse:ut nō modo æqualiū tuorꝫ nemini cedas:sed cū maioribus natu nō iniuria cōparari queas:si te minus omni offioo amoreqꝫ cōplectar:īgratus sim.Me tuæ litteræ adeo delectarūt:ut nihil mihi neqꝫ iucūdius potuerit cōtigere nec optatius.Erant.n.cū ornatissimæ:tū plane testes beniuolētissimi aī erga me tui.Ego aūt quid aliud tibi referā: habeo nihil præter id unū:ut tibi pollicear affirmēqꝫ bona fide te unū esse foreqꝫ in dies magis etiā atqꝫ etiā:cui sim neminē in omni uel amici uel æqui & boni uiri offi.io prælaturus . Vale.Ex Mediolano kal.octobribus.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Ioāni aretino sal.

q Vam me uehementer amas:amas enim egregie:tñ etsi intelligebam uel ex amo-
re summo erga te meo:tñ id Xenophon filius nõ secus mihi cognitũ fecit: q̃ ea:
quæ oculis cernimus. Lætor aũt maiorẽ in modũ:q̃ uterq; nostrũ sentiat se ñ falli opta
tis suis. Et tibi habeo ĩgentis gratias:q̃ me pro singulari tua humanitate atq; animi ma
gnitudĩe nõ solũ obserues:sed omni uel officii uel pietatis opa ꝑsequaris. Quare siquid
ĩ me est:qđ tibi aut usui sit futurũ aut uoluptati:id æque in tua ptãte positũ esse uolo: at
q; ea oia:q̃ iure peculii duci solẽt. περι δὲ τῶν ἀλλων προσ ημᾶσ συντεινόν
των διαλέξεταί σοι κατ' ἀκρίβειαν ο ὁμοσ ξενοφῶν συ δε ποιησεισ κατά
τό σοι ἔιωτοσ η γουν φιλιωσ τε. καί πιστῶσ. εὐτύχει. φίλτατη μοι κεφα-
λη. Vale. Ex Mediolão nonis nouẽbribus M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus petro Nucetano sal.

m E i dies magis atq; magis tibi obstrĩgis plurimis tuis ac maximis bñficiis. Itaq; tã
tũ me tibi debere fateor:q̃tũ ad me dissolui posse desperẽ. Quod aũt uoluntate
possum:id certe ita libẽter facio:ut uix aliud quicq̃ magis. Quare cũ aĩaduerterĩ te mea
litteraria & ĩgenii monimẽta delectare cõsuesse:duos codices ad te dedi:quos a filio Xe
nophõte corã accipies:ab eodẽq; itelliges:q̃bus in rebus tuo officio uti uelim. Tu siq̃d
est:quod mea opa præstari possit:id totũ in tua esse potestate positũ existimato. Vale.
Ex Mediolano nonis Nouembribus. M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Alphõso regi sal.

q Vo de te magis magisq; in dies mecũ ipse cogito:eo maiore in te amore obser-
uãtiaq; accẽdor: Nam & ĩgenio es diuio & moribus supra hoiem. Nihil est in te
fucatũ.nihil subdolũ.nihil nõ magnificũ.nõ excelsum.nõ admirandũ. Et loqueris oĩa sa-
pienter & agis nõ grauiter minus q̃ regie. Quare tũ oratio tua oĩs:tum actio quæq; re-
galis est. Quo fit:ut oĩa tibi secũda sint & fausta: Nã deus ipse qui & curat oĩa & diiudi
cat:comitat̃ te semp:atq; pnoctat tecũ:tuisq; integerrimis cogitatis salutiferisq; opibus
delectatus te deĩceps quotidie lætioribus rebus felicioribusq; ãplificat:eũq; ostẽdit hu-
mano generi:quẽ boni & docti oẽs peride atq; expssum aliquod ac solidũ totius boni
tatis atq; laudis simulacrũ & cõtẽplent̃ & uenerent̃. Quæ quidẽ ipsa aliaq; pmulta dum
ĩ te aĩaduertẽs:nõ obscure mihi psuadẽt eũ te mihi censendũ esse:ĩ quo uigiliæ meæ oẽs.
studia oĩa. labores oẽs nõ tuto solũ sed etiã secure ac iucũdissime cõquiescant. Hoc autẽ
meũ institutũ etsi putabã tibi nequaq̃ esse dubiũ:tñ nõ alienũ ab officio meo sum arbi-
tratus: ut Xenophõta filiũ cũ his munisculis ad te mitterẽ:quibus q̃m ĩgenii sunt nõ for-
tunæ:nõ mediocriter delectari es solitus. Reliqua uero ex Xenophõte ipso cognosces:
Nã q̃cq̃d dicet:a meipso dicet. Vale. Ex Mediolano nonis nouẽbribus. M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Nicolao q̃nto summo pontifici sal.

q Vid in cã fuerit:q̃ serius ad tuã beatitudinẽ uel scripserĩ:uel miserim:e filio Xeno
phõte corã accipies. Simulq; cognosces:& quæ mea mens sit:& q̃d cõsiliũ ceperĩ.
Tuæ aũt mãsuetudĩs benignitatisq; fuerit id præstare:quod a me fidẽtius fortasse q̃ par
sit:uerũ beniuolentissimo in te animo pietissimoq; petitur. Vale pater beatissime. Ex Me
diolano. nonis nouẽbribus. M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Dominico cardinali firmano sal.

e O maiore cũ fiducia tuis beneficiis usurus aduenio:quo te iã pluris ãnos benefi-
cẽtissimo usus sum: Nã uel a Bononiẽsi usq; legatione tantã mihi beniuolẽtiam
ostẽdisti:ut nihil esse arbitrer nec magnũ nec paruũ:quod mea causa facturus nõ sis:pser

tim cum eum me esse cognoris:apud quem nullũ sit intermoriturum officiũ:Nam quã referre parem gratiã:nequeam:eam habere q̃ maximã & uelim & soleam.Quid aũt abs te cupiã Xenophon filius tibi corã tempestiue declarabit.Vale pater clementissime. Ex Mediolano nonis nouembribus.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Malatestæ nouello sal.

f Cio te miratũ:q̃ Galbæ Othonisq; uitæ quas e plutarcho traduxerã ad latinos serius ad te ierint.Cuius rei cãm etsi antea ad te scripserã:eã tñ ex hoc filio Xenophonte melius cognosces.Habes etiã cũ his uitis laconica plutarchi apophthegmata: q̃ nostri tũ dicta uocãt tum dicteria.Ea tu excribi facies a tuo librario:Nam ut hic excriberent in p̃sentia facultas nõ fuit.Nõ diu post ad te dabo historiã Cyri iunioris:quã Xenophon socraticus libris quinq; cõplexus est.Quæ reliqua abs te uelim:idẽ Xenophon coram ostendet.Aliud nihil est:nisi ut tibi nolim obscurũ esse petrũ pleonẽ uirũ doctrina & eloquẽtia singulari esse mihi ob fœcũdissimũ ĩgeniũ suũ p̃stãtẽq; modestiã carissimũ. Itaq; rogo te:ut ad illũ amorẽ quo tua esse in eũ debes sponte incitatus:tantũ accessiõis fiat mea cã:ut ĩtelligat & me tibi & se mihi esse carissimum.Vale. Ex Mediolano nonis nouembribus.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Matthæo Ioãni sal.

c Vm mitterẽ Xenophõta filiũ ad Alphonsum regẽ:tu mihi unus uel ĩ primis occurebas:cuius mihi recordatio iucũdissima sit.Nõ.n.obliuisci possum:q̃ mihi singularẽ beniuolentiã p̃stitisti:cũ ãno superiore ĩ regiis castris tua & opera & officio usus sum.Itaq; nisi te uæhemẽter diligã:ingratus sim:q̃ haberi gratissimus nõ cupio solũ: sed etiã studeo.Vellẽ admodũ libẽter:aliqua mihi offerret̃ occasio tibi gratiæ referendæ: quã tñ ita habeo:ut maior haberi cunq̃ haud queat. Quare tuũ sit & me & meis rebus oibus non secus uti q̃ tuis.Quod si feceris:magna me afficies uoluptate:Nã ego tua uti opera & studio nunq̃ desistã.Cætera tu e Xenophõte corã accipies.Vale. Ex Mediolano nonis nouembribus.Mcccc.liiii.

Franciscus philelfus Dominico cardinali firmano sal.

p Vtaui citius meas litteras ad te p̱uenturas q̃ Xenoprõta filiũ.Quare cũ cuperẽ eũ rursus q̃d se agere oporteret:meis litteris cõmonẽdũ:has iccirco ad te misi : quo illi & tuto redderent̃ & diligẽter.Id aũt factũ iri tãto studio abs te peto:ut maiore aliud hoc tp̃e nihil possim:Nã cũ is p̱ flaminios picẽtesq; irer faciat serius ad te p̱uenıet. Vale pater humanissime.Ex Mediolão.viii.idus nouẽbres.M.cccc.liiii.

Frãciscus philelfus Xenophõti filio sal.

c Vm putarẽ p̱pter itineris difficultatẽ fore:ut te p̱ flaminios & picentes iter faciẽtẽ litteræ meæ p̱ Tusciã aduolãtes.Romæ anteuerterent:uisus es mihi cõmonendus:ut si qnos græcos codices offenderis:quibus ipsi careamus:sintq; digni quos habeamus:ne omittas:modo honesto nobis p̃cio possis cõparare.Tu nostrũ eruditissimũ & amicissimũ Gazen adhibe in cõsiliũ.præterea caue tibi a torrentibus.Vides:quãta sit uis hyemis.Malo serius ad nos redeas:mõ tutius.Quæ habes ĩ cõmẽtariis:etiã atq; etiã lege idq; quotidie.Vale.Ex Mediolano.viii.idus nouẽbres.M.cccc.liiii.

Frãciscus philelfus petro nucetano apostolico secretario sal.

e Tsi Xenophõti filio hinc abeũti mãdaui oĩa diligentet:quæ ab eo fieri uellẽ : tñ non esse ab re duxi:ut iteꝝ litteris admoneret̃.Itaq; rogo te:cũ primũ istuc peruenerit:eũq; uideris(nam continuo te adibit) litteras hisce introclusas:eidẽ reddẽdas cu

res.Reliqua tu corã ex eo accipies.Vale.Et me sanctissimo domino nostro commenda.
Ex Mediolano.iii.idus nouẽbres. M.cccc.liiii.

Frãciscus philelfus Iacobo luparo sal.

f Acit mutua nostra summaq; amicitia:ut nihil mihi iucũdius sit q̃ tibi oĩbus in rebus gratificari.Itaq; ex libris meis:qui p id tẽporis apud me erãt:dedi claro eqti aurato Thomæ Thebaldo tuo ac itẽ meo codices duos:quo ex iis possis parrhisio nostro pro tuo arbitratu morẽ gerere.Tu uelim cures:ut q̃primũ excribant̃:eosq; facias ut inuitos reuocare ad dñm:Nã diu atq; multũ peregrinati sunt:ac rursus i Galliã transalpinã cõtinuo:cũ redierint:peregre pfecturi.Tu uale cum tuis oĩbus:quos æque meos atq; tuos duco.Ex Mediolano.viii.idus decẽbres.M.cccc.liiii.

Franciscus philelfus Blasio axeretẽsi sal.

n Escio sane:uter uostrũ magis sit accusandus: egone qui iãdiu nihil ad te litterarũ dederĩ:an tu:q ne nostri quidẽ memineris: Nã ego de te tuaq; salute quesiui sæpenumero uel ex tuis:id qđ tibi nũciatũ esse nõ sum nescius.At nemo istic uenit:ex quo potuerĩ intelligere:an de me unq̃ nostraq; amicitia mẽtionẽ feceris.Ve℞ iccirco ignosco tibi:q acceperi te totũ eẽ amori deditũ:quẽ ne cæcũ esse patiaris:te pmũ rogo: Sed ut cũq; res habet:posteaq̃ ipse glaciem fregi:ut aiũt:tui officii fuerit:ut itineri te accigas: & mutuis litteris una simus:unaq; assidue colloquamur:mutuisq; iter nos officiis cõtendamus qbus æque uicere atq; uĩci ppulchrũ ẽ.Vale. ExMediolano kal.iãuaris.M.cccc.lv.

Frãciscus philelfus Nicolao Didoni medico sal.

a Cœpi a nõnullis tibi esse illud Alberthi Magni opus:qđ de angelis inscribit̃. Id qđ laudari uideo a uiris doctis & sapiẽtibus:uidere plurimũ cupio. Nec sum ueritus abs te petere:ut huic meo desyderio ipse opituleris:uel ære:uel cõmodato:Nam siqua tibi i re opus esset officio meo:nihil a me frustra peteres.propediẽ Xenophon filius Neapoli ad nos rediens istac iter facturus est:cui uelim uel istiusmodi codicem ad me des:uel litteras:quibus intelligam:quid facto sit opus.Vale. Ex Mediolano.iii. idus febauarias.M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Aenico daualo sal.

f Itne adhuc Neapoli Xenophon filius:an minus sit:nihil habeo certi.Illud mihi plane certius omni re certissima me tibi esse carissimũ.& ne id qdẽ iniuria.Nõ.n. est nescius:quãtus est erga te amor meus.quæ fides.quæ obseruantia.Itaq; mea oĩa tibi maxĩe curæ esse certo scio.Quod si forte acciderit:ut nõdũ Xenophon Neapoli abierit ob occupatiões uel tuas:uel regias:cura obsecro:ne diutius tẽpus terat Vereor.n.fore:ut iter minus sit tutũ habiturus:si lõgiorẽ morã apud uos gerit:Nã comes Iacobus perusinus ppediẽ in flaminiã picenũq; pfecturus cũ exercitu phibet̃.præterea qd ego facturus sim:nescio:nisi rem oẽm meã ex filio ante cognoro.Reliqua tu pro tua prudẽtia nõ difficile cõsyderare queas. Vale.Ex Mediolano.vii.kal.martias.M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Guidoni Iacobo Madio sal.

f I uel meã i Nicolaũ picinitũ clarissimũ illũ iperatorẽ & maximũ fidẽ atq; obseruãtiã:uel eius i me singularẽ beniuolentiã meminisse uolueris nõ miraberis:q tãtũ mihi fiduciæ i illius isto optio filio iperatoreq; felicissimo Iacobo picinino collocarĩ: ut nihil sperẽ frustra me petiturũ.Quid aũt uelim:ex meis ad istũ litteris:perspicue cognosces.Fuerit igit̃ uel officii uel humanitatis tuæ:ut quæ a me scribunt̃:pro uetere illa necessitudine & q̃primũ & q̃diligentissime cures.Quod si feceris:sicuti certe cumulatissime fa

cies:ppetuo me tibi beneficio deuixeris. Vale. Ex Mediolano. iii. kal. martias. Mcccc.lv.

Frãciscus philelfus Nicodemo tranchedino sal.

p Osteaq̃ hinc abieras:mihi redditæ sunt litteræ a Xenophõte filio. Itaq; mihi usui est:ut is mentē meā q̃primū sentiat: Nā si secus fiat: diuturniorē morā: cū Neapolitanis uidet̃ esse facturus. Itaq; mihi facies rē pgratā: si operā dederis: ut meas hasce litteras ppediem filius accipiat. Vtere diligentia & fide: qua soles in philelfum tuum. prætera quæ Florentiæ abs te curatū iri uolebāut perficias: rogo. Vale. Ex Mediolano pridie kal. martias. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Nicolao æstensi Leonelli pricipis filio sal. di. pl.

n Vptiarū laudationē cui epithalamio nomen est apud grecos: petiit ame tuo nomine puer quispiā diebus proximis Ferrariæ cum iā nauim ascenderem. Eā igitur ad te dedi nou iccirco: q̃ dignam existimarem: quæ uel ædetetur: uel legeret̃ abs te sum ma idole adolescēte: sed ut intelligeres nihil me magis cupere q̃ oibus i rebus gratificari tuæ uolūtati. Quod eo feci libētius: qñ te amitæ Beatricis laudibus ut domesticis non iniuria plurimū delectātū iri censerē. Quod aūt i huiusmōi laudationis genere breuiorē me pstiterim nō meo istituto: sed tēpori ipsi dato: cuius angustiis factū est: ut multus esse nullo pacto quiuerī. Vale. Ex Mediolano uonis maiis. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Blasio axeretensi sal.

n Ideo te iā senectuti cōcessisse: id qd̃ nō tā ætatis uitio: quæ tibi ānosior admodū nō est: q̃ animi ægritudini dādū puto. At cū oīs pturbatio uituperatā sapiētibus tū oium maxie ægritudo: quæ mediocritatē ut stoicis placet: nullā admittit: nec aliquid habet ppinquum: qd̃ laudari queat. Itaq; sanius feceris: si te collegeris gloriæq; memineris. Id aūt tunc fecisse iudicabo: cum me docueris: quod abs te sepius petii de Venetæ classis conflictu apud Casalem: quæ maior cognominatur. Vale. Ex Mediolāo. vi. kal. iunias. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Lodouico casellæ sal.

d Ionysius hieromonachus abbas: qui meas tibi reddidit litteras: i captiuitate misera illa Cōstātinopolitana fuit etiā ipse captiuus. & nūc itē quanq̃ uidet̃ liber: seruit tū miserā seruitutē i suis monachis apud ipsos Turcos. Itaq; ut est pii patris officiū: quærere cogit̃ ad eos redimēdos: quos æque diligit atq; filios religiōis caritate in Christū Ihesum. Hūc igit̃ Dionysiū tibi plurimū cōmēdo. Nō. n. paꝛ accedet ad gloriā pricipis tui tā sancta ac tam pia mūificētia. Reliqua tu pro tua prudētia itelligis. petrus Thomasius medicus scripsit ad me uudiustertius nōdum accepisse nostram Sphortiada. Itaq; rogo te: ne illā diutius apud te hospitari patiaris. Hoc erit mihi uehemēter gratū. Vale. Ex Mediolano. viii. idus iunias. M.cccc.lv.

Frāciscus philelfus Francisco aleardo sal.

n Ideo sane me amari abs te plurimum: quando quidem moleste non feras Galbæ Othonisq; uitas: quas e græcis latias fecimus: diutius q̃ par sit: hospitari apud te. Sed posteaq̃ intelligis esse impudentis: istas uelim: tandem extrudas: cogasq; uel inuitas redire ad dominum: & ne solas quidem: sed cum Chrysolorina illa præclara epistola: quam propediem redituram ad te curabo. Vale. Ex Mediolano. vi. kalendas. Quintiles. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Albertho zancario sal.

r Espondi proximis diebus ad ea: quæ mihi scripseras ex publico decreto. Tibiq;

diligēter aperui: sentētiā aimi mei: in quā ipsam si a uobis quoq; itum fuerit: habebūt o-
mnia recte. Reliquū est: ne differas: sed q̄primū ad me litteras des: qbus fiā certior de re
omni: quam nostra interesse iudicabis. Vale. ex Mediolāo pridie kal. iulias. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Guilielmo Vrsino Franciæ cancellario sal. pl.

e Xistimo fieri aut nuncioꝝ negligentia: aut ēt fortassis occupationibus tuis: ut lit
terae tuæ uel mihi non reddant: uel non eant ad me: Nam me tibi humanissimo
uiro esse carissimū non sum nescius. Cæteꝝ uelim scias in eadem me esse sententia: quam
antea ad te scripsi. Qua de re eruditissimus philosophus ac medicus Thomas coronen
sis tecum uerba faciet. Ad hæc dedi ad te Ioanni cossæ uiro nobilissimo opus meū saty
ricū: satis emendatū etsi minus eleganti codice perscriptum: Malui tamen aliquid ad te
dare q̄ pati ut uir utriq; nostꝝ amicissimus monimētis meis oio uacuus ad te iret: Nam
aliud quicq̄ per id temporis nihil mihi erat in manu. Vale. ex Mediolano. xiiii. kal. augu
stas. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Thomæ philosopho ac medico sal.

a Cœpi supiore hyeme tuas litteras & illas quidē p̄humanas ac plane testes amoris
sūmi erga me tui. Qui aūt illas reddidit: cū esset patauiū tui negocii eā petiturus:
dixit se non multo post rediturꝝ ad me. Quare quicqd essem responsurus: in id tempo-
ris reiicerē. Redut aūt diu post: meq; adiut cum discūberem. Itaq; ilico surgens ad te scri-
psi: ad eaq; diligentissime respondi: quoꝝ gratia ad me scripseras. Sed ubi nunciū tuum
quæro: eum inuenio eodē tēporis momēto abiisse: quo me adierat. Itaq; paucis ea repe-
tā. Idq; κατὰ τὴν ἑλλήνων γλῶτταν. Vale. ex Mediolāo. xiiii. kal. Aug. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Guilelmo Vrsino Franciæ cancellario sal.

n Icolaus Trachaniotes & Alexander Cananus qui tibi meas litteras reddiderunt:
uiri sunt & Cōstantinopolitani & nobiles: quoꝝ condicio eadem est: quæ reli-
quoꝝ græcoꝝ: qui Turcis impurissimis Christi hostibus q̄ærumnosissime seruiūt. Hos
igit̄ tibi plurimum commēdo: ut cæteros cōsueui: qui in eadem positi sunt miseria. præ-
terea Nicolaus is Trachaniotes deposuit crucē quandā: ut ait: quæ cōtinet ligni particu
lam sanctæ illius & īmaculatæ crucis: qua pependit Ihesus Christus saluator noster: apd̄
græcum quendam conciuem suum noīe Michaelē Mamonam. Hāc is Michael huic sub
trahit: fallitq; fidem boni uiri. Tu ẽ igit̄ probitatis iustitiæq; fuerit: ne patiaris in sanctum
lignum fieri ludibrium. Quod ut facias: te etiam atque etiam rogo. Vale. Ex Mediolāo.
viiii. kal. Augustas. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Thomæ coronæo philosopho ac medico sal.

e Tsi plane scio ea te esse humāitate: ut nullis ēt meis litteris p̄benigne sis exceptu
rus uiros nobiles atq; græcos Nicolaū Trachaniotē Alexandrū Cananū: tn̄ pro officio
meo uon potui eos tibi non cōmendare. Nosti. n. q̄ pium sit opus benefacere indigenti
bus & p̄sertim suis. Itaq; rogo te: ut ob meā cōmendationem tantus cumulus accedat ad
id quod uel tua sponte facturus eras: ut ambo intelligant me de se tibi q̄ diligentissime
scripsisse. Vale. Ex Mediolano. viiii. kal. Augustas. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Thomæ coronæo philosopho ac medico sal.

b Inas litteras diebus p̄ximis ad te dedi: qbus non obscure nosse potuisti sententi
am omnem animi mei. Sed cum tuus iste nuncius præsbiter Vgo esset oblatus:
qui ad te iret: eum uacunm meis litteris uideri abs te nolui. Itaq; eadem græce repetam
paucis: quæ ātea pluribus sum cōplexus. Vale. Ex Mediolano. pridie kal. Aug. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Guilielmo ursino Franciæ cancellario sal.

q Vicqd tibi noie meo presbyter Vgo coram exponet:id oẽ ex animi mei sẽtẽtia exponet:Nam propter eius festinationem non potui litteris lõgior tecum esse. præterea nec erat opus:cũ ea de re scripsissem ad te antea.Nec illud tamen omittam dedisse me ad te superioribus diebus ad quartũdecimum kal.augustas uiro nobilissimo Ioanni cossæ mearum satyrarum codicẽ:quem si accepisti:bene est:sin minus acceperis: tuũ est curare:ut q̃primum eat ad te.Existimo eni fore : ut eiusmodi opere non mediocriter delecteris.Vale.ex Mediolano pridie kal.Augustas.M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Ioanni Mano filio sal.

p Lacuit carmen tuum.placuit epistola.Quæq; scripsisti:oia me plurimum delectarunt.Quibus aũt honoribus te florentissimus Sabbaudiæ dux ornarit:illis te facito dignũ præstes.Quod ita maxie consequeris:si cũ doctrinam:tum non minus diligentiam ingenii bonitati adhibueris.Videre enim in te filiũ uideor:qđ stoicis placet:non ingenii minus q̃ corporis uim quandã a patre emanasse.Sed ea uis ois audiendo.legendo.meditando.docendo.differendo.scribendo.excitatur.alitur.augescit.Itaq; nolim:idustria diligentiaq; minus q̃ cæteris uel naturæ uel disciplinæ præstantius fretus esse perpolitusq; iudiceris.Reliqua oia quæ petisti per litteras:curabo tẽpestiue:Nam ad ea cõtinuo præstanda tempus mihi nõ fuit.Sed cũ Xenophon filius istuc ierit:id quod propediem est futurum:morẽ gerã tuo desyderio.Amicus tuus uel noster potius uir nobilis Arisminus nostro officio uti noluit.Vale cũ uxore & filiis ex Mediolano.iii.nonas augu.M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Albertho parrhisio sal.

q Vo tibi homini amicissimo gratificarer:dedi ad Iacobũ Luparum codices duos meos:ut nosti ad.viii.idus decembres:quos a me petierat tuis uerbis.Eos iãpridem ẽt atq; etiam repetitos a me per litteras non possum non mirari:cur ad dominũ tandẽ remittere Iacobus noster neglexerit.Itaq; peto abs te atq; contendo:id efficias:ne me in poscendo importuniorem patiaris.Vale.ex Mediolano nonis augustis.M.cccc.lv.

Franciscus philelfus sal.dicit Lodouico casellæ.

b Aldassar Cremensis qui medicinæ studet apud uos:renũciauit mihi hoc die sese interfuisse nuper sermoni cuiusdã Guaryni Veronensis:qui affirmaret iccirco ĩ proximo epithalamio quod ĩ iclytæ atq; pudicissimæ Beatricis & magnifici Tristani Sphortiæ nuptiis habuissem Ferrariæ:nullis me donatũ muneribus a præstantissimo duce Borsio:qm̃ dicere prætermisissem de æstensium principum origine:idq; oium maxime dicendũ fuisse Guarynum nostrum contendere.Hæc ipse audiẽs Lodouice partim cogor tibi quodãmodo:ut ita loquar succensere:partim Guaryni memoriã ridere atq; cõmiserescere:q oblitus uideatur philelfum in scribendo nihil oio neq; præterire:nec negligere solitum.Quid eni Guarynus nouit:qđ philelfus ignoret?Nã siquid plus ualeat philelfus:an id minus:alii iudicent.Oium primum breuitati : ut scis:fuit inseruiendum:id quod in meæ orationis initio paucis questus sum. Deinde non altius repetẽdum de principibus æstensibus fuerat:q̃ de Sphortiis facerem.At plures sunt a me laudati æstenses q̃ Sphortiæ:cum tñ essem a Francisco Sphortia tali ac tãto principe ad id negocii obeundũ & delectus & missus.Quid quod mlto fuissem & copiosior & ornatior:si me p tuas litteras docuisses:qđ de tuis imo nostris æstensibus abs te ãtea tribus deinceps epistolis contẽderã?Nũ qđ es oblitus me tertiũ scripsisse tibi eã esse principis mei sñiam:ut istuc irẽ habendi epithalamii gratia.Teq; ẽt atq; etiam rogasse:ut qm̃ mihi nulla esset cognitio eorum

quæ ad æstensis familiæ laudes maxime ptinerent:ad me omnia q̃diligentissime perscri beres:quæ laudáda ac principi tuo grata censeres: Nóne eadem quoq; abs te tũ per litte ras:tum per Antoniũ tricinum ducalem aulicũ continuo petii:quo die in suburbanos il los Ferrariæ hortos diuertimus: Ad hæc quis é uel mediocriter doctus:quẽ latere debe at extraria ista oĩa quæ táti Guarynus facit:ab aliis in minimis duci bóis:ab aliis uero ne in bonis qdem duci? Quo fit:ut oĩs uera laus uirtutis sit. At uirtutis a me æstenses sunt p tẽpore egregie laudati. Nulla igit̃ aduersus me quisq̃ utat̃ insimulatióe:nulla calumnia: quare minus me mũfice mũficentissimus dux Borsius tractarit:cũ ab ipo eqdẽ q̃tũ me a fert opinio:phumaniter tractatus fuerim:ut græci dicunt:μεγαλοπρεπῶσ: qppe qui me tum publice miris laudibus extulerit:tũ alacriter priuatim móuerit:siqd esset qđ de se mihi usui foret:id omne in mea esse potestate positum. Aut igit̃ a me nihil erra tum est:aut siquid é erratũ:id oẽ tibi amicissime Lodouice dádum existimo. Itaq; uł me am tu apud insimulatores istos:uel tuam apud me causam tuere. Vale. ex Mediolano vi idus Augustas. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Lucino genuensi iurisconsulto sal.

a Ccepi ex litteris Ioannis Marii filii cum eximiá tuá erga se multis in rebus beni gnitatem:tũ singularem beniuolẽtiam erga me. Quo quidẽ duplici liberalitatis genere facile admoneor:ut te non diligam solum:sed ẽt maiorẽ in modũ amem. Quod eo facio libentius:quo eũ te uirũ esse intelligo:qui & ciuili sapientia & bonarũ artiũ disci plina ingẽtiq; uirtute talis tantusq; sis:ut a pbatissimis oĩbus optimisq; uiris iure obseruá dus colendusq; iudiceris. Itaq; non mõ q in me amando in filioq; mihi dilectissimo am plificando officiosissimũ te p̃stiteris atq; p̃stes:es mihi inter amicissimos hñdus:sed etiá q is sis:quem uel nullo puocati beneficio boni & docti oẽs debeant oĩ beniuolentia p sequi. Habe igit̃ me in tuis:meq; utere pro uoluntate tua. Nunq̃ te tua de me fallet opi nio. Vale. ex Mediolano. xiiii. kal. septembres. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Nicodemo tráchedino Salutẽ

d E re illa Alexandria nihil ad me scripsisti. Itaq; nescio:quid mihi de mulo spondũ sit:quo de iápridẽ spem oẽm abieci. Et mirari tu qdem soles istiusmodi hoĩes tá breui locupletari:q non in dádo solũ:sed ẽt in accipiendo mutuo fœnerent̃:quid inq̃ fœ nerent̃? imo latrocinent̃. Habeat in rem malá & mulũ & marificas suas:mõ tu me illi ca rum facias:qui oĩa potest:& me aliqñ fore ostendit:ut reuocaret ad se:hẽretq; in suis:qđ ut faciat ẽt atq; ẽt rogo. Domnus Ioannes Tholẽtinas:qui fuit Brixiæ abbas sancti Ni colai:uir est & religiosus & bonus mihiq; amicissimus. Is cupit creari episcopus titularis: habetque hac de re litteras commendaticias ad summum pontificem a principe nostro Rem tu mihi facies gratissimam:si huius negocium ita capessieris:ita gesseris: ut intelli gat meam quoque commendationem sibi non mediocriter profuisse. Vale cum Senẽ sibus tuis istis stagnis oraque maritima. Ipsum cælum petimus stultitia. Venamini enim uentos. Tu Karolo Gonzagæ heroi meo nobilissimo me commenda. Velimque ex eo certior fias:acceperitne in hanc diem meam Sphortiada: Nam illa iádiu reddita est una cum meis ad se litteris Nicolao Guaryno scribæ suo Venetiis. Vale rursum. Ex Me diolano. xiiii. kal. septembres. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Augustino Dato sal.

n Olim tibi persuadeas ulla mea uel negligentia uel tui obliuióe factum esse:quo minus ad tuas unas superioris litteras tibi responderim: Nam ut scire longo iam

usu potuisti:nec me oi etiam in re diligentior est quisq̃:nec tui obliuisci queá:ab quo me norim non secus amari obseruariq; q̃ si esses filius. Sed meæ mihi occupatióes huic dulci pioq; officio fuerunt ĩpedimento:q̃bus ipsis etsi ne nunc quidẽ sum uacuus:malui tamen uel paucis ad te respõdere:q̃ præstare diuturniore silentio:ut iure uideri possem obiurgandus abs te. Delectauerunt me uæhementer tuæ litteræ:quippe quæ testes locupletissimæ sint non minus ꝓstantissimi tui ingenii q̃ summæ erga me pietatis. placet eruditio. placet orationis nitor. in primisq; tua modestia & humanitas. perge igit̃ ut cœpisti :quo tũ beniuo'entia tua te in dies magis magisq; diligamus:tũ pristinæ nostræ doctrinæ fructus ex tuis disertissimis monimentis quotidie capiamus uberioris. Vale. Ex Mediolano. iii. idus septembres. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Bartholomæo Scalæ sal.

f Cripsi ad te breuius:q̃ & ipse uelles:& mihi opus esset. Sed non multo post cum qd plus ocii nactus fuero:tibi simul mihiq; faciá satis. De re uernia qđ scire cupis: totũ est in expectatione. Amicus eni ille qui eo loci ipse profectus est:nondũ redut Mediolanũ. Aiunt tamẽ ad triduum rediturum. Cum primum reuerterit omnia cognosces. Tu interim Vale. & nos ama. ex Mediolano. iii. nonas octobres. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Lodouico Mantuæ marchioni sal.

e Tsi non ignorabá eo te esse ingenio atq; ai magnitudine ut ẽt sine ulla mea commendatione q̃liberalissime munificẽtissimeq; excepturũ arbitrarer uirũ illustrem Michaelẽ Dromachaten Chrysolorá manuelis illius Chrysoloræ necessarium: q extīcta bonaꝝ artiũ studia in lucẽ ad latinos reuocauit:itẽq; uiros nobiles Demetriũ & Michaelẽ assanes:mei tñ existimaui esse officii:ut certiorẽ facerem cuiusmodi uiri essent. Sunt .n. ut intelligis:honestissimo nati genere & iidẽ oẽs Constantinopolitani:quiq; penes Turcum imanẽ illũ & impiũ Mahometũ q̃miserrimá seruiunt seruitutẽ. Itaq; peto abs te: ut ea in hos tr's benignitate uti uelis:qua in oẽs consuesti:cũ intelligas idẽ quoq; & ab hoc nostro principe:& ab aliis plerisq; & pricipibus & regibus eẽ factitatũ:q̃bus te oĩo cedere sit indignum. Vale princeps optime. ex Mediolano. iiii. idus octobres. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Lodouico Mantuæ marchioni sal.

p Lures tibi pluresq; in dies cõmendẽ:necesse est:quando & intelligunt oẽs me tibi esse carissimũ:& apud te nihil esse átiquius bñficẽtia. Andronicus trychas spantunes : & Georgius ducas armenes uiri sunt & nobiles & Constantinopolitani:& q apud Turcos ærumnosissimá seruitutẽ agunt. Itaq; rogo te:ut eos habeas mea etiá cá cõmẽdatos:q̃ppe qui digni sint humanitate & munificẽtia tua. Hoc erit & tibi gloriæ nõ uulgari & mihi admodũ gratum. Vale. ex Mediolano. x. kalendas Nouembres. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Bartholomæo episcopo scalæ sal.

p Osteaq̃ proximas litteras ad te dedi pigello negociatori Cosmiano hoi probo & diligenti:binæ mihi tandẽ redditæ abs te sunt eodem ferme tempore. Itaq; ne prolyxitate epistolæ te diutius legendo remorer:scito longonem philippum illum nondum reuertisse Mediolanum. Nec aliud credo fuisse ĩ causa q̃ absentiam principis: qui tamen nudiustertius redut. Quo fit:ut illum quoq; in horam expectemus. Cum primum aduenerit:rem omnem intelligam:eamq; ad te scribam. Bona equidem spe sum. De me uero quod scire uis:propediem tibi morem geram. Vale. ex Mediolano. x. kalendas nouembres. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Thomæ coronæo philosopho medicoq; sal.

q Vo magis expecto suauissimas tuas litteras: eo maiore eaꝝ incendor desyderio: quo ut me tādem aliqua leues ex parte: te ēt atq; ēt rogo. Quare etsi nihil mihi noui acciderat: quod ad te scriberem: tñ uel declarādi apertius amoris erga te mei gratia uel ut te ad respondendū incitarem: nouū quoddā argumenti genus inueni. Est mihi opus lyricū carminibus uariis metrisq; cōpositū ꝑ uarietate & moduloꝝ & numerorum. Hoc deuouere dicareq; institui Christianissimo regi Karolo. Itaq; primū totius opis carmen cui apud uestros ᾠδὴ nomen ē: cum his istis litteris ad te dedi: ut haberes quasi ꝗ gustationem quandā huiusmodi mei nō tā negotii ꝗ ocii. Est autem carmen saphicum mixtū adonyco. Cum primū uero tua epistola iuerit ad me: continuo id opis lyrici qd dixi: aduolabit ad regē. Si regis igit gloria tibi curæ est: uel regis istius cā ꝗprimum respōde. Vale. ex Mediolano. vii. kal. nouembres. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Guilielmo Vrsino Frāciæ cancellario sal.

ſ I rebus meis delectari iis consuesti: quæ uel leuiusculæ sint uel ad ignotos scriptæ: ꝗtæ arbitrer tibi uoluptati fore: siqd meū lectitaris: qd tui l nostri potius Christianissimi regis Karoli splēdidissimo noīe apud uniuersas: ut ita dixerim: gētes nationesq; illustref: ad quas latinæ musæ uox puaserit? Opus. n. carminū centum: quæ a græcis odæ noīant: ad decēmillia uersuū sum aggressus: qd in libros decē distribui ꝑ unius Apollis nouemq; deīceps musaꝝ noibus. In his uero qcquid ad musicā harmoniam ꝑtinere existimaui: qd grauitatē scilicet egregiā aliquam præ se ferret nou ineptæ suauitati admixtā: sum uarie sparsimq; ꝑsecutus. Quod eo libētius feci: ꝙ res digna uisa est: quæ dignis uiris obscura non eēt. Quis. n. ignorat: ut alias ratioues omittam: tantā uim esse in musica harmonia ad oēs aī motus: ut ne pytagorici quidē acutissimi illi ꝑstantissimiq; philosophi affirmare dubitarint īmortalem hoīs aīum constare conueniētia musica? Nam qui ueri & sūmi dei cognitionē uon haberent: rem ab effectu quopiā sensuq; iudicātes ut in citharis & reliqs musicis instrumētis sonos: ita in corporibus humanis aīos huiusmodi quadā ac simili harmonia definiebāt. Sed hæc nostri Theologi longe doctius & uerius ꝗ oēs gentiles philosophi & nouerūt & disputāt. Nemo tñ repugnarit doctrinam eruditionemq; musicam eē pulcherrimā & putilem in primisq; necessariam: & eādem quoq; poetaꝝ eē admodum ꝑpriā. Quare cum ipse non poetam minus ꝗ oratorē atq; philosophum ꝑfiteri debeam: cum primum satyras absoluissem: iis tanꝗ defatigatus ad hoc mitius scribendi genus me contuli: ubi ꝗtus & qualis fuerim: alioꝝ iudicio detur. Huius aūt opeis primum carmen: hoc est quod mō dicebam oden iccirco dedi ad te: ut intelligas me institutū meum: qd nosti: neq; obliuisci neq; negligere. Degustabis igit quod offert primiciaꝝ meaꝝ ad regem ꝑpediem uniuersis huiuscemodi studii nostri fluctibus ipse ēt perfructurus. Vale. Ex Mediolano idibus Nouembribus. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Stephano Cornelio
regio secretario sal. dicit plurimam.

l Ibelli tui iampridē sunt absoluti. Itaq; eos habebis: cum uoles Verum ne diutius differas: mōeo. Librarius. n. Leuiusculus est planeq; morosus. Cū hisce ternas litteras ad te dedi: quarū unæ Ioanni coxæ reddendæ sunt idq; ꝗprimum: alteræ Guilielmo Franciæ cancellario: tertiæ Thomæ græco Karoli regis medico. Nihil es mihi facturus hoc tempore gratius: quam si opam dederis: ut hæ omnes litteræ & quamcelerrime & ꝗdiligentissime reddantur. Siquid autem epistolaꝝ ad me dederis: cui cōmendes ēt atq; ēt cogita. Nolo. n. res meas diuulgari: hoc ꝑsertim tempore: qd non omnino caret suspi

cione. Scire ex te cupio: q̄d futurum putes bellum ne an pacē. Hoc uero iccirco a te quæritur quoniam institui i Hispaniam breui proficisci ad Apostoli Iacobi templum uoti soluendi gratia. Vale ex Mediolano. idibus nouembribus. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Hieronymo castello philosopho medicoq; sal.

c Vm nuper ad Aprilē istic epithalamii illius Sphortiani habēdi gratia fuissem: memini occurrisse mihi iter eundū Baptistā piasium nobilē medicum eundēq; astronomum: quē post primos amicitiæ congressus non potui non monere: ut posthac esset cautior in consyderanda hora: hoc est ωροσκόπῳ natalis Sphortiani. Non enī Franciscum Sphortiam principē hunc nostrum hora ut uulgo putāt diei uigesima natum esse: ut nunc numeramus: sed uespertino crepusculo. Nec enim parū interesse ad iudicādū horoscopi teneri rōnem. Vespertino aūt crepusculo eū enatasse in lucem: quis oīum melius nouit: q̄ mater? At ego hanc rē oēm ex nostri principis matre sciscitatus sum diligenter: quæ tandē ex me intelligens: quæ eiusce rei opinio in hoīum mentibus late longeq; insedisset: surridens inquit: fortassis & duo sunt Francisci Sphortiæ: & duæ itē Luciæ eorum matres. Cæterum quæ Lucia Franciscum Sphortiā Mediolanensiū ducē ex inuictissimo illo Mutio Sphortia peperit: illā me esse puto: ni forsitan oblita sum mei. Itaq; desinant cæteri affirmare: q̄d nesciunt. & credāt matri de filio: quæ & parturiit: & peperit eū. Hæc mi Hieronyme iccirco tibi cognita esse uolui: ut ītelligeres: quantū sit fidei iudiciis istiusmodi adhibendū: quæ astronomi quidā: uel astranemi potius tā incōsyderate effutiunt. Aut igit̄ taceāt: ne sint oībus ridiculo: aut diligentius oīa metiant̄. Tu uelim: me īterea Borsio excellentissimo principi cōmendes. Vale ex Mediolano. xv. kal. decem. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Guilielmo Vrsino Franciæ cancellario sal.

c Vm Manuel Iacob nostri huius principis noīe ad Christianissimū regem Karolū iter faceret: idoneus nuncius uisus ē: cui meos libros de exilio darem ad te dono: Nā iampridem sū ex multis certior factus te affici horum desyderio. Est ēt cum his & lōgior quædā ad regem aduersus infideles epistola & carmen quoddā item lōgiusculum. Si tibi morem gessero: res erit mihi pgrata. Abs te aūt duo sunt: quæ petam: unū ut tuas litteras ad me des & quidē talis: qualis maxime expecto. Alterum: ut Manuelē hunc quātum scilicet ad expeditionem eius attinet: ita tractes: ut intelligat meas sibi cōmendationes fuisse non inutiles. Vale ex Mediolano. x. kal. decembres. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Thomæ coronæo philosopho medicoq; sal.

n Icolaus Trachaniotes & Alexāder cananus a nobis in Italiā redeuntes: cū Mediolanum uisendi mei gratia diuertissent: me tuo noīe monuerunt dedisse te litteras ad me: q̄bus fierē oī de re certior: quā mea interesse putauisses. Itaq; uolui ne esses nescius nullas mihi redditas esse tuas litteras. Quare si me amas: q̄d certe facis: facito: ut intelligā quid mihi agendum sit. Vale ex Mediolano pridie kal. ianuarias. M.cccc.lv.

Franciscus philelfus Ioanni Andreæ abbati sal.

e .Tsi nudiusquartus litteras dedi ad te alteras de re tua: tamen q̄a interdum nuncii sunt uel negligentes uel tardiores: repetā paucis: quæ ātea scripseram. Negocium tuum apud principem & forti & firma & tota acie sum aggressus. putoq; nobis ex sententia nostra successurum. Tu aūt istic cura: ut item litteræ apostolicæ eant ad principem: & aliæ quoq; a Iacobo nostro Calcaterra disertissimo iurisconsulto: & cum ipse etiam tuæ submissæ. perhumanæ. ac supplices. Quas omnis mihi primo reddi uolo: ne si forte alii fuerint redditæ: aut nihil referatur ad principem: aut secus: q̄ opus sit. Dabisq; operam ne

collati beneficii litteræ emanent in competitorem tuũ.Hæc si feceris:te omni sollicitudi
ne molestiaq; soluam.Rem paucis tenes. Vigila.Si Nicodemus Tranchedinus istuc ad
uenerit:eum uelim nomine meo horteris:ne litterarum mearũ quas cupio a summo pó
tifice confirmari:obliuiscatur:Tuq; si opus fuerit:rem adiuua.Vale.Ex Mediolano pri
die idus februarias.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Ioãni Mario filio sal.

a Cœpi litteras tuas & cũ his:quas Thomas medicus ad te dederat.Erantq; mihi
nõ multo ante redditæ tres epistolæ:una a clarissimo uiro Guilielmo Iuuenale
Franciæ cancellario:& duæ ab eodem Thoma.Rem omnem diligẽtissime intellexi. Re
liquum est:ut audiamus:quid ad ea scripturus sit Thomas:que ad postremum peteba
mus.Id cum primum didicero:iter faciã.Cura igitur rem quãtum potes.. Vale. Ex Me
diolano idus februariis.M.cccc.lvi.

Frãcisci philelfi Epistolarum Liber decimstertius.

Frãciscus philelfus Summo ecclesiæ Romanæ pontifici Callisto tertio sal.pl.di.

Tsi nõnullos existimabam fore beatissime pater Calliste tertie : qui
meã erga te obseruantiã audaciæ noĩe deprauarent:malui tñ hone
e statis & officii mei q̃ alioꝝ aduersus me calũniæ habere rationẽ:Nã
qui pluris facit cõmodũ q̃ uirtutẽ:is mihi uidet̃ totus ex fortuna pẽ
dere:quæ ut & instabilis est:& fallax:ita omni uirtuti maxĩe aduersa
atq; inimica.Quare nõ q̃d iperiti sentiant:sed quid sentiendũ sit:mi
hi fuit cõsyderãdũ.Itaq; iis omissis oĩoq; reiectis:ita mihi agendũ est cũ tua sanctitate:ut
ĩtelligãt oẽs nihil mihi fuisse potius q̃ fauere laudi tuæ:quã q de se negligitis ut aposto
lo paulo repugnat:ita se hoĩem esse obliuiscit̃ . Quid.n.est magis hoĩs: q̃ omni studio
atq; diligẽtia sequi amplexariq; uirtutẽ? At laudẽ quid aliud esse dicimus:q̃ orationẽ eã:
qua uirtutis magnitudo amplitudoq; demõstrat̃ :itaq; absurdum est qui bonis actioni
bus delectatur:eas pati in obscuro esse:quasi q̃d inuidoꝝ est ꝓpriũ:alios nolit sui imita
tores. Vt igit̃ dignitatis gradu cæteris oĩbus mortalibus ꝑstas :ita operã te dare opor
tet:ut amplitudine ꝑstantiaq; uirtutis: & sapientiæ cũctis hoĩbus superior iudiceris . Nã
ut grauiter ac recte Cyrus ille supior dicere solitus ꝓhibetur:neminẽ decet ĩperare q sub
ditis sit deterior. Et Bias ille prienẽsis q unus est inter septẽ numeratus:pulcherrie mo
nebat ĩperiũ uirũ demõstrare.Quod si morũ similitudĩe beniuolẽtia generat̃ natura.dis
similitudĩe uero odiũ:qs ambigat eũdẽ esse & bonũ:& doctũ uiꝝ:q bonoꝝ doctorũq;
uiroꝝ cõsuetudĩe utitur:ac familiaritate? Quantã sibi gloriã cõparauit.Nicolaus quintus
q te mõ añcessit ĩ pontificatu:cũ ad cæteras uirtutes suas uitæq; sanctioniã tãta eruditiõe
tãta sapiã.tãta eloquẽtia polluit:ut oĩbus bñfaceret:oẽs ad se accerseret:quos ulla uel ige
nii:ul̃ doctriæ ꝑstãtia ĩsignis eẽ audiret. Videmus unius eius opti sapiẽtissimiq; põtificis
uel diligentia:uel munificẽtia esse factũ:ĩfinita poene græca uolumĩa:quæ nostris hoĩbus
erãt ignota d̃ rebus maximis atq; clarissimis a græcis philosophis:historicis:oratoribus
elegãter scripta ĩ latinũ eẽ traducta sermonẽ.Idẽq; factũ ẽ d̃ libris theologicis atq; mathe
ticis adeo ut nõ multũ iã ĩuidẽdũ sit græcis auctoribus:ita multos apud latinos legere
liceat. Quod si diutius aliquãto fuisset ĩ uiuis:cũ reliq teꝝ aut optiaꝝ : aut admirabiliũ
scriptores:tum poetæ ipsi:maximeq; nobilissima illa duo diuini homeri carmina: q̃bus

hominum uita in omnem partem instituitur atq; ornatur:Latinitatem íduissent . Quid
quod post urbis Cóstantinopolitanæ captiuitaté atq; miserá illam & infortunatam de
populationé:nuntios suos & negociatores clam misit per uniuersam illá & Europá & a
siam:quæ turcis paret:ad cóquirendos emédosq; græcos codices:nulli neq; labori par-
cens:neq; ípensæ: Neq; id negocii frustra suceptú est:Ná ínumerabilia ppe uolumina in
genti etiá pcio aduecta sunt í italiam.Itaq; iure optimo dici pót nó periisse græciá:sed in
italiá quæ olim magna græcia dicta est:unius eius Nicolai pótificis clemétia cómigrasse.
Et ne oio se græcú dici:q̃ latinum haberi mallet:& núcios:& negociatores misit q̃pluri
mos p uniuersam Europá cú grádi pecunia:qui diligéter ubiq; odorarent:si quid latíæ
grauitatis:& elegátiæ usq̃ lateret:Idq; nullius pcii habentes rationé oio ad sese deuehen
dú curarent Scio unú ex iis fuisse Enochú asculanú:q quódá fuerat florentiæ auditor no
ster una cú Aenea isto siluio:qui núc Senæ gerit episcopú.Is.n.Enochus in daciá usq; p-
fectus est:& ut referút aliqui in cádauiá usq;:quæ q̃lógissime ultra reliquas ois insulas de
qbus extet memoria apud priscos rerú scriptores posita est í mari oceano e regione ger
maniæ ad septétrioné.Itaq; eo tibi maior cura iniecta est pater beatissime:qđ ei in pótifi
catú successisti:cui nihil potius fuit:q̃ cósulere communi oium bono:q̃ pspicere publicæ
christianorꝝ oium utilitati:& gloriæ:q̃ ea sequi atq; cóplecti:quæ romano pótificatui &
ornamto: & splédori futura essent.Nó suos ille curabat aut locupletare:aut magnos red
dere:q sciret iam sibi nullá esse sui ptáté:Intelligeretq; turpissimú duci í uiro graui & sa-
pienti menté cú ore nó cóuenire:Ná quid absurdius dici queat q̃ eú agere quicq̃ íperiosi
us:& pro animi ípotétia:qui se in o.bus suis litteris scribat seruus seruorꝝ dei. Recte igr̃
Nicolaus quitus in oibus suis actionibus assidue deú præ se ferebat.suorúq; oium obli-
tus cómodorú:referebat oía ad dignitaté:& amplitudiné Romani pótificatus.Et ne ul-
lam sapiétiæ parté neglexisse uideret̃ í uita:ítelligeretq; nó solú duo esse uiuendi genera:
alterꝝ cótéplatiuú:alterú actiuú:sed rursus actionú alias esse bellicas:alias urbanas:quic-
quid téporis ab ítelligentia rerꝝ admirabiliú:atq; diuinarꝝ supererat:id omne ita ad uirtu
tes bellicas tráfferebat & urbanas nunq̃ a se reiiceret:& hæc tñ oía ad dei : & christianæ
religióis dignitaté:& gloriá.parabat magno cóatu & uiribꝫ bellú aduersus turcos:quos
aíaduerteret quotidie magis magisq; íualescere:nec aliud aío uolutare q̃ pniciẽ & exitiú
nois christiãi.Itaq; belli neruos hoc ẽ pecúias & ab aliis cóparabat:& suis ipe ñ pcebat .
Intelligebat.n.oía oportere eẽ coía pro christo Ihesu.Classem ornabat ingété & ualidá.
Copias undiq; accersebat:nihilq; ptermittebat:quod ad belli gerédi:quod ad cósequé-
dæ uictoriæ rationé attineret.Neq; tñ hæc dum ageret: litterarꝝ & humanitatis studia a
quotidiana sua cósuetudie aliena faciebat.sed cú sciret eú se uirú:qui diuinú in terris soliú
regeret atq; gubernaret:oém í sese hois excellentiá repsentabat:ut non minus in oí uitæ
actione:q̃ í uniuersæ ítelligentiæ studio reliquis mortalibus pstaret . Itaq; uiros doctos
& eloquétis assidue apud se habebat:neq; ullú oío negligebat:í quo pclará ingenii uim
aliquam intueretur.Quanta uero in omnis huiusmodi uiros munificentia uteretur: ne-
mo omnium melius nouit:q̃ ipse tu pater beatissime.Faciebat autem & prudenter:& re
cte:cum nosset nihil esse ad excitanda ingenia alendasq; disciplinas acommodatius ho-
noratione ac beneficétia.Quo qdé cósilio atq; benignitate id effectú iá uidebamus:ut
non latini modo:sed ceteræ etiam nationes in omni orónis:í oí doctrinæ cultu expoli
rentur.Reuocauit illum ad se deus omnipotens:qui agit omnia semper pro summa in-
finitaq; prouidentia.Et ei in pontificatum succedere te unum iccirco:ut mihi persuadeo

noluit: quoniam prudentissimum innocentissimúq; cognosceret. Quid.n.tibi deesse ad prudentiam possit: qui & extremú senium uiuis: & in negociis semper maximis: uariis: difficillimis summa tua cũ laude es uersatus. Videmus te illam actionis partẽ: quam ille temporum calamitate coactus inierat: quã diligentissime persequi: Nam tui quæstores ubiq; ex populis christianis pecunias exigunt ad cõflandũ p cõtinentem in turcos & exercitum. Classis quoq; exædificata est rebus oibus ornatissima & maxima. Virtuti bellicæ qtum in te est: perpulchre consulit. Sed reliquũ est: ne urbanæ fiat iniuria: Nam si uiris eruditis: eloquentibus a nobilissimo illo sanctissimoq; pontifice Nicolao quito prudentissime cõstituta pmia sustuleris: qd de te uno relinquatur desyderandũ: nõ obscure suspicari potes. Noli obsecro: qui scientissimus sis: a quoq̃ insimulari iscitiæ. Quod eo facilius accidet: qđ accusant nõnulli nõ tuam: qui inocentissimus sis: sed tuoꝶ quorũdam nõ tam subreptionẽ: q̃ icuriam istius bibliothecæ. quæ tãto nuper labore: tãtaq; impensa ex uniuerso ppe terraꝶ orbe cõparata est. Huic igit crimini qđ nulla tua culpa cõflatum est: ut & qprimũ: & q̃accuratissime occurras oportet: Nã cõfictis etiam rumoribus prospiciendum est: neq̃ tibi tanta pbitate põtifici famæ notã: ubi neglecti fuerint: possint inurere. Aíaduertimus.n.fieri malo hominũ more: ut flagitiosorum famulorũ errata in uiros etiã integerrimosq; dominos nõ nunq̃ referant. Itaq; tibi puidendũ arbitror: dum bellũ paras in turcos: ne domi prædã ipse patiare. Frustra.n.foris iusti existimemur: si domi iusticiã nõ seruamus in his psertim rebus: quæ nostræ non sunt: sed reip. sed ecclesiæ romanæ. sed christi Ihesu. Quare cũ diligens libroꝶ ratio est habenda: ne pereant: tum qui eos & exercent: & norũt: honorifice simul & cõmode retinẽdi. Cui.n.usui sint futura tot & tã præclara in omni genere disciplinæ latina græcaq; uolumina sine his uiris: q & græce sunt: & latine eruditissimi. Neq; arma bellica sine militibus ac ducẽ utilia sunt: neq; triremis sine remigibus: & gubernatore. Sed hæc tu pater beatissime lõge prudentius: & melius dignoscis: q̃ ipse norim exprimere. Libuit tñ: quæ mihi ueniebãt in mentẽ: pro mea erga te pietate nõ præterire silentio: ut itelligeres mihi splendidissimũ tuũ nomen: curæ esse nõ mediocri. Quod siqua fortassis in re tuas auris offenderim: id iprudẽtiæ ascribe: non uolũtati. Vale pater clementissime: & me cõmẽdatũ habe. Ex Mediolano.xi.kal.martias.ãno a Christi natali die. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus petro perleoni sal.

f Aciã quod petis & libenter: & cito. Neq; erunt ullæ tãtæ meæ occupationes: quibus ab officio ipediar. Tu interea tẽporis bono sis aío. Et uale. Ex Mediolano.xi.kal.martias.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Gregorio typhernio sal.

c Ommendatio tua de Laurentio ueneto erit mihi loco alieni cõflati aeris: Nã nõ aliter ei oíbus i rebus sum adfuturus: ac si esset filius. Quod nõ solum tua causa sum facturus: id quod maximum habet apud me pondus: uerũ etiam mea: qui maximo sim abs te douo affectus: cum eũ mihi cõmendaris: qui dignus ẽ: ut & diligatur: & ametur ab oíbus. Itaq; noli de me quicq̃ dubitare: Nã nihil ẽ qđ malim: q̃ tibi morẽ gerere. Vale. ex Mediolão.xi.kal.martias.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Aenico daualo sal.

d E uolũtate Alphõsi regis erga me: & de studio diligentiaq; tua non coniecturis & argumentis firmissimis solum: sed multis etiam beneficiis iãpridem certior factus sum. Itaq; tibi: uelim: indubitato persuadeas nihil esse apud me antiquius gratitud

ne. Et nē longior sim tecum q̄ par est: propediem: ut spero: obsequar uoluntati consilioq; tuo. Vale. & maiestati regiæ me q̄diligentissime commenda. Ex Mediolāo. xi. kal. martias. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Baptistæ parthisiano sal.

q Vantū intelligo: Nicolaus frater legē illā nō ꝑbat: quæ inscribit̄ de hercīscūda familia: idq; ob nullā aliā cām: ut existimo: nisi qđ metuat uelle me: quæ mea sunt: repetere. Mone igit̄ uirū: bono aīo ut sit: Nam ipso uiuo nihil oio repetiturus sum: sed oēm usufructū: ut habeat uolo. Absurdum uero admodū foret: si post eius obitū quæ mea optimo iure sunt: minus mea aliquādo dicerent̄. Diuidant̄ igit̄ īter nos paterna atq; terna bona: & utrā partē ipse maluerit: capiat: alterā uero ita nobis assentiatur: ut ipse quoq; dum uixerit: ea fruatur nullo tñ alio iure q̄ nostro bñficio. Neq;. n. sum aīo ita humili: ita abiecto: ut istinc uelí ulla uitæ alimēta mihi afferri Mediolano. At caruisse oino patrimonio uideri noli. Diuidat̄ ergo uniuersum patrimoniū: æquis portiōibus: ut uterq; norit & qd sit suū: & qd nō suū. Deīde capiat frater donec uixerit redditus ois æque posthac: ut antehac cōsueuit: sed fraterno bñficio: ut dixi: & nō aliquo aut occupatiōis: aut diuturnæ possessiōis iure. Tenes paucis mētē meā: Quare poteris monere fratrē: ut ultro faciat: quod cogi pōt inuitus. Vale. Ex Mediolāo. xi. kal. martias. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Antonio becchariæ sal.

m Onui te antea semel & iteꝝ p litteras: ut plutarchi parallela: quæ hinc abiens tecū asportasti me inscio: mihi curares reddenda deniq;. Tu uero neq; das codicē: neq; litteras. Itaq; nō possum fidē boni uiri nō desyderare in te. Non. n. facis: ut te decet. Quid. n. aliud fuit asportare clam huiusmodi meū codicē me nō modo inuito: sed totius tuæ abitiōis inscio: q̄ uel rapere: uel furari? Quo. n. debeo alio uerbo uti: cū nihil oio respōdes? Itaq; te etiā atq; etiā hortor: ac moneo: ne mihi moueas bilē. Sed cura: ut meus codex q̄primū ad me redeat. Vale. Ex Mediolano. xi. kal. martias. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Augustino dato sal.

m Iror quid in cā sit: qđ sæpe meis litteris ꝓuocatus nihil oio in hāc diē respōderis cū non tacēdi a nobis: sed dicēdi artē didiceris. Nec. n. puto te usqueadeo occupationibus obrutū: ut nihil oio tibi det̄ ocii ad officiū. Quid abs te uelim: & quid te deceat: nō es nescius. Vale. Ex Mediolano. xi. kal. martias. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Albertho zācario sal.

p Etrū Ioānetū illū medicū: qui quo tēpore ultimū Bonōiæ docui: docebat & ipe Senæ: nō debes esse oblitus. Erat. n. & bononiēsis & tibi ut uidere uideor familiaris. Habebat ille apud se duos meos codices & cōmentatorē Seruiū in tria Virgilii carmina & ipsa carmina. Oderare siquid cauit testamento. Vale. Ex Mediolano. xi. kal. martias. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Lodouico casellæ sal.

n Isi tua mihi beniuolētia iāpridē certissimis documētis ꝓspecta esset: uterer fortassis accuratiore oratione. Sed uix est quicq̄ magis alenum ab amicitiæ diffidentia. Quare cū liquido ītelligam te esse percupidū meoꝝ cōmodorum ī re præsertim & honesta: & pia: utar & breui tecū & aperta dictione. permulta mihi īcōmoda sunt: sed unū sane oīum molestissimū: quod grādiuscula mihi est filia: & ea quidē moribus modestissimis. Vnde hanc tradam uiro mihi satis non est. Desunt. n. ad dotē aurei ducēti: Rogo te id meo noīe nuncies duci Borsio: eumq; tua illa suauiloquētia qua durissimos etiam

lapides soles demollire:non ores modo:sed exorẽs ne patiatur me diutius huiusmodi angi incõmodo. Haud.n.dubito:qua facilitate ac munificentia est nobilissimus iste princeps:nõ inuitus opem tempestiue feret huic tãtæ meæ necessitati. Tibi uero habebo gratias imortalis. Tecum longior esse nolo Nec enim oportet:cum & natura sis humanissimus:& mei amãtissimus. Vale. Ex Mediolão.xi.kal.martias.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Guilielmo iuuenali ursino equiti aurato franciæ cancellario:baroniq; tremelli sal.pl.di.

g Rauem & perdisertam epistolam tuam ea uoluptate perlegi : qua rem diu multumq; exoptatam unq̃ antea consueuerim. Superasti ꝓfecto expectatioñẽ meam: Nã tametsi uirum te magnum sapientemq; opinabar:tamen ut uero fatear sententiam animi mei:tantam in te esse ingenii uim.tantum dicendi robur.tantam copiam.tatum nitorem ac decus haud arbitrabar. Itaq; mihi plurimum gratulor:quod eũ te amicũ & bñficẽtissimũ qdẽ amicũ sum adeptus:i quo summa oia esse itelligo:Nam de me tibi q̃d aliud queã polliceri:q̃ & beniuolẽtiã:& obseruantiã singularẽ: Quod aũt mea tumultuaria scripta tãti facias:q̃ti ego certe nõ duco:id abũdãtia quadã fit ꝑcipui amoris erga me tui. At cæcũ finxit amorẽ antiquitas iccirco(ut mea fert opinio)qđ ubi fuerit uehemẽtior recte iudicare nõ sinat. Verũ facile patior hac in re falli te:modo a me maiora nõ exigas q̃ ipse ꝑstare possim. Neq; id de mutuo amoris officio itelligi abs te uolo: Nã hac una in re:uel æquabo te:uel fortassis etiã superabo. Cæteris.n.in rebus quo uisus fuero te inferior:eo magis atq; magis operã dabo:ut uel ipse tu me iudices amãdo superiorẽ. Vale. Ex Mediolano.x.kal.martias. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Thomæ frãco philosopho ac medico sal.

b Inæ litteræ tuæ & eæ quidẽ ornatissimæ eodẽ mihi tẽpore sunt redditæ. Accepiq; ĩmulto post tertias:quas ad Ioãnẽ Mariũ filiũ ex oppido heduoꝝ mõte codecerio dederas. Fuerũt mihi oẽs & gratæ:& dulces. Habeoq; tibi gratias imortalis:qđ nihil omittas:qđ mihi futuꝝ putes honorificũ. Expecto rursum litteras tuas:q̃bus me moneas:qđ abs te per ꝓximas meas litteras me monẽdũ esse significaui : Nã tãdiu pẽdebo:q̃ diu tua epistola tardarit. Vale. Ex Mediolano.x.kal.martias.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Nicodemo trãchedino sal .

q Vas de mulo fugitiuo pecunias extorsisti:nõ possum nõ ꝓbare:Nã q̃uis cõducibilius fuerat accepisse aureos uigiti a Ioãne angusciola:q̃ ab Alexãdro septẽ ac decẽtũ amissum mulũ opera & diligentia tua recuperasse opus est & amici:& Nicodemi. At uersurã quã mihi ꝓponis nequaq̃ admitto. Malo.n.non modo a te mihi:sed ab ipso etiã Alexãdro peculiolã istã deberi q̃ ab eo qui oio nõ est soluẽdo. Quod ut apertius itelligas:petri pauli tui illius litteras hisce meis iclusas dedi ad te. Itaq; te rogo:ut ꝑ litteras cõmutatiõis quas mercatores uocãt:q̃primũ mihi:uel cũ aliquo meo detrimẽto satis faciẽdũ cures. Celeritate mihi opus est.per Cosmianã mẽsam rẽ facile trãsiges cũ pigello. Quæ a me petis:mittã ad te. Vale. Ex Mdiolano.viiii.kal.martias.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Nicodemo trãchedino sal.

d Edi litteras heri ad te pigello negociatori cosmiano:q̃bus fiebas certior nihil esse sperandũ de exigenda pecunia:quã petro paulo illi tuo credidisses.pugnat.n.cũ inopia. Itaq; quo magis eget nũmis:eo uerboꝝ plus habet. At uerba emere uendenti uerba nõ expedit.proinde si me amas:quod certe facis:cura:ut ea mihi pecunia soluatur hic a pigello uel cũ meo aliquo detrimento:ut mensariorũ mos est:hoc est ut istic noie

meo plus des:& hic mihi reddatur minus.Nam malo huiusmodi subire detrimenti ge nus:q̃ icõmodari diutius.Rẽ matura.& uale.Illustrẽ meũ Mœcenatẽ Karolũ gõzagã ma gno & excelso aĩo uiꝝ saluere plurimũ opto.Ex Mediolão.viii.kal.martias.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Guilielmo iuuenali ursino equiti aurato francæ cãcellario:baroniq; tremelli sal.

n Isi liquido itelligerẽ quibus es occupatiõibus septus:subaccusarẽ te:q̃ nullas ue stris regis oratoribus litteras ad me dederis. Non enim te latet:q̃ta me uolu ptate afficiunt scripta tua:quæ & grauissima ornatissimaq; sunt:& sane talia:q̃bus tuã er ga me caritatẽ nõ secus pspiciã:q̃ eaq:quæ cernunt oculis.Discere præterea cupiebã: quid sentires de aduentu meo ad regẽ in offerendo opere lyrico:quod eius splendidissimo no mini dicaui.At ueniã pfecto ad aprilẽ:quo diligentius præsens agã:quod absens minus cõmode possum.Interea uero tps si q̃d est:q̃d hinc uelis:tuũ est iubere.Ego.n.q̃d iusse ris:peramice effectũ dabo.Vale.Ex Mediolano.Idibus martius.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Thomæ frãco philosopho ac medico sal.

t Ibi,p̃ximis diebus respondi ad binas litteras:quas huius principis oratori ad me dederas.Expectabã aũt abs te itelligere:pbaresne aduentũ pſentiaq; meã in offe rẽdo lyrico nostro opere regi Karolo:id quod & tu:& iteꝝ ãtea ad te scripsi.Itaq; sum miratus:quid in cã fuerit:quo minus quicq̃ hac de re mihi significaris:pſertim cũ ea tibi oblata esset oportunitas ad aduentum regiæ istius legaõis:qua nihil poterat cõtigere oportunius.Num fortassis uel tacẽdo mones:ut ueniã:Ita enim interptor: obtẽperabo sane cõsiliis tuis.Meq; pro diuina benignitate ad mensem usq; accingã itineri . Vale. Ex Mediolano Idibus martiis.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Lodouico casellæ sal .

i Ntelligo in dies magis id quod certe dubitaui nunq̃:me tibi esse carissimũ. Itaq; tibi uelĩ oĩo pſuadeas eũ esse philelfum tuũ:quo de tibi possis oĩa polliceri:quæ uel grati aĩ sunt:uel igenui.Vale.Ex Mediolão.v.Idus martias.M.cccc.lvi .

Franciscus philelfus petro thomasio philosopho medicoq; sal.

r Em mihi facturus es ad modũ gratã:inprimisq; piucũdã:si litteras hiſce tuis adne xas reddi curaueris Karolo gõzagæ & q̃celerrime:& q̃diligẽtissime.Quod ut fa cias te maiorẽ ĩ modũ rogo.præterea siqd noui habes de turcis:rebusq; orientalibus:fac ut sciã.Vale .Ex Mediolão pridie Idus martias.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Nicodemo trãchedino sal.

p Vto fieri fato nescio quo:ut neq; mulus ad me redire:neq; pecũia ire ullo pacto possit.pigellus a suoipsius nomine non recedit:qui nec litteris tuis:nec ulla mea oratione ad conficiundã rei celeritatẽ potuerit excitari.Quin ait tandẽ se tunc daturum operã:ut tibi mihique morem gerat:cum sibi Ioannes clappanus tuas pecunias numera rit. Ioannes autem ipse dicit id se facturum cum poterit:Nam sibi pecunias nullas esse . At petrus paulus tuus eadem oratione utitur:qua antea consueuit.Itaq; hinc uerborum multum:illinc uero ne uerba quidẽ sumus consecuti:adeo pigra omnia:& languida exti terũt.Ego ante kal.maias oĩo trãscẽdã alpes ad regem francorum.Tu uale.Et me ama. Ex Mediolano nonis aprilibus.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Francisco aleardo sal .

g Albæ Othonisque Cæsarum uitas:quas e græcis latinas reddideram promisisti

hinc abiens fore:ut ante mensem reddendas mihi curares. At iã præteriit totus annus:cũ
neq; illæ nec litteræ tuæ ullæ usq̃ apparent. Bonũ autem uirũ te eũdemq; uobis amicum
esse arbitror. Itaq; non possum eqnidẽ uou mirari:quid in cã fuerit:ut tandiu & mihi: &
amicis pluribus:qui istiusmodi uitas uidere desyderant:& incõmodaris : & incõmodes:
Nisi fortassis alii quidã sint apud uos ueronẽsis:q̃ apud reliquã italiã menses:Nam sicut
mensis apud ægyptios anni loco ducebaẽ:ita apud uos ãnus pro mense habeaẽ:redisse
iam tandẽ ad me debuerant libelli mei. Vale.ex Mediolano nonis aprilibus. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Facino forobronunciano sal.

a Cœpi a nostro Bonoaccursio pisano q̃ apte:& eleganter ea abs te oĩa gesta sunt:
quæ ad ducalẽ Ticini bibliothecã attinebant. Fecisti sane ut soles oĩa: prudenter.
Itaq; uou mediocrẽ tibi laudẽ comparasti cũ apud doctos omnis:tũ apud principẽ uo/
strum. Reliquum est:id efficias:ut exitus principio respondeat:ad quem ipsum oportet
semper humanis in actionibus principiũ intendere. Id uero interea tẽporis dũ curas: uo
lim obliuiscaris :q̃ mihi rem gratã facturus sis:si huic isti familiari nostro Bonoaccursio
cunctis in rebus ut cœpisti gratificabere. Vale. Ex Mediolano. vii. idus apriles. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus petro Thomasio philosopho ac medico sal.

n On prius mihi quicq̃ de tua amissa ualitudine est renunciatũ:q̃ de recuperata ex
tuis litteris intellexi. Nullis certe occupationibus meis esset intermissa dulcissima
nostra consuetudo scribendi:siquid mihi antea fuisset de tua ægrotatione auditũ : Qua
esse te liberatũ:ita lætor.ita gaudeo:ut alia de re nulla magis possim. Reliquum est: ut o
mnẽ curã diligẽtiãq; adhibeas quo te possimus q̃ diutissime frui: Quod ut facias:te per
amicitiam nostrã rogo etiã atq; etiam . Ego carminũ opus hoc tempore sum æditurus:
id qnod regis francoꝝ Karoli dicaui nomini. Tu uelim litteras meas tuis hisce inclusas q̃
celerrime:& q̃accuratissime reddi cures mœcenati meo Karo Gonzagæ. Vale. ex Medio
lano idibus aprilibus. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Sigismundo pandulfo. malatestæ sal.

q Vanq̃ ex iis litteris quas nudiusquintus Berthollæ nũtio ad te dedi:satis liquido
potuisti intelligere:quæ sit mea de te opinio:hanc tñ hoc tempore mirifice con/
firmauit suauis disertusq; poeta porcellius romanus:Qui ut primũ Mediolanum se rece
pitcũ apud florentissimũ principẽ hunc uostrum:tũ apud aulicos purpuratosq; uniuer/
sos eam de tuis diuinis uirtutibus orationẽ habuit:qua in te audientes oĩs incredibili be
niuolentia concitauit. Ostendit præterea pulcherrima quædã poemata:quæ uersu i duo
decim a se lucubrata epistolas tantã præ se laudem atq; gloriam de te ferũt:ut unicus no
stræ tempestatis sis princeps iudicãdus:quem oẽs docti uiri atq; eloquentes omni obser
uantia uenerationeq; prosequanẽ. Itaq; tum uiuæ unius huius hominis uocis locupletis
simo testimonio:tũ duodecim iis suauissimis luculentissimisq; epistolis tantus cumulus
ad pristinũ meum erga te amorẽ accessit:ut te uno cogitanti mihi aliud hoc tempore ni
hil sit neq; optatius:nec dulcius. perge igittur:ut facis princeps præstantissime. & iclytum
nomẽ tuum imortalitati cõmenda:Id quod alia re nulla facilius assequeris:q̃ si te in dies
magis atq; magis probatissimis oratoribus & poetis amandum celebrandumq; præstite
ris. Vale.ex Mediolano. vii. Idus maias. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Thomæ franco philosopho Medicoq; sal.

f Acerem nou tibi modo:ut mea fert opinio:sed etiam christianissimo regi Karo
lo iniuriam:nisi tibi eos quotidie commendarem : quos dignos censeam studio

beniuolétiaq; tua. Quid enim est: quo quisq̄ magis proxime accedat ad deum: q̄ cómiseratione ae beneficentia? Alienæ certe calamitates & ærumnæ satis debent nos admonere q̄ sint res humanæ fragiles: & caducæ: & nó minus metuendæ: q̄ expendendæ omnibus. Quare quod nobis queat aliquando accidere: nisi in iis cómiserescamus: qbus idigne acciderit: in nos metipsos simus iniurii. Itaq; uoli mireris: si tibi quotidie cómendo cóstantinopolitanos ciues: qui nobilissima patria atq; fortunis & bonis oibus orbati miserabiliter seruiunt apud ipios turcos. Tuum aút est his q̄tum facultas tua dignitasq; patitur: benefacere. Nihil eni te cogo: sed aut hortor: aut moneo. Nunc aút maxime oium sim accusandus: ubi tibi minus cómendaro diligenter clarissimú philosophú: & eundé uirum eloquentissimú: atq; oi disciplinarum genere præstantiæq; pollenté Ioanné argyropulú: qui tibi meas hasce reddidit litteras. Est enim ét ipse nou mediocris pars luctuosissimi illius naufragii: quomodo imperiú illud oriétale obrutú penitus absumptúq; est. Quare cum adhuc in plerisq; suis lachrymabilé seruituté agat apud barbaram illá imanemq; nationé: tuæ uel humanitatis: uel officii esse arbitror: ut quibuscunq; in rebus poteris te in húc talem ac tantú uirum & piú præstes & perbenignum: Nam hoc uno nemo est in uniuerso græcoꝝ genere neq; doctior: nec sapientior. Quáobrem quicquid in hunc officii beneficiiq; contuleris: in meipsum collatú existimabo. Et hac de re satis. proximis diebus Ioannes marius filius dedit ex Taurino ad me litteras phumanas a præstantissimo francoæ cácellario Guilielmo iuuenale ursino: abs te aút uullas. Quo factum est: ut nó me cœperit mediocris admiratio: qđ nihil ad ea responderis: quæ antea litteris pluribus ad te scripseram de aduentu meo. At ne cám quidé intelligo: quid ad uos ierit filius Ioannes marius: Ná neq; est a me missus: neq; is causam ullam hac de re ad me scripsit. Tamen utcúq; res habet: breui te uisam: Id quod factum iam esset: si mihi per meum hunc principem licuisset. Vale. Ex Mediolano. xv. kal. iunias. M. cccc. lvi.

Franciscus philelfus Fazino forobronunciano sal.

q Vod posteaq̄ asparagos ad me dederas: nihil ad te scripserim aliud qd putas fuisse in causa q̄ expectasse me: ut quod lautissime cœperas: secundares? Id qm iam plane aíaduerto nequaq̄ abs te factú iri: cogitaui excitandú te esse: ut si uel hac uia munificentior reddi posses. Sed interea loci maioré in modú a te peto: ut spartiani ac reliquorum scriptorum: quos istic esse audio: uitas imperatorias mihi omnino exeribi cures. Vale. ex Mediolano. x. kal. iunias. M. cccc. lvi.

Franciscus philelfus Donato actiolo sal.

i Oanné argyropulum quem mihi diligentissime cómendaras: & uidi libentissime & uirú doctrina: & eloquentia singulari: & rebus oibus qbus potui: tú publice: tú priuatim pro dignitate sum q̄accuratissime prosecutus. Is a principe uostro phumaniter perbenigneq; tractatus: transiuit ad transalpinos: rediturus ad uos ad constitutú tempus. Te uero & reliquá florentinam iuuentuté nou possum uon laudare quod talem tantúq; & oratorem: & philosophum græca uobis instituédis disciplina præfeceritis: Nam sentio neminem inter græcos hoc uno uiro omni disciplina præstantiorem: Quod eo pluris faciendum existimo: quod latinam etiam eloquentiam perpulchre callet. Incumbite igitur: ut cœpistis: ut quaudoquidem huiusmodi doctorem adepti estis: quod ingenium natura habetis acerrimum: id studio quoque diligentiaque uestra in dies magis magisque augescat: atque exornetur. Vale. Et Bartholomæum scalam uelim moneas uerbis meis: mihi iam opus esse uitreis oculis: quare si neque parcior ac dicior factus est:

curet hos ad me dare. Ex Mediolano pridie kal. iunias. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus petto thomasio philosopho ac medico sal.

a Micus ille tuus nec orationē mihi tuā ostendit: nec epistolam: iccirco ut arbitror: quod oīa uertent in suum usum. Ita est enim mos hoīs: quippe q disertus haberi cupiens alienis se uestibus non inuitus ornat. graculū scilicet imitatus: quē aquilæ pennis quādoq; indutū fabulantur. Quare dū tua legi uis: tibi posthac prudentius consule: Nō enī recte cybus esurienti cōmittitur. Quid apud uos noui feraṫ de turco mahometo: de sydero audire: ociaturne an negociatur: & ubi sit gētiū: Nā certi nihil ad nos affertur: q̄q̄ sunt: qui eū in triballos cū maximo robustissimoq; exercitu ad qngenta hoīum milia ꝓcessisse affirment aduersus spendorobū: quod est munitissimū oppidū ad danubium positū e regione hungariæ. Nos dormimus. At turci uigilant. Vale. Ex Mdiolano nonis iunius. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Guilielmo iuuenali ursino franciæ cancellario sal.

c Vm Thomas Thebaldus splendidissimus eques auratus iret ad christianissimum regē Karolū: nō potui nihil litteraꝝ ei ad te dare: quibus certior fieres nihil te gratius hoc tempore facere mihi posse: q̄ si dares operā: ut huic isti uiro oībus in rebus quibus poteris: q̄maxime gratificeris: Nam hoc uno mihi nemo familiarior: nec alius quisq̄ est: cui magis oīa ex sententia sua euentura optē. Amat enī me unice: & ita a me amatur: ut nostra amicitia in eorum numero locanda iure uideaṫ: quos antiquitas oīs ob raritatē admirata est. Accedit ad rem: quod eius cā tū ad modū est honesta. tū regi Karolo: cuius gloriæ maxime studeo: ita honorifica: ut uix honorificentius quisq̄ esse possit. Quid enim est per imortalē deum: qđ magis deceat reges: qui perinde habentur in terris: ac deus: ut ita dicā: in cælis: q̄ beneficentia: & iusticia: At pro iusticia quod sit Karoli regis munus in hac cā: eius litteræ promissaq; declarant: Nam beneficentia q rex uacat: is certe rex appellandus non est. Haud enī dixerim nos fieri ingratitudinis reos: ubi iis minus benefacimus: qui nobis benefecerint. Atqui oīs prope italia testis est: qualem se præstiterit Thomas in pientissimum regē Karolū: & quæ inde incōmoda quantaq; subierit. Recenserem hæc ego fusius ac prolyxius: nisi ad te scriberē: qui harū rerū oīum locupletissimus testis es. Itaq; si officio uti uis: sicuti certe uis: si faues gloriæ christianissimi regis tui: id quod est mihi oī certitudīe certius: āplectere obsecro honestissimā Thomæ thebaldi cām: ut quæ est apud oēs de summis Karoli regis diuinisq; uirtutibus expectatio cōcitata: hæc in præsentia nixius confirmeṫ: atq; augescat. De aduentu aūt meo nihil adhuc habeo certi. Is. n. mihi in hanc diē negatus est: Nā ne pedem quidem mouere mei huius iniussu principis mihi licet. Spero tamen prope diē fore: ut exorari se patiaṫ. Interea uero tp̄is tu me sublimitati regiæ q̄diligentissime cōmendato. Vale. Ex Mediolano. vi. Idus iunias. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Thomæ franco
philosopho medicoq; regio sal.

m Iraris tu fortasse: quid in cā sit: ut tādiu differam aduentū meū quem tam sæpe ꝓpediem futurū pollicitus sum. Quod si consyderaris me esse sub principe constitutū iniussu cuius proficisci non liceat: non mō non mireris: sed laudes potius meā fidē: quod nullis meis uel maximis emolumentis uelim ab eo inuito decedere: ne ad minimum quidem temporis punctum: cui pluribus meritis sim obstrictus. Spero tamen húc mihi breui exorandum: ac te continuo uisendum. Interim uero rem mihi facies pergratam: si causam thomæ thebaldi ornatissimi equitis aurati: uiriq; humanissimi: & optimi

eã beniuolentia apud christianissimũ regem Karolũ diligentiaq; suscipies:ac si esset mea. Quod eo studiosius es facturus:quod uniuersa fere nouit italia:qualẽ se Thomas in regia causa præstiterit:q̃tũq; ei debeatur. Accedit ad rem:q̃d tantæ sunt unius Thomæ thebaldi atq; tã multæ præclaræq; uirtutes:ut si nullũ etiam aliud huius esset meritũ in regẽ: hæ saltem faciant meruisse:quo aĩum ĩ se regium perbenignum experiatur. Quare si tibi regis gloria cara est:sicuti certe esse debet:adhibe oẽm operam atq; industriã:ne istuc frustra Thomas ꝓfectus uideat᷑. Hac una re mihi præterea optatius facere nihil potes. De meis aũt rebus ex eodẽ thoma cognosces. Vale.ex Mediolão.vi.Idus iunias. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Antonio bononio panhormitæ sal.

q Vi tibi reddidit meas litteras:frater hernericus panhormitanus idẽq; theologus: petiit a me neapolin petiturus:ut pro nostra amicitia aliq̃d ad te scriberẽ. Quod ego feci eo libentius:quo non tibi modo hõi amicissimo:sed ei quoq; rẽ me facturũ intelligebam admodũ gratã. Quid aũt aliud scriberem:non habebã præter id unũ:meam erga te beniuolentiã in dies magis magisq; augescere. De rebus aũt meis siquid uis audire:ego totus sum cum musis.æditis quattuor Sphortiados libris: quod reliquũ est eius operis:prosequor. Libri futuri sunt sedecim. Versibus ad duodecimillia octingẽtos. Scribo etiã odas:quæ uostri uominant carmina. Eruntq; decẽmillia uersuum in oĩ metrorum genere. æduntur ab me in præsentia libri quinq; eius opis:quos ipse ad Karolũ regẽ francorum mecũ sum aduecturus intra q̃ndecim dies. Hi cõplectũtur decemmillia uersuum. Tu quid agas:nosse percupio. Noli obsecro pati:ut nobilissimũ tuũ ingenium præstãsq; doctria uoluptate diffluit: Incolis enĩ ꝑenũ hospitium:& amœnum:& delicatum. Quare tibi ulyssea calliditate opus est. Vale. Et me regi Alphonso cõmenda. Ex Mediolano. xvi.kal.iulias.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Sigismundo pandulpho malatestæ sal.

m Agnidecentiã erga me tuã (sic enĩ malo nouo nomine philosophos imitatus: q̃ liberalitatẽ appellare) cũ te ipsa magnifacio.tũ gaudeo plurimũ tua cã: qui omnibus in rebus te magnũ ita præstes:ut ad tuũ decus uideatur nihil posse accedere: Nam q̃tum mea interest:magna munera nou plus momenti apud me habent:q̃ parua:non solũ quod ipse paucis sim contentus:sed etiã quia nihil in fortuna magnũ esse putẽ: nisi quatenus sit cũ uirtute cõiunctũ. Quo fit:ut eo te admirabiliorẽ ducã:quo secundissima semper fortuna usus uusquã sine pulcherrimo eodẽq; munitissimo uirtutis comitatu esse uolueris: Cuius ope atq; auxilio non mõ obsequentẽ fortunã tibi reddidisti: Verũetiam ministrã ac plane seruã. Gratulor igi᷑ tuæ tantæ isti tãq; conspicuæ altitudini magnitudiniq; aĩ. Mihi uero plurimũ lætor:cu uideo contigisse:ut præsidio tuo beniuolẽtiaq; adiutus eam sim semper in oẽm casum habiturus spem & emolumẽti & dignitatis:quæ certa sit prorsusq; secura. Gratiã uero siquã tuæ parem munificentiæ referre minus potero: habebo eã profecto & cumulatã:& alacrẽ. Itaq; uel aĩ gratitudine tuæ tam præclaræ benignitati nunq̃ ipse concedã. Sed hæc melius fieri q̃ dici uolo. Quare de his satis. Ego intra paucissimos dies alpes transcendam uisurus Karolũ regem francorum:apud quem faciam de te uerba honorificentissime. Vale: Tibiq; petrum perleonẽ non minus prudentẽ uirum q̃ doctũ ac disertum cõmendo etiam atq; etiam.ex Mediolano.xvi.kal.iulias.M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus petro perleoni sal.

t Enunciauit mihi nuncius: quem ad te miseram: te icirco ad me Arrhianum nõ dedisse:quod eũ curares excribi:quo ubi primũ esset absolutus:iret Mediolanũ.

Non displicuit consiliũ tuum. Sic eni & mihi simul & tibi consuluisti. Reliquũ est: ne res
trahat in annum. Maturato est opus. De carmine quod scripsisti: curabitur a me diligen-
ter & pro amicitia nostra: idq; i proximis quinque carminũ libris περὶ Δέσοφιστου
cũ e gallia transalpina reuertero: quo ꝓximis hisce diebus sum profecturus: satisfaciá uo
luntati tuæ. Cnm librario tibi opus nõ erit: eũ hortator: cat ad me. Cui quod noie meo
receperis: præstabo. Est eni hic demetrius quidá Xanthopulus rufus homo leuis: & men
dax: ac plane flagitiosus: Cuius ego opa ideo uti nolo: ne operam oẽm cum opere amit
tam. Si talis iste non est: mitte ad me: Nam improbum improbo commutare non libet.
Vale. ex Mediolano. xvi. kal. iulias. M. cccc. lvi.

Franciscus philelfus Alphonso regi sal. pl. dicit.

c Vm Matthæus malferitus tuus ad hũc principem legatus ad te rediret: officii mei
esse existimaui: ut litterarum ei aliquid ad te darẽ. Et ꝗuis permulta essent: quæ scri
benda occurrebant: nullũ tñ uisum est cõmodius argumentũ: ꝗ ut per me fieres certior i-
ter cæteras tuas laudes: quæ oẽs sane & admirabiles sunt: & maximæ: nullá mihi neq; ma
iorem uideri: neq; certe quá magis uiri oẽs boni sapientesq; admirẽtur: ꝗ quod & doctri
næ semp studeas: & uiris doctissime eruditis te magis quotidie atq; magis munias: & ce
lebrari cupias: Ná si sapientiá rerũ diuinarum atq; humanaꝶ scientiá: & earũ diligentem
inquisitioné esse definiũt: quid est p imortalem deũ: quod ad sapientiá propius accedat:
ꝗ inquisitio diligens: & assidua: Ná scire quidẽ si malimus rem ipsam recte interpretari: ꝗ
nos ipsos blandiendo decipere: solius dei est: uon hominis. Itaq; uon iprudenter dicere
solitũ tradunt Socraten se id unũ scire: qđ nihil sciret. Sola igit̃ ueritatis inqsitio dicenda
est humani igenii. Inquirimus sane dũ uiuimus quid in quaq; re ueꝶ. simplex. perspicuũq;
sit: quod certe tũ demũ indubitato intelligemns: cũ hac nube corporali ac tenebris solu
ti iu cælestẽ patriá cõmigrabimus. At hanc uero iquisitionẽ cum libri permulti docte: &
eleganter scripti ualere plurimũ solent: tum uiri ipsi doctissimi ingenio eloquentiaq; præ
stantes: Ná incultus & ineptus homo: qd usꝗ afferre queat: quod iuuet: Vt enim optimi
etiá cybi reiici consuerunt: qui sordidius parati sint: sic itẽ de rebus doctis orationẽ: quæ
cultu suo ac nitore uacat: reiiciendá cõtemnendáq; existimo. Quare cũ ad cæteros quos
habes: doctissimos disertissimosq; uiros: accessisse audio Theodoꝶ gazen: non possum
nõ lætari: tibiq; plurimũ gratulari. Habes eni uiꝶ: quo nemo est in uniuerso græcorũ ge-
nere neq; doctior: nec eloquentior: nec modestior. Et est is profecto: ut mea fert opinio
talis tantusq; uir: ut nihil ex eo sis in oĩ politiore disciplina frustra desyderaturus. Humani
tate uero cæterisq; uirtutibus q tũ ualeat: iá liquido potuisti ex eius consuetudine cogno
scere. Tuæ aũt benignitatis fuerit ita istũ tractare atq; diligere: ut eos soles: quos maximi
ducis: Ná quicquid in eũ beneficii cõtuleris: & bene: & houorifice abs te locatum breui
intelliges. Vale Rex optime. Ex Mediolano. viiii. kal. octobres. M. cccc. lvi.

Franciscus philelfus porcellio sal.

u Erborum exercitato peritissimoque artifici uerbis opus non est: præsertim ei: qui
non latinam solum: sed etiam græcam sapit calliditatem. Itaq; rogo te: ut libẽtis-
sime tibi commodata fide bona restituas. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. iii. kalẽdas
decembres. M. cccc. lvi.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

d E mantuano episcopo quæ scripsisti: legi perlibẽter: etsi nihil certi significasti. Au
dio istum Antistiten & doctũ esse: & bouũ uirũ: Equidẽ neq; bonitatẽ cuiusquá

facio multi:ubi is careat doctrina:neq; doctrinā in pretio esse habendā reor:quæ bonitate sit nuda. Tu satis potes aīaduertere quæ mea sit mens:quæ uoluntas. Itaq; etiam atq; etiā caue:ne quid agas temere. Odorare omnia diligēter:nec sinas te falli. Satis es admonitus. Vale. ex Mediolano. kal. decembribus. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Lodouico cunii comiti sal.

x Euophon filius cupit peregrinari:id qđ ei faustum fortunatūq; sit: uehementer opto. Rem mihi feceris gratissimā:si quo tēpore Mantuæ fueris:inquires oīa diligenter:ut intelligas:quo iter incedit. Eūq; accersas ad te persæpe:ac moneas:quæ ei cōducentura existimaueris: Nā nescio:quo natus astro quedā appetit supra uires. Cōpescendus est eius impetus:ne sese præcipitem dedat. probo est ingenio:& cōpositis moribus. Sed quiddam habet nescio quid:longe se altius. Tenes quid uelim. Vale. Ex Mediolano. kal. decembribus. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

f Vperioribus diebus Bartholomæo. platynensi Mantuā repetenti litteras ad te dedi:quibus ad ea oīa respondi:quæ ternis antea litteris mihi scripseras. Nunc aliud nihil erat:qđ scribendū esse oporteret:nisi ut patauinū librariū ire ad me cures:quem tractabo non humaniter solū:uerūetiam liberaliter:siquidē talē experiar:qualem prædicas. Tuā istic moram non possem non probare siqd certi audirē tibi constitutum: Nā spem pretio emere stultum est. Tu tamen facito:nequis te leuitatis accusare iure queat. Vale. ex Mediolano. iii. nonas decembres. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Blasio ghiglino abbati diui Ambrosii sal.

a Buteris Blasi ghigline facilitate modestiaq; mea. Et facis tu quidē minime liberaliter:q & orationes meas:& libellum quē de uita & moribus illius sanctissimi patris ac sapientissimi uiri pientissimiq; pontificis Nicolai qnti nuper scripserā:repetenti mihi tam sæpe reddere:uel neglexeris:uel nolueris. Itaq; dico tibi:nisi āte christianam resurrectionem hæc oīa mihi restitueris:oīo fore:ut facilitatis posthac meæ & usitatæ nimis in te modestiæ ita oblitū sentias:ut neq; me unq̄ uelis:nec aliū quenq̄ fallere: Nā dabo operam:ut de laudatissima tua ista consuetudine moribusq; grauissimis nulla unq̄ ætas: nulli populi conticescant. Vale. ex Mediolano. viii. kal. martias. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Otthoni carreto iurisconsulto sal.

q Vi diui Ambrosii monasterio mediolāi abbas præest:quædā opuscula mea iampridē accepit cōmodato. Hæc dū repeto dat homo simplex:ac minime uersutus uerba semper. Itaq; instituit bello rem decernere:posteaq̄ iure non licet. Sed anteq̄ in aciē descendo dimicaturus:duxi hoīem ad monēdum. Quare te rogo:ut meas litteras: quas hisce occlusas ei reddendas cures:meq; facias q̄primū certiorem:malitne oīo insanire. an aliquādo resipiscere: Nam nisi Blasius ghiglinus satisfecerit propediem suo muneri: ego utar meo. Vale. ex Mediolano. viiii. kal. martias. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

a Cœpi tuas litteras ex Venetiis:quas tuus ille familiaris ueronensis mihi reddidit. Laudo tuam istuc profectionē:modo salutis habeas rōnem. Audio enim istic laborari pestilentia. Itaq; ratio tibi habenda est ualitudinis. Et uetus mihi ē & summa amicitia cū uiro clarissimo Bernardo iustiniano Leonardi filio:cui te debes familiarē reddere. Is eni tibi non parum prodesse poterit:id qđ uel suo ingenio:uel mea cā non inuitus faciet. Marchesiū nostrū beneualere cupio. Angela soror tua ad christianā resurrectionem

tradetur uiro cui disponsata iam est. Saluere plurimũ cupio atq; opto phœbũ cancellariũ: qui facito: ne te ignoret. Est.n. & honestus uir: & mihi amicus in primis. Itaq; tibi auxilio erit maxime. Vale. Ex Mediolano. v. kal. apriles. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus paulo cusano sal.

d Elector igenio modestiaq; tua: qua i scribẽdo uteris. Facile.n. futurũ spero: ut expectatiói patris tui uiri grauissimi respondeas: quippe q in uirũ fis pbũ pdoctũq; euasurus. Quod aũt me tãtopere laudaris binis iam litteris tuis: id nõ tã uero q̃ abũdantia quadã amoris erga te mei factũ itelligo. Itaq; habeo tibi nõ mediocrẽ gratiã. Orationes meæ quas petis plures apud me nõ sunt. Hospitanť.n. apud amicos: aliæ apud alios. Cũ primũ domũ reuerterint dabo operam ad te ueniant. Quæ ãt domi erant: misi tibi. Siqd est i me aliud: quo tuæ uolũtati gratificaturus sim: id tibi pro uolũtate adesse arbitrare. Vale. Ex Mediolano. viii: kal. apriles. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Gabrieli ex ordie minorũ theologo sal.

f Ratris Roberthi cõterranei sociiq; tui oratio quã de fide & doctrina christiana perdocte habet & elegãter ad populũ delectat me sane plurimum: Est.n. grauissimis sententiis uerbisq; ornatissimis referta: & plane talis: quæ ab eruditissimo eloquentissimoq; theologo pfecta iudiceť. Nec est pfecto quod i ea quicq̃ desyderandũ esse uideatur pter id unũ quod ad actionẽ pnunoationẽq; attinet: Est.n. & uox. & uultus: & totius corporis gestus ad rem ipsam: qua de ratio habeť: ac ommodandus. Id aũt Roberthus nõ oĩo semper attendit: ut in pxima: quã uulgo uos appellatis: prædicatiõe: est.n. homelia & collocutio quædam rerum præceptorumq; diuinorum ad populum: ut in proxima: uos appellatis: prædicatione: est.n. homelia & collocutio quædã rerũ præceptorũq; diui inquam prædicatione: quæ nudiustertius ab eo est habita: Nam cum uerba uenturi iudicis Christi orando repræsentabat: quibus electi in meritorum munificẽtissimũ pmiũ cælesti ac sempiterna gloria donabunť: id uoce flæbili: quã lætitiæ plenã esse oportebat: & uultu tristi: i quo requirebatur hilaritas: & gestu minie amœno aut festiuo: doctissimus theologus faciebat: Cũ natura ipsa nos moneat nõ ars solũ: qd in huiusmodi rebus tenẽdũ: quid obseruandũ sit. Eodẽ etiam pacto cũ uellet i mediũ referre & per de quasi res agereť: dicẽdo exprimere summi iudicis latã sniam i iprobos: & dãnatos: id uoce admodũ flebili ac uultu cõmiserabili faciebat: cũ par esset tum uultũ ostẽdi uel seuerũ uel minacẽ: tum uocẽ ad terrendũ accõmodatã. præterea cũ tẽpestiue sæpe ac recte flætu & cõmiseratione utiť: est ipsa in re multus ac diutius q̃ cõueniat: adeo ut audiẽtiũ aures simul cũ animis quãdoq; offendanť: Nã totum id breue esse oportet: Vt.n. prudentissime inqt Cicero: Nihil citius lachryma arescit. Reliqua uero oĩa in isto theologo ita pbo: ut nihil ad laudis cumulum putem posse accedere. Vale. Mediolãi ex ædibus nostris iiii kal. apriles. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Nicolao arciboldo iuriscõsulto sal.

n On potui nõ subridere: cũ legi tuas litteras: qbus facile sum admonitus: quod iãpridẽ re pspicua itellexerã: nihil humana in uita perfectũ esse. Ego nihil meũ esse unq̃ statui: qď amicis meis ac præsertim tibi cõmune esse nollẽ. Video aliã tibi esse consuetudinẽ: ut inqt Cicero cuiq; sua uxor: & mihi mea. Nunq̃ me tñ pœnitebat mei instituti. Tuis mihi libris opus nõ est: Nã satis mihi librorũ est i meipso q̃tũ alteri huiusce tempestatis cuiq̃. Itaq; tibi habeas libros tuos: quorum tãtopere idiges. At ego meos qbus maxie oium abundo: tibi semp uolo cõmunis esse. Tu iterum q̃rectissime feceris: si Ioãnẽ

Iacobum parmensem castigaueris, taléq; reddideris: ui grauitate sapientiaq; tua nõ omnino indignus existimet. Est.n iudicio meo nõ modo stultus, pcacitate sua: sed etiá fatuus: id quod eminẽtia stuporq; oculoꝝ perfacile declarat. Ioánem ambrosium in Ioannem Iacobum mutare non parum interest in petulantem sobrium. Vale. Mediolani ex ædibus nostris. vi. kal. maias. M.cccc.lvii.

Fráciscus philelfus Ioanni medici sal.

q Vos recóciliata inter nos gratia carminũ libros ultro dare ad te ĩstituerá: dedi ẽt eos libentius acceptis litteris tuis: quibus significabas tibi mea scripta esse nõ iniucũda. Nec uolo existimes hucusq; nostra munuscula calcẽ sistere: Ná ppediẽ alia subnectam. Interim ita me dilige: ut ĩtelligá meam recóciliatá beniuolentiá tibi esse nõ ingratá. Vale. Ex Mediolano. iiii. kal. maias. Mcccc.lvii.

Franciscus philelfus Antonio becchariæ sal.

b Aldus martyrellus & tibi iápridẽ & mihi ut est phumanus: & liberalis ad modũ familiaris: dicit accepisse a te litteras: quibus scripseris ad se meũ tibi plutarchi codicẽ τὰ τῶν ἑλλήνων τε καὶ ῥωμαίων παράλληλα cõtinẽtẽ uæniisse. Quod ego audiens nõ tam stomachatus sum: q̃ miratus: Ná quẽ ego uirũ bonũ & grauẽ semp existimaui: iduci uix possum ut credam ea te scribere: quæ refelli plane uerissimeq; possunt. Quod si ea ioco scripsisti: iocare sane: ut libet: modo iocus tuus amicitiæ nostræ detrimentũ non afferat: Nam neq; amicũ fallere: neq; falli ab eo uelim. Itaq; facito me si libet hac de re q̃primũ certiorẽ. Tibiq; persuade me nullo pacto induci posse: ut sim isto codice cariturus. Vale. Ex Mediolano nonis maiis. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus petro medici sal.

d Vos Hippocratis libros alteꝝ de flatibus alteꝝ de passionibus corporis. quos iápridẽ e græco uertimus i latinũ: iccirco dedi ad te: ut uel curares: uel tuereris ualitudinẽ tuam: Ná pro recõciliata iter nos gratia te nõ mediocriter diligo: id qd' sane facit: ut tibi cupiá esse q̃optime. Lege igit' hosce libros. & eoꝝ pceptis utere. Quod si feceris: sicuti pro tua prudẽtia factuꝝ te certe scio: nõ dubito fore: ut i dies melius cõualescas. Fuit.n. Hippocrates uir pfecto nõ mõ doctus & eruditus egregie: sed qd' eruditiõis est ppriũ: prudẽtissimus & idẽ siquid ad rem ualet: eloquentissimus. Vale. Ex Mediolano. xiii. kal. iunias. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Nicolao canali patricio ueneto sal.

q Vid abs te ueli & cuius gratia: ex iis intelliges: quæ post has litteras uel potius in his litteris scripta ĩtelliges. Feceris aũt mihi rem admodũ gratá te aũt nõ ĩdigná: si me q̃primũ feceris de iis oĩbus certiorẽ: quæ ad te scripsi. Quod ut facias: te etiá atq; etiá rogo. Vale. Ex Mediolano. xiii. kal. iunias. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Iacobo moranicæ theologo atq; generali religiosissimi ordinis minoꝝ sal.

e Tsi nõ uereor aliquos fore: q uel græcæ litteraturæ ĩperiti: uel ĩueterato iá irrobratoq; errori obstinatius inhærẽtes: aut ignorátiæ me accusent: aut ĩpudẽtiæ: qd' audeá ad id unũ nõ peride accedere: ut edocear: sed ut doceá potius & emendẽ: qd' uniuersa tádiu usurparit: ac tenet romana ecclesia: nõ patiar tñ uir christianus nõ id i mediũ referre: qd' haud temere mihi sentire uidear. Atq fieri sane põt: ut fallar: & qd' ppriũ ẽ erroris: ut falsum p uero approbẽ: quare alterutrũ mihi iucũditati futuꝝ fit: uel doceri: qd' nesciá: uel id pstitisse unũ iudicari: ne cæteri diutius errarint. Qua i re idẽ mihi cõtingat:

necesse est quod aut medico si sanarit:aut ægroto solet:si bonã ualitudinẽ recuperarit. Vterq; lætat̃ quidẽ:sed qui modo ægrotarat:multo magis. Et ne sim in perspicua re plyxior:paracletũ spiritũ quẽ Christus humani generis redẽptor se missurũ pollicet̃ apostolis:uideo ab hoibus paraclitũ appellari:hoc est:per.i.breui penultĩa:qđ per.e.penultia ꝓducta pnunciari oportet. Græci nõ.n. παράκλυτον paraclyton :sed παράκλητον paracleton scribũt p.η.idest.e.ꝓductam:& nõ per iota:quæ qdẽ littera significat. Quod si paraclytus apud græcos iueniret̃:qđ certe minĩe iuenit̃ uõ per.i.iota:sed p.y.tenue scriberet̃. Significaret aũt paraclytus ita scriptum infamẽ aut præter famã:Nam παρὰ para apud græcos q̃q̃ plura significat:in huiusmodi tñ cõpositione ꝑter uel diminutiouem significaret κλυτὸς clytos uero fama declarat isignẽ:id qđ inclytus ꝓbat: famosus. n. in malũ capit̃. Itaq; paraclytus a ꝑpositione παρὰ para & κλυτὸς clytos noie cõpositũ qđ significatũ recipiat:quis ignorat. Id aũt q̃ esset nõ modo absurdũ i christo Ihesu: sed etiã dictu impiũ:quis nõ uidet. paracletus inq̃ penultia syllaba nõ correpta:ut uulgo ꝓferunt:sed ꝓducta & scribi debet:& ꝓferri. Et descẽdit id quidẽ nomẽ a uerbo παρακαλῶ paracalo:quod & rogo significat:& hortor apud priscos:apud iunioris uero græcos etiam pro cõsolor reperit̃. Ab hoc aũt uerbo παρακλήτωρ paracletor descẽdit & παράκλητος. paracletus Et qui in foro ac iudiciis a nostris deprecatores uocant̃: hi apud græcos nominant̃ παρακλήτορος. Itaq; pollicet̃ Ihesus discipulis suis missurũ sese paracletũ spiritũ:q eos sit edocturus. siue illũ adhortatorẽ:siue deprecatorẽ:hoc est aduocatũ ut uulgo iterp̃tat̃:siue cõsolatorẽ etiã itelligere uelimus. At dixerit quispiã nõne id nois diuus itellexit Ambrosius? nõne disertissimus Hieronymus? nõ eruditissimus Augustinus? nõ alii ꝑmulti atq; sapiẽtissimi doctores ecclesiæ:qui æque græco ac latino eloquio floruerũt? intellexerunt ii quidẽ oẽs. Nec dubito:si illoꝝ codices extarent: quos suis illi manibus scripserunt:nunq̃ tantus & tam crassus error in romanã ecclesiam iuasisset. Sed dum litteraturã contẽnimus politioreq; disciplinã:nõ solũ in uerbis: sed in rebus quoq; ipsis nõ mediocriter erramus. Vnde etiã factũ est:ut eadẽ ignorãtia & pro νοῦν nu hoc est mente ponamus intellectũ:& pro energia actũ:cũ multũ certe iterfit inter mentẽ:& intellectũ & iter actũ & energiã. Sed utcũq; res habet. libuit hæc ad tuã paternitatẽ scripsisse:quo in tãto uestro & tã uenerabili religiosissimoꝝ & sapientissimorũ theologoꝝ cœtu:qui ex uniuerso terraꝝ orbe in hãc florẽtissimã urbẽ cõsultandi de rebus maximis decernendiq; gratia cõfluxerunt:nihil ꝑtermittat̃:quod ad ueritatẽ diuini uerbi uel stabiliendã:uel ornandã attinet. Vale pater reuerẽdissime. Mediolani ex ædibus nostris. vii. nonas iunias. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Gabrieli theologo sal.

f Rater Roberthus cõterraneus iste tuus si nulla ꝓuocatus iniuria uel amicũ uituperat:qd faciat inimico. Agit aũt neq; pro iusticia:neq; pro sua ꝓfessiõe. Vale Mediolani ex ædibus nostris. xiii. kal. iulias. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Gabrieli theologo sal.

q Vod frater Roberthus tam sancte tãq; ꝑhumaniter sese purgarit : non possum equidẽ ñ lætari:Nã quẽ uulla ipse ꝓuocassem iniuria:ñ potuissem fortassis æquo aĩo conuitium ferre nulli præsertim culpæ obnoxius. pereant igitur qui maledicta falso renuntiant:ut sunt homines maledici ac perfidi. Vale Mediolani ex ædibus nostris. xiii. kal. iulias. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Bartholomæo riciatẽsi regio secretario atq; oratori sal.

u Tor te semper:ut uides familiariter. Quod eo facio libentius:quo scio huiusmo di ꝓuinciá:ut es aío ꝑhumano atq; liberali:tibi esse non ingratá. Itaq; facito ut so les oía mea cũ diligẽter. Vale. Ex Mediolano. iii. nonas semptẽbres. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Ioánotio manetto equiti aurato sal.

p Rosper Camulius uir prudẽs & disertus cum istinc modo reuertisset Mediola nũ:cũ mihi tuis uerbis salutẽ dixit:tum ea de te:deque tuo statu renunciauit:quæ nõ inuitus audiui: Nam qui tibi pro nostra uetere summaq; amicitia bene esse semper: optarim:nõ potui equidẽ nõ lætari:qđ uiro plane optio & homini doctissime erudito is locus datus esset apud Alphonsum regẽ:qui & rei tuæ & dignitati respõderet. Fecisti aũt ut soles oía prudẽtissime:qui a quotidianis illis splẽdidissimæ tuæ ciuitatis contẽtio nibus ac fluctibus apud regẽ sapientissimũ tanq̃ in quietũ aliquẽ & tranqllũ humanæ fe licitatis portũ te receperis. Iamprídẽ cũ Florentiæ agerẽ:solebá primis ánis tuũ uitæ insti tutũ non ꝓbare solũ:sed etiá laudare:qui platonicis ut mihi uidebare: ꝓceptis ibutus rei publicæ gubernacula nullo pacto uelles attigere. Itaq; totũ græcæ disciplinæ studiis & ex ercitationibus te dedideras. Erasq; eius rei gratia quotidie mecũ una. Et cũ multa simul cõmentaremur:nõ mediocrẽ uterq; uoluptatẽ & fructũ ex illa nostra cõsuetudie asseque bamur. Gratulabar igiť uel fortunæ:uel prudẽtiæ tuæ:qui in florentissima ciuitate & am plissimo patrimonio cõstitutus illũ uitæ cursum tuereris:qui nemini cuiq̃ nisi uiro sapiẽ ti cõcessus sit. Deíde uero contrariis nescio quibus repentinisq; flatibus ex illa pacatissi ma animi sede securitateq; excussus te turbulentissimis reip. tẽpestatibꝰ ꝓcellisq; obiecta sti. Vbi etsi oía constanter:moderate:inocenter:& cõtinẽtissime semp gessisse te accipio: inuidiæ tñ naufragio carere oío nõ potuisti. Quare prudẽtissime es illiusmodi fluctuo sissimis æstibus emergere aliquádo & in tutissimũ uitæ domicilium te recipere uoluisti: Ná ubigentiũ tibi aut qetior uita:aut honorificẽtior sit futura q̃ apud Alphõsum regem cuius uirtus & sapiẽtia táta est:ut cũ uniuerso terrarũ orbe facile queat de omni genere laudis cõtendere? Ná si nemo admodũ diligit:qđ ignoret:quis ambigat te regi sapiẽtis simo & optimo esse carissimũ? Itaq; nõ possum tibi nõ plurimũ gratulari: qui eá tandẽ fortuná sis nactus:quæ ex sñia tua uirtuti tuæ eruditiõiq; respõdeat. Reliquũ est:ut quic quid uel operæ uel tẽporis litterarũ & bonaꝶ artium studiis ꝑ ciuilis labores illos aut í terceptũ:aut subtractũ:aut rescissum fuerat id assiduitate atq; diligẽtia:legendi scribẽdiq; resartias atq; repares. Hac una re nihil facturus es:qđ maiorẽ tibi sit gloriá iucũditatẽq; allaturũ. Sed qm̃ scio id tua te spõte uel nullis adhortatiõibus meis effecturũ:i ꝓsentia lõ gior esse noli Itaq; Vale. & me tuis etiá litteris de oí statu tuo facito certiorẽ. Quid .n. petam:ut diuo regi Alphonso me cõmẽdes:cũ pro nostra amicitia id ultro ipse facturus sis: Ex Mediolão. xii. kal. octobres. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Nicodemo trãchedino sal.

n Escio:uter uostrũ magis sit accusandus quotidiáí silentii. Nec dubito fore:ut me malis q̃ ipsum te huiusmodi culpæ obnoxiũ existíari:q̃uis etiá noris ea te nõ ua care. Vtcũq; res tñ habet:iccirco ad te prior scripsi:ne posthac ita silentiũ adames:ut pri stinæ tuæ facũdiæ bellũ indixisse iudiceris. Interim me uelí facias certiorẽ:& q̃belle uales & q̃ nostri memoriá præ te fers. Ego .n. & ualitudine utor prospera & benignitate prin cipis nõ alacri minus q̃ larga. Reliqua etiam apud me læta sunt. Vale. Ex Mediolano. xi. kal. octobres. M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Marioto tertino sal.

q Vam temporum iniquitas non amandi quidē:sed scribendi fecit intercapedinē: eam tandē iucūdior hæc dies e medio nobis tollere ita:ut uel ad mutui amoris cumulū nō mediocris facta uideat accessio:Nā quādo mutui cōspectus uōdū facultas datur:mirū me desyderiū tenet tuaꝝ litteraꝝ.Quāq̄.n.de te quotidie percūtāti mihi grati nūtii afferunt:multo tñ gratiora futura sint:quæ ex tuis litteris quasi ex teipso cognoro. Itaq; si me amas:ut soles:id qđ certe facis:da operā:ut q̄primū te de omni tuo statu loquētē audiam.Quod si de meis rebus certior fieri ex me uis:ego cū uniuersa familia bene ualeo:& eo mecū se gerit fortuna:quā uocant:humanius ac lætius:quo huic optimo munificētissimoq; principi & carus sum:& admodū iucūdus.Vnde etiā fit:ut ānorū accessio me senescere nullo pacto patiat:Nā & in cute:& intus uiridior sum q̄ dudū: cum istic agerem iuuenis.Vale.Et Franciscū beninū cōpatrē meis uerbis saluere plurimū iube. Ex Mediolāo.iii. kal.nouembres.M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Frācisco castellano equiti aurato sal.

l Aetor equidē:& maiorē in modū gaudeo:qđ simul cū ānis æque tuus amor erga me creuerit: ut maiore ego te beniuolētia magis in dies atq; magis ꝓsequor. Quā animi tui uel benignitatē:uel gratitudinē:qua me ut ueterē:& doctorē:& amicum cōplexus es:cū diligo plurimū:tum facio maximi:Nā quod nobilissimi generis fulgorē ꝓbitatis splēdore illustraris:nō possum nō mirifice laudare.Fortuna.n.cū uirtute cōiuncta uitā efficit tū iucūdam:tum optandā ī primis.Nec est tñ ullū fortunæ cōmodū cum animi bonitate cōparandū:utpote qđ una uirtute nihil sit ī hominū genere neq; certius: nec stabilius:nec diuturnius q̄cq̄.Et cū oīs uirtus laudāda sit:tum haud scio:an id potissimū peride atq; peculiare gratitudini dādū est:quippe quæ sola(ut ita dicā)sine detestabili scelere deseri nō posse uideat. Itaq; uō absurde a uiris sapiētibus igratitudini ipudētia comes asciscit.At homiuē ipudentē flagitio nullo uacare uolūt.Vt igit de benignitate animi tui:quæ tibi ꝓpemodū est patrita dicere omittā:te gratitudinis laudari cū audio uoluptate afficior uō uulgari.Nō.n.gratus esse potes:nisi idē sis iustus:nisi idē sis cumulata uirtute p̄ditus:Nā ut de reliquis sileā:cū de me tā honorifice:tam libēter:tā amice apud oēs quotidie sermouē habes:id qđ uno eodēq; oium ore ad nos ꝑfert:satis superq; declaras nihil esse apud te neq; antiquis:neq; dulcius accepti bñficii grata recordatiōe & referendæ gratiæ beninolētissima uolūtate:ut q bñficii loco ducas illud doctriæ officium: quo pene adhuc puer a uobis es liberalissime institutus.Qua quidē tua humanitate mi Frācisce:nequeo uō admodū delectari:q id tibi bñficii loco des:qđ sine magna reꝓhensione p̄terire nullo pacto potuissem.Qui.n.te nō diligerē:nō amarē:nō magnifacerē: in quo tantā uiderē inesse indolē:q̄tā in alio tuæ ætatis nemine:quē totū ad pudorē:ad elegantiā morū:totū ad laudē ac decus natū ītuerer:Sed es tu plane īgēti munificētissimoq; aīo:qui etiā qđ ab altero tibi debet:pro suscepto bñficio habēdū uelis:nihilq; pluris facias:q̄ bñficiū te p̄stare.Quā īgenii tui bonitatē atq; altitudinē animi tāta dilectiōe cōplector:ut uix mihi suauius q̄cq̄ sit:q̄ de te laudibusq; tuis die noctuq; & audire & loq̄. habeo aūt tibi gratias:qđ mihi ī amore respondeas:neq; te uinci hoc tāto mutuæ caritatis munere patiare.Reliquū est:ut quādoq̄dē corā nos iter nos minus licet familiaris cōferre sermones:hos nostræ uobis litteræ quotidie rep̄sentēt. Vale cum uniuersa familia. Meq; ama ut facis.Ex Mediolano pridie uonas nouēbres.M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Gregorio arrigo iuriscōsulto sal.

f Acit uetus ac summa amicitia illa nostra:qua ab usq; ꝓpe adolescentia coniunctis

sime olim uiximus:ut existimē te omnia mea causa facturū.Audiui Ioannē petrum lucē. sem quo auditore primū cū florentiæ oratonā philosophiāq; doceremꝰ deinde amicissi mo semp:uel absente sum usus:pxima æstate diem obisse:id qđ certe ut debui:tuli mo lestissime.Cupio fieri ex te certior:& quos libros reliquerit:& qua cōditiōe.hoc est uæ nalesne sint.Emere.n.aut ois:aut plærosq;:ptereri græcos:siqui scilicet digni sunt lectio ne nostra.Fac igit:si me amas:ut hāc rem & ꝑprimū & ꝗdiligētissime intelligā:hoc erit mihi tam gratum:q̄ quod maxime.Ornatissimum equitem auratum petrum nucetanū uomine meo salute plurima impartias:uelim.Vale.Ex Mediolano .xii.kal. decembres. .M.cccc.lvii.

Francisci philelfi Epistolarum Liber decimusquartus.
Franciscus philelfus Lodouico gonzagæ Mātuæ marchioni sal.pl.di.l

q Vod omnes te uiri docti iideq; sapientes & obseruent:& ueneren tur:quid est:quod mirari quēq; oporteat:cum & unus ipse sis: qui reliquos omnis italiæ principes doctrina atq; eloquentia antecel las:& te in cunctos munificentissimū præstes:qui in illorum se ge nere reponi uoluerunt:qui urbani sunt doctiq; nominati:Itaq; ha beo tibi gratias nō uulgaris:quod tuo me locupletissimo testimo nio talem ostendas:quem homines dignum existiment dilectione beneficentiaq; tua:Nam hi soli mutua caritate deuinciūtur:qui studiis sunt & moribus q̄simillimi:& si plus merentes amari etiā magis debent.Sic.n.ueluti quadā seruata ppor tiōe minoribus ē cū maioribus amicitia.At ego mihi permagnæ ascribo laudi:quod ab oibus intelligar amari abs te optio & sapientissimo principe:uel ea ductus ratione : qđ rarissime accidit:ut in summa licentia constituti non eos uel contēnant:uel negligant: q̄ sint fortuna inferiores.Quare cum tanti me fieri abs te uideo:ut quotānis ornet mune ribus tuis & his quidē amplissimis:nō debeo non iure optimo lætari:cū mea cui uideo certissimū in te uno semper paratum esse præsidiū:tū etiā tua cāqui omnibus patefacias nihil apud te esse antiquius ꝓbitatis:& eruditionis studio.Nunq̄.n.probos uiros & eru ditos tantopere dilexeris:nisi pillustri sis bonitate pręditus ac sapientia singulari. Quo fit:ut eo me maior teneat admiratio:qui minus operā omnē diligentiāq; accōmodes:ut tui similē reddas Fredericū filium præstanti indole adolescētē.puto.n.licere iam mihi familiarius tecū loqui.Num es oblitus:quod Cyrum dicere solitū tradūt:neminē dece re imperare:qui subditis nō sit melior.Quo aīo populi eum ferant:quem indignū prin cipatu censuerint?Qui.n.alios regat:qui seipsum nesciat:At reipublicæ imperandiq; di sciplina non traditur natura:sed litterarum librorūq; monimentis.Itaq; uir indoctus & i disertus non modo ciuitates non bene rexerit:sed ne seipsum quidem.Oportet eni pri cipem non minus eloquentem esse:q̄ & sapientem:& iustum.Laudatur certe a uiris pru dentibus illud parysatidis dictum:quo artaxerxen filium monebat:ut cum oratione ef set habiturus ad populum:uerbis grauissimis & ornatissimis uteretur. Et plato beatas fore illas resp.affirmabat:quæ ab iis regerent:qui aut ipi saperēt:aut sapientiæ studerēt. Nec.n.parum ille sapiētiæ sit adeptus:qui se cupit sapientem fieri.Bono autem & sapiē ti principe simulq; eloquenti nihil perfectius esse duco:nihil magnificentius:nihil oui, bus uniuersæq; reip.neq; felicius nec beatius.Cura igit quæso:ne litterarū studia deserat

Fredericus:quibus tádiu opera danda est:quoad se totú ad imitationē tui imaginemq; effinxerit. Nullam isti pulchriorem hereditatem cessurus es. nullam meliorem. nullá diu turniorē:q̄ uirtutis tuæ grauitatisq; disciplinā. Oía certe:quæ aut corporis:aut fortūæ dicunt cómoda:sunt uel minimo aí bono iferiora. Hoc.n.in nostra est potestate positum hoc imortale atq; sempiternú. Illa uero nec nostra sunt:& istabilia planeq; caduca. Quare fac:obsecro:ut & dicendo & agēdo sapientiá tuá semp & eloquentiá Fredericus rep̄sentet. Nam quod ais per te non destitisse qn litteratus ac disertus fieret:cū eius ætas ad huiusmodi munus eét aptissima:sed qué ingēti mercede p̄ceptorē quæsieras:haud potuisse cósequi:uelim quid ista de re sentiam:accipias paucis. Omnium primú qđ ad præceptorē attinet:id qđ tua bona uenia dictú uelim:quærebas crepusculo lucē noctis ifundere:oblitus ut uidetur & cótraria curari cótrariis:& illud ité. Oē tulit punctū:qui miscuit utile dulci: Tristem Sopionis africani seueritatē:ná huiusmodi illú facie extitisse perhibēt:hilaris lenitas Lælii cōdiebat. Freno dicere solitus plato traditur Aristoteli opus eē & calcaribus Xenocrati:qppe quoꝝ alter tardiore eēt igenio:sed Aristoteles alacriore q̄ par foret:atq; acriore. Medium sane quiddam probare plato uidebatur: quod tanq̄ ex Aristotele Xenocrateq; cóstaret. Quantú possum itell gere:Fredericus tuus é natura meláchonicus. At meláchonicos oís. esse igeniosos docet Aristoteles. Et ne id quidé mirú. Sút.n. cogitatiói natura dediti. Qui aút mltú cogitat:mlta quoq; ex se iueniat necesse ē: quæ a nemie didicerit. Vt igitur opera danda est:ne feruēs ingeniū nimio ocio defrigescat:ita ét studendú:ne tristiore cósuetudine se atræ oío bili faciat obnoxium. Is inq̄ doctor adhibendus est Frederico:qui cū omni uita ꝑbatus sit:tú moribus non sordidis incultisq; potius:q̄ lautis & amœnis. Nam quá tandē ætatem aliam ad litteraturá & humanitatis artes aptiorem ista existimemus:quam Fredericus núc agit: qui natus ános septē & decem iam qd sibi agendú sit:per rōnem assequi possit: Solus.n. homo ex oíbus animantibus agere dicitur:& is quidem homo:q̄ assecutus iá sit p̄fectum rónis usum: quo quidé ipso:& mulieres:& pueri:& qui mentis compotes nó sunt:carere iudicant̄. Nam quod aut ifantes:aut pueri didicerint:id ne intelligunt quidem. Vnde fit:ut neq; ii boni neq; mali affirmari queant: Sed oís eoꝝ uel uitupatio uel laus:aut parentibus danda sit: aut præceptoribus & his uiris quorú aut minis aut blandiciis parent. Adolescentes uero etsi sapere iam coeperunt:abducuntur tamen non nulli ab animi perturbationibus:& ita relicta róne rapiunt̄ in deuia:ut nusq̄ cósistere posse uideant̄. Itaq; huic quoq; ætati ñ minus sæpe q̄ pueris freno é opus. Nam qđ pueri deliquerit. qa nondú assecuti sint rationis impium. Idem uenire usu adolescētibus solet:qđ illđ deseruerit. Quare si pudor & uerecúdia non tantá uim hēt:ut hunc ætatis feruorē compescat ac leniat:quædam acriora sunt callidioraq; remedia adhibenda:quæ qdem excogitare parentú est:& eoꝝ:qui i eam ætatem ius habent. Videmus enim alios duci blandiciis. alios quibusdam munusculis. admonitionibus alios. non nullos castigatione. increpatione. metu. Non easdē morbis omnibus curationes medici addere consuerunt. pro cuiusque igenio ac morbo quisque curandus atque sanandus est. Illud mihi exploratissimum est: omnis bona indole adolescentes parentibus gratificari maxime obtemperareque solere. Nec equidem ambigo princeps Lodouice:si tuus p̄clarus modestissimusq; filius Fredericus liqdo aíaduerterit se tibi iucundissimá rem facturú:ubi litteraꝝ & liberalium disciplinaꝝ studiis se tradiderit fore:ut nihil sibi potius ducat q̄ & dies & noctis i hoc pulcherrimo laudatissimoq; munere cósumere. Nec enim grauissimos isti cum uolueris:eruditissimosq; doctores

defuturos:a quibus honeste queat:& liberaliter ad ea oĩa institui : quæ ad bene beateq; uiuendũ requiruntur in principe.Id aũt eo magis tibi curãdum est:quo cæteris omnibus italiæ principibus es litteris:& doctrina superior.Non eni passurus sis:ut in hac tam illustri hæreditate:tamq; tibi atq; tuis propria degenerasse Fredericũ a patrita: & auita gloria ulli insimulent.Hæc ego ꝑ mea erga te pietate confidentius fortasse q̃ deceret:scripsi: quæ tu uelim clementer:ut soles oĩa:ac benigne interpreteris:uel eo usus græcoꝝ prouerbio:quo iubetur quæ amicorũ sunt:cõmunia duci oportere:id quod non minus in liberis q̃ in pecunia tenendum atq; seruandũ puto:& eo fortassis in liberis maximis:quo melius hisce atq; ꝑclarius consultũ cupimus q̃ suppellectili &pecudibus.Vale princeps optime ac munificẽtissime.Meq; ut facis ama.Ex Mediolano.vi.Idibus decẽbres. M.cccc.lvi.

Franciscus philelfus Nicodemo tranchedino sal.

l Itteræ tuæ fuerant mihi iucundissimæ cũ tua causa quẽ intellexerim bene ualere cũ uniuersa familia:tũ etiam ob Franciscum patriciũ:quem e mortuo uiuũ factum acceperim.Tristis eni de hoĩe amicissimo nuntius perlatus ad nos fuerat:cũ esset:qui assereret uel se præsente supplicium esse de eo sumptũ.Itaq; indolueram eius uicem:ob idq; omnem popularem statum:qui sine seditiõe esse nix unq̃ consueuit uæhementissime execrabar:Quanq̃ Francisco familiari nostro nihil magis arbitror obfuisse:q̃ inuidiam: qua uiri & præstantes nunq̃ caruerunt.Lætor igitur plurimũ:quod præter opinionem ac luctũ uobis acciderit.Tibiq; habeo ingentes gratias quod istius dignitati studeas:Id quod ut assidue facias:te etiã atq; ẽt maiorẽ in modum rogo.Quod uero de re altera consiliũ ceperis:probo:& gaudeo.Miror aũt quid uiro illi in mentem uenerit:ut cũ iam ad calcem peruenerit:a decurso iam olympiæ spatio auertatur:atq; uictoriæ palmã renuat. Nũ forsan cum ætate aĩ quoq; uigor consenuit:Verũ tu hebescenti iã sanguini flamas adiice rationis Concalescet fortasse:priorẽq; uim accensus resumet.Nos oẽs ualemus recte. Vale etiã tu atq; tui oẽs uel nostri potius.patriumq; hortare:ut forti animo ingentiq; sit:memineritq; sapienti nihil obesse posse:& fortunam omnẽ uel minima uirtute esse inferiorem.Ex Mediolano pridie kal.ianuarias.M.cccc.lvii.

Franciscus philelfus Donato actiolo sal.

n Idi ac legi suauissimas tuas litteras ad Iacobum actiolũ tuũ quid inq̃ tuũ:imo nostrum:Nã amicorum quæ sunt:ea priuata his esse non oportet:sed perinde sane atq; cõmunia.Miratus aũt sum:quid tibi in mẽtem uenerit:qđ ethrusco malueris materno q; uti sermone:q̃ latino:& litterato:Nã facundum esse te planeq; disertum ignorat nemo.At Iacobũ nostrũ tantũ in dicendo ualere experti sumus:ut suæ ætatis nemini concedat.Num fortassis ostendere uoluisti nou oĩo te græcum factũ:quoniã apud eruditissimum eloquentissimũq; uiꝝ Ioannem argyropulum græcis disciplinis studeas: quasi græca oratio latinæ aduersetur:uel nõ simillima sit potius:& ei maximũ afferat ornamentũ. At ne quippiã quidẽ scripseras:quod in hominnm manus uenturum nolles. Fit enim sæpe:ut quæ uidentur ineptiora:iccirco scribamus materna lingua:quoniam excribi a quopiã nolimus:Nam quæ ornatius scripta fuerint:ea persæpe uel inuitis nobis & excribuntur:& seruantur diutius.Itaq; uon intelligo:qui ita scripseris:nisi forsitan factus sis ad litteras anidior : nolueris que alios ornatissimæ tuæ dictionis imitatores effici . Qua in re magis mihi probatur Iacobus : qui quotidie aliquid scribit: minerua & eloquentia sua dignum:Id quod si tu etiam feceris:cum pro officio facies:tum nobis omnibus: qui tui certe sumus:Voluptatem permagnam afferes. Vale cum tuis omnibus. Ex Mediolano.

Nonis Iannariis.Mcccc.lviii.

Franciſcus philelfus petro perleoni ſal.

q Vod ad uenetos te receperis:uiros plane optimatis:non ſolű pbo:ſed ēt lætor. Facile.n.futuҙ ſpero:ut doctrinæ uirtutiq; tuæ paria præmia referant̃: Idq; ppe dié.Ii.n.ſunt ueneti:ut nnnɋ̃ ſe beneficio uinci patiant̃: ſed officium ſemp officio cnmu lent:& maxío opere.pmereri ſtudeát.Gratulor igitur felicitati tuæ:qui in eo ſis loco tan dem collocatus:ubi & emolumenta ſis nõ uulgaria:&laudem item maximá breui affecu turus. Inſtitue igit̃ (ut cœpiſti)patricios iſtos adoleſcẽtes nõ moҙ mius ɋ̃ doctrinæ elo quentiæq; pſtantia.Fæcũda nactus es feraciſſimaq; iugenia:quæ qđ laudis ſæmen accepe rint:ad maturá frugem miro incremẽto ſint pductura.Vnde ẽt tu tanɋ̃ diligẽtiſſimus qui dam fortunatiſſimuſq; excultor cũ uberrimos pcipies fructus:tum me ĩgenti afficies uo- luptate:qui tuá laudem oẽm pmagnæ mihi laudi eẽ duco.Nam qđ ais de ĩſectatiõe ĩui dentiũ:id tibi quoq; iucũdũ eẽ oportet:cum ĩtelligas excellentiá oẽm ĩuidiæ eẽ uelut ob noxiá:Ná qd malis:utrҙ excellere:an excellẽtiá pati:Itaq; aío cõſtanti excelſoq; ſis . Tibi q; pſuade obnixeq; tuere oía eẽ uirtute ĩferiora:cui quo magis ĩuidet̃: eos eẽ magis glo ria addit comité.Quin tibi opera danda ẽ:ita eruditione:& dicẽdi elegantia ſplendore q; augeſcas:ut tibi nemo pp aſſequẽdi deſpatiouẽ iuidere audeat . paribns.n.aut aliɋ̃to ſupioribus iuidet̃ :pſtátiæ aũt numetas hoc morbo uacat.Vale. ex Mediolauo quarto idus Ianuarias.M.cccc.lviii.

Frácíſcus philelfus Nicodemo tráchedino ſal .

e Em mihi facies nõ minus gratá ɋ̃ neceſſariá:ſi qđ diebus pximis ad te ſcripſi: & ɋ̃primũ & ex ſentẽtia mea curaueris.Scio ɋ̃tum prudentia uales: ɋ̃tum etiá gra tia.Itaq; nihil dubito ppediẽ fore:ut cõficiatur:quod cupimus:modo aduigilare uolue ris.Tuo autem erga me animo certius habeo nihil.Matura igitur : ſi me amas:& quod uolumus effice.Vale.Ex Mediolauo iiii Idus Ianuarias.M.cccc.lviiii .

Franciſcus philelfus Aeneæ cardinali Senenſi ſal.

b Inas litteras tuas:quas non eodẽ tẽpore ad me dederas:eodẽ accepi die.Fuerunt utræque mihi uou iucũdæ minus:ɋ̃ exoptatæ.Quid.n.non in iis erat plenũ hu- manitatis & benignitatis tuæ:Itaq; ut plimũ mihi ſum lætatus:qđ ĩtellexerí apud ueterẽ amicũ meæ in ſe pietatis memoriá nulla eſſe interceptá neq; tempoҙ nec fortunæ uarie- tate:ita maiorem in modũ tibi patri ãpliſſimo gratulor:quod oía ſis ſumma in hác diẽ tua ſumma cũ dignitate adeptus:& id ſane uõ modo nõ petẽs:ſed ne cupiens qdẽ.Quo fit:ut ſatis pſpicue cognoſcere cuiɋ̃ liceat:ɋ̃ acceptus ĩmortali deo caruſq; ſis. Non.n.ſine diuino quodá conſilio ac mente huiuſmodi bona contingũt hoibus:ſed cuius æterna p uidentia inferiora hæc omnia ſupernaq; gubernant̃ :illius quoq; uoluntate ac iuſſu cuiq; pro meritis redditur.Vixiſti ſemper innocenter & pie:Nec aliud quicɋ̃ in bonis ducere unquam conſueſti:ɋ̃ Chriſtum optimum maximum . Quare idẽ Chriſtus & oípotens deus & dei oípotẽtis filius: q centũ pro uno reddere ſemp eſt ſolitus:tua obſeruátia.cul tu.bonitate delectatus:ſuis te in dies magis magiſq; bonis auget.honoribus ãplificat. fe licitate cumulat.Tu aũt ut es aío maxío ſplẽdidiſſimoq; ingenio:ut ducis oía uirtute in- feriora:ut iudicas nihil habendum eẽ ſine deo in bonis:diuiná quoq; bonitatem atque ſapientiá imitaris.Nihil ſupra hominen uel profiteris:uel audes.præſtas in omnes te faci lem:humanum:manſuetum.Nihil tibi aut ad rem:aut ad dignitatẽ additum putas: qđ ab deo nou ſit.Quamobrem ſempiterni dei:tanɋ̃ uel negociator : uel præbitor aliquis

te in cunctos ea gratis benignitate:qua semper antea mirifice claruisti. Hinc ēt me nō minore nunc dilectiōe cōplecteris:q̄ uiq; a primis annis qbus tibi sum cognitus mirifice diligebas. Et ne id quidē mirandum: Nā cū sola uirtus esset:quæ me tibi conciliabat:eo fit: ut eadē duce idem sit tuus erga me amor. Mea eni erga te obseruantia tāta estq̄ta uel fuit unq̄ uel maior esse possit. Et hac de re satis. Cætera quæ scripsisti:intellexi. Tibique habeo gratias īmortalis:quod q̄tū in te fuit:desyderio meo satis cumulatissime fecisti. Siqs aūt unus sit:qui de meo illo codice aliqd certi habeat: Bessarionē cardinalē nicænū hunc esse puto:quippe qui & utriusq; eloquii atq; disciplinæ doctissimus sit:ut nosti: & quarri apud Callistū pontificē solitum accipio:quod Nicolai quinti ornatissimā librorū suppellectilem tā temere dissipare pateretur. Itaq; ad hunc et hac de re litteras dedi. Quid futuru sit:nescio. Vnum certo scio nihil me omissurū ad codicē uendicandū. Qua in re si mihi auxilio fueris:tanto me afficies beneficio:ut maiore alio nullo possis. Vale pater āplissime. Ex Mediolano Idibus Ianuariis. M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Xenophonti filio sal.

q Vod Vlyssem imitari institueris:non uitupero:modō non naufragus:sed prudētior ad nos redeas. præterea uix ullos sapientia claros legimus:qui Vlyssis quodā modo æmuli nō fuerint:hoc est:qui ad sapientiam uendicandā non uarias ac diuersas orbis terræ regiones inuisere studuerint. Vtere semp rōne atq; uirtute duce:quod si feceris facile spero omnia tibi secūda fore. Da q̄crebrissime ad nos litteras:qbus certior fiam de oī tua fortuna:quā tibi fautricem ac benignā futurā opto: & eam quidē fortunam: quæ dei uoluntate definitur:non hoīum stultitia. Cura ēt libros q̄ plurimos & q̄optimos tibi cōpares:qua una supellectili nullam sis pulchriorem habiturus:nullam utiliorem. Vale. Ex Mediolano.xiii.kal.februarias.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus pallanti Strozæ equiti aurato sal.

q Voniā meū erga te aīum nosti perspicue iāpridem:nihil est:q̄d tecum ī præsentia sim longior. Quod nemini unq̄ latinorū contigit:institui nullū esse orationis genus: q̄d intentatum reliquerim. Quare cū plæraq; & uersu: & prosa latine scripserim non oratorio: & poetico more dūtaxat:sed etiam philosophico: idē nunc græce facere aīum induxi:quibus quidē in rebus q̄tum aut ualuerim:aut ualeā:nescio. Vnū certo scio me nō magis uno genere q̄ alio atq; alio delectari. Videmus Virgiliū oratione pedestri minime ualuisse:uersu uero claruisse plurimū. Contra. Cicero soluta oratione fuit illustris. At uersu fuisse indocto simillimū: & legimus: & iudicamus:quorū neutrum tū audimus græcis uersibus in scribendo delectatū. Ego aūt cū latine utraq; oratione & delector: & utor:tū nuper aggressus sum græce scribere nō nulla elegiam:ēt græci intelligant andere latinum hoiem:quod ipsi negligunt:non græce minus canere:q̄ latine: Nam q̄tum ēt in dicendo apud græcos aut possim:aut nō possim:iampridem cognoscere tibi licuit. Et qm̄ in aliis scriptis meis nomen tuum:ut par est honestaui semp:uolui hoc quoq; tēpore aliquid ad te scribere in hoc dictionis genere:quo oēs intelligāt & p̄ntes: & posteri amicitiā nostrā nō fuisse uulgarem. Vale cū Honofrio meo. Ex Mediolano.xiiii.kal.februa. M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Nicodemo tranchedino sal.

f Acis oīa cū mea & diligenter: & amice. Quare non possum non libentissime fateri me tibi debere plurimū:quod sis in faciēdo tā accuratus:tā industrius:tā strenuus. Quāto āt me abs te beneficio affectū indicabo:si uidero tua opera effectū oīo q̄d tam libenter facis: Incūbe igit̄ & remis: & uelis:ut emersam nauim opportune in portū agas.

Quæ nero de meo Francisco patricio ad me scripsisti:iucundissime audiui:quem tibi ui
rum tãtopere cõmendo:ut intelligas te nihil mihi posse hoc tẽpore gratius facere quã si
hunc rebus omnibus quãcumulatissime iuueris:atque ornaueris. Vale.Ex Mdiolano.vi.
kalendas februarias.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Gregorio arrigio iurisconsulto sal.

m E tuæ litteræ miræ in modum delectarũt:quibus liquido pspexi:q̃ta beniuolen/
tia pristinam illam nostrã intemeratãq; amicitiã psequeris:Facis aũt oĩa pro of/
ficio:qui neq; scribendo neq; amãdo cedere hoi amicissimo uolueris.Reliquũ est:ut cer
tatim huiusmodi hũanitatis iustitiæq; mutuus inuicẽ foueamus:quo & uinci simul & ui
cere est pulcherrimũ.Quid de libris illis spandum sit:ex tuis litteris intellexi.Siquid no
ui decernet̃:facito ut sciam.Item siqui istic librarii sunt:qui mercede excriberẽt:quæ uel/
lemus:idq; tã græce q̃ latine.Quod ad ea quæ de Antonio regino scripserã:nihil respõ/
deris:sum miratus.Rñde igit̃ q̃primũ.Te cũ uniuersa familia pbelle ualere opto.Orna/
tissimo eqti aurato uiroq; grauissimo petro nucetano ut uerbis meis plurimã dicas salu
tem:uæhemẽter cupio.Vale.ex Mediolano nonis februariis.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Aeneæ cardinali Senensi sal.

q Vas kal.ianuariis litteras ad me dederas:eas ad quĩtũdecimũ kal.martias accepi.
Fuerunt mihi quæ scripsisti gratissima oĩa.Habeoq; dignationi tuæ sempiternas
gratias:qꝫ nihil tibi negligendũ ue'is:quod mea interesse cognoris.Quod de Xẽophõ/
te filio scripsisti:non solũ pbo:sed ẽt gaudeo:qꝫ omni in re dignitatis meæ rõnem habe
as.Reliquũ est:ut Cardinalis Nicæni sententiã mea de re intelligas:quanq̃ audio codicẽ
illum ẽt post obitũ summi pontificis Nicolai quinti uisum esse apud Cardinalẽ Rhute
tum.Modo qđ in re uerã sit non ignoremus:facile futurã spero:ut nobilissimus codex il
le ad dñm redeat aut pace:aut bello:q̃uis bello pacẽ longissime añponã. Vt q̃bellistime
ualeas uæhemẽter opto cũ tua:tum ẽt tuorũ oĩum causa:e quorũ numero me nequaquã
ultimũ esse arbitror.Vale.Ex Mediolano.xiiii.kal.martias.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Bessarioni cardinali nicæno sal.

a D quartũdecimũ kal.ianuarias scripseram ad te græce:quæ mihi opus fuerat per
id temporis scribere.Nunc etsi nouũ argumẽtum se nullum obtulerat:potiusq; iã
tuas de mea re litteras sparem:nolui eas solas:planeq; peregrinas urbẽ petere.Itaq; alte/
ras ad te dedi:quarũ ex comitatu fratæ sese ad iter pstarent alacrioris. Quod aũt latine
ad te scripserim:iccirco factũ est:quod illæ græcæ non itelligerẽt. Nec est aliud quicquã:
qđ tantope in pñtia abs te cupiam:q̃ ut me facias certiorẽ:quid de codice meo sentias:
num spei quicq̃ sit reliquũ:an perierit omnino.Immortali me affeceris beneficio:si hac i
re mihi morem gesseris.Vale.ex Mediolano xiiii.kal.martias.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Bessarioni cardinali nicæno sal.

n Vdiustextus litteras ad te dedi:quibus idem latine petii:quod paulo ante græce
feceram.Deinde redditæ mihi sunt hodierno hoc hodie perhumanæ atque per
benignæ litteræ tuæ:quibus quod scire desyderabam:non obscure intellexi.Itaq; habeo
tibi gratias immortalis:quod uel in summis occupationibus tuis nihil quod mea inter
esset negligere noluisti. Reliquum est:ut mihi quid ea in re faciundum sit consulas: uel
epistola uel nuncio.Nuncium uero alium uelim neminem quam prudentissimum iuri/
consultum Othonem carretum:qui istic huius principis nomine oratorem gerit. Is eim
quod abs te acceperit: mihi quamprimum significabit. præterea siquid certius haben/

dum iudicas:id quod mihi quoq; uideri debet:habes archidiaconũ datarium: qui quo-
niam πῆ βιβλιοτήκη præest:ut audio:rem oẽm poterit q̃primũ optimeq; inquirere.
Et hæc hactenus.Quod me tã miris laudibus ornaris:facis id tu quidẽ pro quadã in me
caritatis tuæ amorisq; abundantia:qui ẽt parua quæ sunt:maxima esse cupis. Faciat deus:
ut tua mihi consuetudine aliq̃do:idq; propediẽ uti liceat.Facile enim futurũ sperem : ut
tua præsentia perinde atq; diuino afflatu quodã:uel adiutus:uel excitatus aliquid audeã
quod uulgo nõ liceat.Ad hæc scire admodũ uelim quot sint tibi libri Diodori siculi:Nã
mihi præter prima quinq; uolumina aliud ex eius hois historia est nihil.Habere autẽ cu
pio:quod reliquũ inuenit:Modo istic librarius ullus extet:q huiusmodi munus obitu-
rus sit.pterea περί ποσοτητοσ συλλαβησ nihil dignũ repperi apd' græcos.Siqd
habes inq̃ huiusmodi facito:ut intelligã.Vale.ex Mediolão.Nono kal.mar.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Bernardo iustiniano sal.

p Etrus perleo tibi quædam uoie meo exponet:Quæ quidẽ ipsa ex animi mei sen
tentia manant omnia.Itaq;ut quæ petierit:facias magnopere abs te peto. Vale.
Ex Mediolano.viii.kal.martias.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Lodouico casellæ sal.

e Xistimo te in admirationẽ incidisse:quod in proximo illo meo ad illustrẽ adole
scentẽ Tristanũ Sphortiã epigrãma te nomẽ Ihesu a me scriptũ legeris:quod aspi
rationẽ haberet inter.i.uocalem &.e.idq; non temere me fecisse : sed lapsu fortasse festi-
nantis arundinis:cũ neq; apud græcos:neq; apud hebræos:a qbus id nomen esse accepi-
mus:eã aspirationẽ admittat.At ut rẽ teneas:neq; iprudẽtibus nobis id actũ est: neq; no
lentibus.Sed ut ita scriberemus:cũ ãtiquitatis auctoritas nos est hortata:tũ quædã ratio
non uulgaris.Extant in hac urbe uetustissimi atq; emẽdatissimi qdam codices & noui:&
ueteris testamenti:in qbus oĩbus Ihesus scriptũ reperitur cum aspiratiõe.h.inter.i.&.e. id
quod uidetur non ab re cũ sententia Quintiliam cõuenire:qui ait cõsuesse priscos non
nunq̃ inter duas uocales aspirationẽ scribere:quod nõ Ioannes modo nomẽ proprium
ostendit:sed & aheniũ:& mihi:idẽ aũt obseruari priscos uoluisse in Ihesus non solũ ea ra
tione inductos puto:ut apud latinos quoq; trisyllabũ nomen id esse uellent:qđ num di-
uinæ trinitatis repræsentaret:sed ẽt quia aspiratio sonantiorẽ syllabã reddit ac ualentiorẽ.
Et hac de re satis.Ego tuas litteras quotidie expectabã:& eas q̃dẽ talis:quales ab homĩe
amicissimo optĩoq; uiro dari cõsuerunt.Vale.ex Mediolano pridie kal.mar.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Antonio panhormitæ sal.

q Vi tibi reddidit litteras meas ẽ mihi uetere familiaritate bẽiuolẽtiaq; cõiunctus.
Hunc tibi unice cõmendatũ uolo:qppe qui & doctus est & modestissimus pla-
ne uir amicitiaq; tua minime indignus.Vale.Ex Mediolano pridie kal.mar. M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus pallanti strozæ equiti aurato sal.

t Antam mihi uoluptatẽ tuæ litteræ attulerũt:ut ne ulla res quidẽ maiorẽ hoc tem
pore potuisset afferre : Nam in iis legendis te coram uidere sum uisus pristinosq;
sermones mirifica tua illa suauitate conditos non secus audire:q̃ si præsens esses ac mecũ
familiariter loquereris.Quod aũt me tanto studio laudaueris:factum id esse intelligo p
humanissimo tuo ingenio:proq; singulari tua erga me caritate.Non enim tã præclare de
me sentio.Habeo præterea tibi gratias:atq; ago maximas:quod περί ἀρταξέρξου βα
σιλέωσ morem mihi q̃primũ gesseris.Quæ uero tuo nomĩe principi nostro exposui
mus:audiuit is omnia perlibenter:& ita de te honorifice est locutus:ut plane ostẽderet

te sibi esse carissimum. Quare si quid est quod ab eo uelis: uideo te nihil frusta petiturum. Scripsisti praeterea graecũ esse apud eũdem puto: q τὸν ἀρταξέρξου βίον ἐξεγραψε Mihi greco librario opus est. Quãobrẽ si uel istũ cum istinc te nõ inuito abire istituerit uel alium quempiã ire ad me curaueris: accipiam eũ honesta conditione. Reliquum est ut manibus pedibusq; ad seruandã bonã ualitudinem connitamur. nõ longe enim futurum spero: ut q̃ iucũdissime una esse possimus. Vale. Ex Mediolano. kal. martiis. M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Nicodemo trãchedino sal.

q Votidie te mihi officiosiorem praestas ac iucundiorem Nihil enim praetermittis: quod ad meam laudem accessurum putes. Itaq; nõ possum nõ laetari plurimum quod omnibus in rebus in amore mihi respõdeas: Nam q̃ ego te amẽ: & q̃ti faciã amorẽ tuũ: nemo omniũ melius nouit: q̃ ipse debes: cui de me nihil occultũ est. Reliquum est: ut amare me perseueres. Nũq̃ enim patiar uinci abs te in hoc tam nobili: tamq; laudatissimo humanitatis officio. Quid de nostro patricio actũ sit: cupio itelligere. Nos hic noui habemus nihil. Tu siqd apud uos est: quod auditione nostra nõ idignũ existimes: cura ut ex tuis suauissimis litteris accipiã. Vale. Ex Mediolão. iiii. nonas martias. M.cccc. lviii.

Franciscus philelfus Lodouico casellae sal.

q Va fuerim adductus ratiõe: ut Ihesus: cũ. h. aspiratiõe inter. i. & e. scripserĩ pter cõmunẽ huius tẽpestatis cõsuetudinẽ: potuisti ex pximis litteris cognoscere. Nũc ãt ut ad te scriberẽ: aliud nihil erat i cã: nisi ut abs te peterẽ: id curares: ut litterae tuis inclusae q̃diligentissime reddantur. Id erit mihi perq̃gratissimum. Vale. Ex Mediolão. viii. Idus martias. M.cccc. lviii.

Franciscus philelfus Albertho parrhisio sal.

q Vae amicis cõmunia esse debẽt: queq̃ iuri suo ascribere: ut nihil habeat cũ amico cõmune: nõ iniustũ duci nõ põt. At uitas Galbae & Othonis: quas e graeco traduxerã: & tibi poscẽti cõmodarã in mẽsem: iã ãnũ ita possides: ut qd aequitas: qd officiũ postulet: oĩo uidearis oblitus. Itaq; rogo te: ut memineris eas ad te isse cõmodato: nõ dono. proide facies ut te decet: si curaueris: ut iãtãdẽ ad nos redeãt. Alberthũ meũ zancanũ Enochi filiũ bene ualere opto. Vale. Ex Mediolano. vi. Idus martias. M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus pallanti strozae equiti aurato sal.

q Vãta uoluptate me priuarit diuturnũ silẽtiũ nostrũ: ex binis litteris tuis: quas nuper ad me dedisti: plane itellexi. Is. n. mihi nihil potuisset esse iucũdius: Deus malefaciat tẽporum calamitati: ne dicã hominũ pfidiae: qua factũ ẽ: ut ñ mõ simul esse nequeamus: sed ne mutuo qdẽ scribẽdi officio uti a utehac licuerit. At lõgiusculũ silẽtiũ nostrũ crebritate litterarum facile farciamus. Quod reliquũ est: deus ipse aliquãdo pstabit. Vt aũt ad rẽ ueniã: τὸν ἀρταξέρξου κατὰ πλούταρχον βίον & accepi diebus superioribus: & accepisse me: feci te meis litteris certiorẽ: quas ad Marchesiũ uarisinũ tibi reddẽdas misi Venetias kal. martiis. Eas uero qm̃ accepisse iã debes: nõ repetã altius. Duo sunt quae uehemẽter cupiã: Arrhiani historia de Alexãdro rege & Diodori siculi libri: siqui plures apud uos sunt q̃ ipse habeã. Habeo. n. quinq; pria uolumina. Quod aũt tãtopere & Arrhianũ desyderẽ & Diodorum: cã est: quod duo illa nobilissima iperia & psarum: & macedonũ uel mea historia latinis cognita esse uelim. Si huiusmõi igr codices aut apud te: aut Venetiis esse cognoro: exscriptũ iri curabo: modo uel patauii uel Venetiis librariũ graecũ aliquem inueniri accepero. Vale q̃diutissime cum Honofrio meo. Ex Mediolão. v. Idus martias.. M.cccc.lviii.

Franciſcus philelfus Beſſarioni cardinali niceno ſal.

e Vm mihi eſſet renunciatũ ꝓximos meos ad te uerſus nõ eſſe eadem miſſos uia: qua meæ antea ꝑſæpe litteræ cõſuerũt iccirco eoſdẽ ſecũdũ ad te dedi: ut ĩtelligeres: & qd cupiã de tua amplitudĩe: & qd nõ temere breui futurũ ſperẽ. Quod aũt huiuſmodi utar ſcribẽdi genere: cũ ob alias cauſas factũ eſt: tũ etiã aut minus: ut noſtri qdam hoĩes: q græcaꝝ litteraꝝ ĩdocti: & latiarũ ñ admodũ periti q græcos uerſus ĩcõcinnitatis accuſant: ſonoroſq; eſſe negãt: uel ex hoĩe latino aĩaduertãt: q̃ ſe ſua fallat opinio: Nã qd habemus memoratu dignũ: qđ a græcis nõ acceperimus? Verſu aũt cũ græcis cõtendere æque ſtulti eſt: atq; arrogãtis. Tu uel' cures ad me dare ſiquid habes: qđ ꝓbes: de q̃titate ſyllabaꝝ: Nã has oĩs exẽplis diſquirere. apud græcos ꝑdifficile eſt. Et huiuſmodi ſane peritia perutilis eſt: ac maxĩe neceſſaria nõ ſolũ ad uerſuũ ſtructuram: ſed cum ad cognitionẽ accentuum. tum etiam ad uniuerſam ꝓpe litteraturã. Vale pater clementiſſime. Et quæ multis litteris abs te petii: mihi ut gratificeris te etiam atq; etiam rogo. Ex Mediolano. vi. kal. apriles. M. cccc. lviii.

Franciſcus philelfus Hieronymo caſtello medico ſal.

q Vod græcis uerſibus ad te ſcripſerim: nihil aliud fuit i cã: niſi ut uel græci ipſi cognoſcerẽt amicitiã noſtrã eſſe nõ uulgarẽ. Nup. n. hoc quoq; ſcribendi genus ſum aggreſſus: qđ uellẽ mihi cũ multis eſſet cõmune. De latinis loquor noſtriſq; hoĩbus. Nõ de græcis: q in huiuſmõi cãpo lõge uberius ac facilius q̃ latini uerſari poſſent: ſi uellẽt: tã q̃ i patrita & auita poſſeſſiõe ac plãe ſua. Sed utcũq; res habet: nũc apud græcos neminẽ uideo qui uerſibus delecteť. Latini uero nõ mõ nũc nulli ſunt: hac tẽpeſtate: qui græcos uerſus ſcribãt: ſed ne ullos quidẽ de priſcis accipimus ex his q adhuc apud nos extãt: & habenť in ꝑtio: quos ea laude claruiſſe audiamus. Ego autẽ cũ alia plæraq; ſcripſeri græce ſoluta oratiõe: uolui etiã tẽtare hoc tpe: ſiqd poſſem i huiuſmõi numeroſo & altioris dictiõis genere: quo cæteri uel meo ĩitati exẽplo ſuis ſe monimẽtis poſteritatis ĩmortalitati cõmendẽt. Nec id una epiſtola quapiã ſum facturus: ſed libellis: ut ſpo cõpluribus. Qua de re nõ ĩgratũ mihi fuerit tuũ quoq; iudiciũ audiſſe: id qđ & ꝑgraue futuꝝ intelligo: & ab optĩo erga me aĩo emanatuꝝ: Nã qui græci i ꝑſentia & habenť: & ſunt diſertiſſimi: hoc meũ iſtitutũ atq; ſtudiũ laudibus efferunt: ſiue id aĩ iudicio faciãt: ſiue forſitan qđ ſuſpicenť mihi gratificari. At ego nõ delector aſſentatiõe: ſed ueritate. Vale. Ex Mediolano. vii. Idus apriles. M. cccc. lviii.

Franciſcus philelfus Lodouico caſellæ ſal.

e Vpio te pro ſumma noſtra beniuolẽtia tuæ meæq; rei diligẽtius ſtudere: Nã & q̃ti me facias: & q̃tum poſſis: ꝑſpicue noui. Quid autem uel amicitiæ: uel uirtuti nõ debemus? Vale. Ex Mediolano. iii. nonas maias. M. cccc. lviii.

Franciſcus philelfus Iacobo actiolo ſal.

m Vlta hĩc abiẽs mihi es pollicitus: quoꝝ ĩ hanc diẽ effeciſti nihil. Itaq; tui eſſe muneris arbitror: ut ꝓ mutua aĩoꝝ iter nos caritate aliqd tandẽ facere ĩcipias: Illudq; ĩ primis: qđ a patre tuo uiro clariſſimo tãtopere petieram. Quam uereor: ne recentis aliquos amores ad priſtinos addideris: quibus ĩpeditus aĩus neq; noſtri: neq; ſui reminiſcatur. Quod ſi memoriæ uolueris repetere meũ in te officium: nõ modo noſtri nõ obliuiſcaris: ſed potius q̃primũ es mecum tibi conflatum diſſoluere incipias. Noſti: quid uelim. Vale. Ex Mediolano nonis maiis. M. cccc. lviii.

Franciſcus philelfus Nicodemo tranchedino ſal.

q Vid tibi impedimento fuerit:quo minus ad meas mihi ꝓximas litteras respóderis:nescio:nisi fortassis absfueris a Florétia ad seneses tuos. Fac igit:ut q̄primum tuæ mihi litteræ reddant:q̄ me faciát oi de re certioré:quá nostra putaris iteresse:in primisq; reddiderisne meũ ꝓximũ carmé argyropulo nostro. Noli obsecro pati:diutius expecté optatissimá epistolam tuá. Vale. Ex Mediolão.xi.kal.iunias.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus pacino mercato sanitatem.

a Vdio pacine te somno excitatũ iactitare uescio quas nugas. Ego tibi dari cupio sanioré menté: Ná q̄tũ uidere uideor:nó intelligis hasce meas ædes:quibus tátopere insidiaris:tribus iá fatalis fuisse & patruis duobus & patri tuo. Miseret me tui. Hæc est musarũ domus:non fœuoris. Vale pro meritis. Es.n. unus oium igratissimus. Mediolani ex ædibus nostris Idibus iunius. M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Frácisco cremési iuriscósulto sal.

a D ea quæ itelligere a me cupis:paucis respódeo. Ná & res nó est admodũ difficilis:& ego i ꝑsentia sum occupatissimus. Inter æternũ:sempiternũ:ac ꝑpetuũ nullá oio prisci ꝑ doctiq; latini differétiá esse uoluerũt:Illud qđ ex.M. Tul. Ciceronis libris:& quos de natura deoꝝ:& quos de finibus bonoꝝ & maloꝝ:& quos de quæstióibus tusculanis elucubratissime scripsit:nó obscure itueri licet:etsi ꝑpetuũ etiá cótinuũ significat: Vñ ꝑpetuá orationé dicimus:hoc é cótinuá ac ꝑennẽ:&.p. Ouidius Naso priaq; ab origine mũdi Ad mea ꝑpetuũ deducite tpa carmé:huius uero tẽpestatis philosophi nó nulli itẽq; theologi nó tá uim uerboꝝ:q̄ Aristotelis sniam secuti ea inter se noia differre uolũt:ut ꝑpetuũ sit:cui & pricipiũ dat:& finis:ut exterioré hoiem ut uniuersum dicimus mũdũ. Sépiternũ uero qđ ex semp & æternũ cópoit:id uolũt itelligi:qđ pricipiũ qdem habet:At finé habiturũ nequaq̄ sit:huiusmõi aũt esse dicũt cũ ágelos ipsos & demonas tũ etiá iteriorẽ hominé. Sed æternũ aliud nihil esse q̄ deũ:cuius neq; principiũ fuerit: nec itẽ finis futurus sit. Vale. Ex Mediolano.vii.kal. Augustas. M.cccc.lviii.

Francicus philelfus Bessarioni cardinali nicæno sal.di.pl.

p Ridie idus augustas renũciatũ est Mediolani callistũ ecclesiæ Romanæ pontificé ad octauũ Idus sextiles aiam tádé efflasse i maxia oium lætICIA. Itaq; licet iam p'ane iudicare uel pro Solonis snia eũ feliciter admodũ atq; ꝑbeate dié obiisse:cuius morté táto oés cũ gaudio nó isipiẽtes modo:sed etiá sapiẽtes ꝑsequant. Dederit deus oipotés ut cũ hois somnolétia somnus ẽt ipse iterierit:ne tui collegæ isti rursus obdormitasse iudicent. Et qm̃ i ꝑsentia non licuit ꝑ̃ribus tecũ agere: te rogo:ut quæ antea ꝑ̃ribus & litteris:& carmibus scripserá dignatioi tuæ:nó frustra me scripsisse re ipsa ostédas:& quod ad plutarchũ attinet:diligenter cures. Vale. Ex Mediolão Idibus Augustis. M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Aeneæ cardiali senensi sal.pl.di.

q Vod iápridé affatu quodá poetico me tibi memini ꝑdixisse re ipa de obitu Callisti pótificis cófirmatũ est. dii bene cœpta secũdét:id qđ futurũ nó solũ uehemeter opto:sed certo etiá & spero:& nolo. Tu ueli memineris philelfi tui:q̄ tuá amplitudinẽ:ut scis:& colit:& obseruat unice. Nũc festinatio fecit :ut essem breuior:q̄ uolebam. Fac obsecro:litteris tuis intelligam propediem:quid mihi agendum sit. & quod de plutarcho meo sæpissime ad te scripsi memineris etiam atq; etiam te rogo. Vale. Ex Mediolano Idibus sextilibus. M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Angelo actiolo eqti aurato sal.

e T qd ipse maxie oium cupiá:& q̄tũ liceat tibi i tua rep. cũ antea semper:tum hoc

potissimum tempore:non sum nescius. Quare te plurimũ rogo:atq; oro:ut quod mihi coram uerbo aliquando receperis te opportune curaturũ:id i præsentia certa re cõprobes. Hoc erit mihi adeo gratum:ut gratius aliud facere nihil possis. Vale. Ex Mediolano.xviiii.kal.septembres.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Nicodemo Tranchedino sal.

s I ut placet astronõis corpora hæc iferiora & nostra ita parẽt supiorũ corporũ potestati atq; iperio:ut etiã hoium uoluntates pro syderũ ui necessitateq; mutentur: & nõ sint eædẽ semp:haud mihi rem molestã:aut itẽpestiuã facturus uidearis mi Nicodeme:siquod sæpenumero frustra abs te antea tẽtatũ est:hoc etiã tẽpore non omittas. Quod eo libẽtius:qm ad astrorũ motũ atq; ifluxum accedit etiã ipsa ratio:quæ nullis astrorũ uiribus est inferior. Rem tenes. Vale cũ uniuersa familia:patricioq; nostro. Ex Mediolão.xviiii.kal.septembres.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus pio secũdo Romanæ ecclesiæ
summo pontifici sal.pl.di.

q Vod nihil unq̃ i uita mihi neq; iucũdius cõtigit:neq; optabilius:qq̃:Accepi nũc nũc te ad.xxviii.kal.septẽbres diuia benignitate ad summũ ecclesiæ Romanæ põtificatũ assumptũ esse cũ maxio cardialiũ oium cõsensu icredibiliq; totius Rõanæ reipu. uel uniuersi potius:ut ita loquar:orbis terrarũ lætitia atq; gaudio. Quid.n.i psentia tuæ gratuler sanctitati:cui nihilo plus dignitatis summus iste pontificatus attulerit:q̃ tuipse ob inumerabiles tuas diuiasq; uirtutes põtificatui? Accedit ad rẽ:qd tibi corã ppediẽ singularẽ ac poene iauditã mei ai iucũditatẽ sum expositurus:si ita scilicet apud te pbatũ iri itellexero: Nã mentẽ meã oẽm atq; desyderiũ ex supioribus plærisq; meis litteris potuisti nõ obscure itelligere. Vnũ illud dũtaxat tuæ beatitudini exploratũ esse cupio me tãta nũc affici ai uoluptate:uel ex solo ipso tuæ creatiõis felicissimo nũcio:ut existimẽ uitam mihi beatã cõtigisse:siqdẽ i ea uoluptate summũ bonũ cõstituendũ est:quæ nihil habet cũ bæluarũ uoluptate cõmũe:sed tota est hois.tota rõnis.tota absolutæ meræq; uirtutis. Reliquũ est:ut siqs adhuc locus apud te musis relictus est:id qd esse & magnificẽtius q̃dẽ esse nulla ex pte dubito:me facere digneris p tuas litteras certiorẽ: pbesne meũ ad te aduentum. Vale pater beatissime. Ex Mediolano.x.kal.septẽbres.M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Bessarioni cardiali nicæno sal.

a D decimũ kal.septẽbres dedi ad te litteras unas:& simul cũ tuis alteras ad põtificẽ piũ. Eas aũt utrasq; tibi redditas ab Othõe Carreto iuriscõsulto:q istic p meo hoc pricipe Frãcisco Sphortia legati fungit̃ munere:nõ dubito. Itaq; miror:qd in hanc diẽ nihil ad me puenit:qd rñderis. Et id certe factũ existio summis occupatõibus tuis: a q̃bus rogo tm̃ tpis subducas:dũ χειρὸ γραφόντι ad me des:p qd itelligã:qd mihi faciundũ cõsulas:hoc ẽ eamne istuc an minus eã. Reliqua tu uel me reticente p tua icredibili sapientia liqdo cognoscis: Nam ego sum eo iportunior:quod te declaratum audio a pio pontifice:q bononiensi legationi præsis. Vale pater amplissime. Ex Mediolano pridie Idus semptembres. M.cccc. lviii.

Franciscus philelfus Ioãni paleologo Marchiõi Mõtisferati sal. pl.di.

e Tsi te noui iãpridem q̃ rebus egregie doctis atq; grauibus delectaris: idq; uel ex meis de exilio libris quos diutius tuo uti hospitio uoluisti:clarius itellexi: nolui tñ nõ aliqd ad te mittere:qd & grauitati ipsi suauitatẽ hẽret admixtã:& nõ doctis solũ: sed ẽt oibus posset esse cõmune. Itaq; libros ad te dedi:quos mõ de iocis & seriis inscri-

ptos ædiderã. Sic.n.in rebus seuerioribus lectitandis necesse fuerit: ut risui aliquando aurís patefacias: & ñ lætícia solũ: sed hilaritate aliqua pfundaris: Nã qm̃ te quasi lõgo postliminio misere ĩstitui: mihi hac uia paratũ iri aditũ uolui: quo te nõ facilẽ minus: q̃ benefi cum offenderẽ. Vale. Ex Mediolano. xii. kal. octobres. M. cccc. lviii.

Franciscus philelfus Nicodemo tráchedino sal.

d Elicatior factus es: q nihil respondeas: nolo.n.supbiæ crimẽ tibi homini amicissimo obiicere: qd' iis solemus: q sæpius litteris ĩuitati nihil respõdere consuerunt. Scio sane te esse occupatissimũ his pserti tpibus. Sed erit humanitatis tuæ: ut tẽporis aliquid surripias tãtillũ: qd' amicitiæ cõdones officio. Ego ĩstitui ad piũ põtificẽ salutatũ accedere. Itaq; rogo te oĩ ope opaq; cures: ut istac mihi liceat iter facere. Quid opus sit: nosti. Vale. & qd de nostro patricio factũ sit: cura: ut sciã. Ex Mediolão. xi. kal. octobres. M. cccc. lviii.

Franciscus philelfus Bessarioni cardiali niceno sal.

b Inas ad te nuper litteras dedi: alteras ad. x. kal. septẽbres. alteras nõ mlto post: hoc est pridie Idus septẽbres: q̃s Otho carretus q Rõæ p hoc pricipe Fráciſco Sphortia negotia gerit: pdiligẽter tibi reddidisse litteris suis testatus est. Quod aũt nihil respõderis: nõ possum nõ mirari. Itaq; rogo te: ut me facias certiorẽ acceperisne meas epistolas: an minus acceperis. Vale. Ex Mediolano. vi. Idus octobres. M. cccc. lviii.

Franciscus philelfus Bessarioni cardinali niceno sal.

e Tsi de tua ĩ me singulari mãsuetudĩe atq; beniuolẽtia nunq̃ dubitaui: eã tñ ita proxíæ tuæ litteræ quas pridie nonas octobres ex urbe Roma ad me dederas: mihi pspicue declararũt: ut aliud nihil certius unq̃ habueri. Sũq; lõgiore illa tua dicẽdi elegãtia atq; maiestate ita delectatus: ut ipse mihi afflatus aliqs præ uoluptatis magnitudĩe in lectitãda epistola uiderer. Incredibilis habeo tibi gratias pater clæmẽtissime: qd' nihil unq̃ omittis de me uel ornãdo: uel ãplificãdo. Faciat ĩmortalis deus: ut meis de te optatis: id qd' certo futuɋ spero: aliq̃do fortuna rñdeat: Nã cui oĩum mali ἄλειν ὅλμρος ἡσοι ὀυκ ἄχιλλἒι ουκ ὄλιοδἒι ἀλλἀ κάι τουτοῖν ἀμφοτέροιν πολλῶ μεῖζονι τηντε ἀρετην κἀι την ἀλντεστα την σοφιαν. Vt aũt ad rem ueniã: uix dici queat: q̃ gratus mihi q̃q; piucũdus fuerit nũtius tuus de recuperato plutarcho: quẽ qm̃ amiserã: me a summo põtifice pio secũdo tuo ĩteruẽtu dono accipere ĩ nõ mediocrẽ felicitatis partẽ mihi ascribo. Nõ.n.paruæ mihi iacturæ fuerat amissio talis ac tãti codicis: Neq; uolo tibi unq̃ psuadeas alia a nobis uia codicẽ istũ aberrasse: q̃ ea: q̃ tibi primis litteris meis declarata est. Hũc ãt mihi dono dari a sanctitate pii põtificis tãti facio: ut uix aliud pluris queã: Nã qd ego dicã de mirifica illa benignitate ac munificẽtia ĩ ãnua uitæ subsidia: quã ĩ me ultro uerus Christi uicarius põtifex pius utit? Decreuit mihi ut hũanissime scribis eius beatitudo ĩ singlos ãnos aureos ducatos ducẽtos uł ãgẽti Mediolãi. Addisq; futurũ: ut maiorẽ ĩ dies & dignitatẽ: & utilitatẽ assequar. Ad hæc ego paucis rñdeo. Quãuis ego me sane cognori neq; de illius sanctitatis bñficẽtia: neq; de alacri tua bẽiuolẽtissimaq; opa q̃cq̃ magnũ pmeruisse: opam tñ pro uiribus datuɋ polliceor: ne saltẽ uolũtate & obseruantia ĩdignus censear tam egregia: tãq; tempestiua magnitudĩe. Reliqua quod te uelle ĩtelligo scribam ad pium pontificem. Vale pater amplissime. Ex Mediolão kal. nouembribus. M. cccc. lviii.

Franciscus philelfus pio secundo ecclesiæ Rõanæ põtifici maxio sal. di. pl.

b Essãrio reuerẽdissimus ĩ Christo Ihesu ac idẽ sapientissimus cardialis nicenus fecit me noĩe sanctitatis tuæ p litteras certiorẽ: q̃ de me phumaniter beniuolẽtissi-

meq; sentires: & q̃ta cum caritate de me honoratissima uerba feceris: qbus me p̃terea tua sponte donis ornaris. Facis tu qdem pientissime oia summe pōtifex pie:q Christū optimū maximū imitatus nihil tibi potius ducas q̃ benefacere cū oibus: tū iis i primis: quos noris iāpridē inūerabiliū tuaꝝ icredibiliūq; uirtutū obseruātissimos extitisse. Memisti sane pater beatissime: q̃ ego te semp oi studio colueri: & q̃ta semp cū ueneratōe diuinā sapientiā tuā qua iter ois mortales mirifice unus excelluеris: atq; excellas: assidue fuеri prosecutus. Neq; fieri posse iudicasti: ut sine diuio quodā nutu atq; uolūtate tātus eēt meus & tādiu erga te amor. tāta pietas. tāta fides. Neq; uideri uoluisti oblitus qđuiuo adhuc & oi ex parte icolumi Callisto pōtifice afflatu illo: uel poetico: uel diuio fore p̃dixeri & id qdē hoc ipso p̃senti āno: ut & Callistus ex hac luce migraret: & ipse tu qđ oium nostis fortunatissime cōtigit: & tāris christianæ religiōis tenebris: lucē esses p optatissimum tuū pōtificatū allaturus. Et illuxisti tu p̃fecto bonis atq; doctis oibus quasi sol oriens teterria tenebraꝝ caligīe obductis. Actū oio erat de clarissimaꝝ artiū studiis: laudatissimisq; uirtutibus: nisi opportune tu diuinitus datus esses ad illas istaurādas: tuendas. illustrādas. Itaq; iā musæ: quæ penitus iterierāt: reuiuiscūt. Eloquētia: quæ obmutuerat & uocē simul recupauit: & mētē. Ingenia q̃ obdormierāt: exotant. Oēs ad honestas actiōes maiore q̃ antea unq̃ cupiditate icēdunt. Desyderiū Nicolai quiti sapiētissimi illius p̃stātissimiq; pōtificis quo uiri erudıti & eloquētes ñ mediocriter torquebant: nō leuasti solū optatissima creatiōe sanctissimi tui pōtificatus: sed i maximā splēdidissimæ tuæ bōitatis admirationē amorēq; iflāmasti. Nō. n. honoratōe uerboꝝ dūtaxat huiusmōi uiroꝝ aios i pulcherrimā futuræ tuæ benignitatis spē erigis: sed p̃sentibus potius igētibusq; muneribus: Nā ut alios ppe ifinitos breuitatis cā p̃teriēs de meipso uerba faciā qbus sum dōis a tua beatitudie honestatus? Quantā mihi q̃q; singularē uoluptatē attulisti nobilissimo ipso plutarchi codice: quo uiroꝝ illustroꝝ & græcoꝝ: & latioꝝ uitæ græca orōne eruditæ: & elegāter scriptæ cōtinent? Quid qđ ad quotidiana uitæ subsidia singulos ducētos aureos ducatos i singulos ānos mihi i oēm ætatē apud alios etiā agēti cōstituisti? Ita certe quod absolutæ ē munificētiæ tuæ: & exteriori consulis: & iteriori hoi: qppe q & igenio: & corpori fomenta attuleris. At ego pro tantis tuis & tam imortalibus bñficiis qd tandē sim relaturus? Nempe illud quod homuncio solet deo: cuius tu uices diuinitus hominibus repræsentas. Te admirabor. te colam. te uenerabor. te dies ac noctes tum mente & assidua meditatione perspiciam: tum ore: atq; arundine peremniter prædicabo. Hæc de te desinam unq̃ benedicere quandoquidem ne tu quidem benefacere in uniuersam uitam desinere uoluisti. Erant præterea permulta: quæ scribenda mihi occurrebant. Sed hæc idē clæmentissimus cardialis Bessario: ne sim epistola prolyxior: q̃ par est: tuæ sanctitati uerbis meis coram exponet. Reliquum est pater beatissime: ut tibi indubitato persuadeas meā me omnē felicitatem in te uno constituisse: cuius uitam atq; incolumitatem ut oipotens deus q̃diutissime tueat: etiā atq; etiam opto. Vale i Christo Ihesu. & me cōmendatum habe. Ex Mediolano kal. nouembribus. M. cccc. lviii.

Franciscus philelfus Borsio æstensi Mutinæ regiiq; duci sal. pl. di.

q Vod plura de te i dies dux Borsi illustrioreq; digna laude prædicantur: eo magis magisq; fortunatus mihi uideor: quod in tuā beniuolētiam me admiseris. Diligi eni a tali ac tanto principe non medioc͞ri felicitati ducendū est: Nam si morum similitu

do iungit mortalium aíos caritate:dissimilitudo aũt in odium concitat:quis nõ eum lau dandum arbitret:qui tibi carus sit:cuius mirabiles sũmæq; uirtutes tot tantæq; sunt:ut cũ oi antiquitate non iniuria possis de gloria cõtendere? Et ut cætera:quæ sunt prope infi- nita absolutæ summæq; uirtutis documenta incõmodius mihi tp̃s recensenda reiiciã: qs nou iure optimo admiret? non obstupescat? non tollat in cælũ diuinis laudibus illud in auditæ clæmentiæ & magnanimitatis genus:quo nup ad.xi.kal.nouẽbris usus phiberis? Nã ut grauissimæ litteræ magnifici eqtis aurati Bartholomæi pendaliæ ad Nicolaũ filiũ ducalẽ hunc aulicũ:quæ hoc die in maxima procerũ & nobilissimoꝝ hoíum multitudie coram hoc illustrissimo nostro principe Francisco Sphortia inter prandendum recitatæ sunt:prudentissime declarant:Ioannes peregrinus cognomento simul & re ipsa abolicus maximis abs te maioribusq; tuis ornatus beneficiis:cũ grauiter & iniquo aío ferret ut le uẽ ita iustissimã mulctã illã:qua laurentius eius filius paucis ante mensibus mulctatus fue rat.non minus ob delicti negati mendacium:q̃ ob delictũ ipsum quod circa aucupiũ cõ tra sui decreta principis perpetrarat:Venetias dedita opera profectus dicit. Vbi cum diu tius esset:q̃ antea unq̃ consueuerat:ut erat aío ad maledicendũ nocendũq; uæhementius inflãmato:quicqd potuit excogitare:confingere:cõminisci:qđ excellentiæ tuæ uel ad per- niciam:uel ad infamiã accessurũ existimasset:eorũ oium omisit nihil. Et tanq̃ non dicẽdi: sed maledicendi peritiam a disertissimo Guaryno familiari nostro didicisset:ubicunq; Ve netiis iter ambulandũ aliquos offendisset:quos tibi aliq̃do quoquo modo nocere pos se confideret:apud illos per nouas insinuationes insidiosaq; principia continuo ferebat eo oratione:ut aliud nihil habere negocii uideret:q̃ per oẽ insimulationis genus depra uare splẽdidissimas uirtutes tuas:utpote q nihil aliud quæreret:strueret:anhælaret: q̃ ma lefacere:teq; si fieri posset:tollere ex hoium genere.pudet me ea meminisse : quæ ab illo maledicta memorant. Sunt eni ídigna auditu:sunt oscoena:sunt ipia. Quæ quidẽ ipsa hu iusmodi esse uiri illi patricii ut sunt magni & sapientes:non obscure oñderunt:quippe q plæriq; oẽs:tum Ioannem peregrinũ ipsum uerbis acerrimis corã castigarunt: tũ per litte ras te de oi hoís petulantia familiariter amiceq; monuerunt. Quibus tu perlectis & q̃ di ligentissime consyderatis:neq; oi intellecta & cognita:non turbaris:non excandescis:non aíum acerbiorem in partẽ inclinas:id quod debitæ seueritatis fuisset & iusticiæ potius: q̃ crudelitatis:& ultionis:sed ut es humanus.mitis. mansuetus. conuocatis in consiliũ duo decim sapientũ quod dicit:ex primoribus Ferrariæ ciuibus circiter ducentis: accersi ẽt iu bes reum ipsum Ioannẽ peregrinũ:cum essent tñ ii oẽs ignari:q̃obrem eo loci conuenis- sent. Deinde uictor pauo prudentissimus secretarius tuus profectus i mediũ exponit ex- cellentiæ tuæ noíe perfidiam Ioannis peregrini:eãq; non unis uenetorum litteris ne con tradicente quidẽ reo confirmat:facileq; conuincit non una morte dignum esse illum:sed admodum infinitis.& iis quidem diris:& truculentis:si quidẽ tot mortibus plecti abo- minabilis atq; impius ciuis posset. Quibus sane auditis liquidoq; perspectis:ita sunt cõ- sultãtium aí tantæ rei ímanitate in reum ipsum exasperati:ut perinde atq; hecuba quædã quam fabulant:in polymestora:in illius oculos uellent inruere.neq; oculos dũtaxat eruis sent:sed uitam.sed aíam.sed siquid in anima latet altius & potentius: Atqui audiat longe lateq; præsens hæc ætas.audiat posteritas ois. Audiant oẽs:qui sunt:futuriue sunt:populi geutes:nationes:audiat uniuersus orbis terrarum inauditam humanitatem.clæmentiam. sanctimoniam magnanimi atq; religiosissimi ducis Borsii:cuius uerbis idem uictor stans

in medio iratorum:& tumultuantiũ ciuium: Tibi ait o Ioãnes peregrine homo nefarie
mitissimus pater patriæ dux Borsius pro tuis tantis istis & tã perditis tãq; imanibus faci
noribus non uitã eripit:non substãtiã:quæ qdē oia pro tuis sceleribus amisisti.qn potius
tibi ultro ignoscit:debitãq; pœnã libertime remittit:Nã nihil est:qđ malit q̃ nõ mõ non
degenerare in oĩ uirtutis genere a clarissimis pricipibus maioribus suis: sed illis uniuersis
si fieri possit:q̃ longissime ꝑlucere.O uocē præstantissimi principis.o mirabilē lenitatem.
o ai magnitudinē inauditã.Laudat̃ ille maximus rex Dauid:qđ placatus ꝑcibus mulieris
Abigail manus a nabal carmello eius uiro hoie uno oium ingratissimo:quē iterimere cũ
uniuersa familia decreuerat:illico abstinuerit.Laudat̃ Cæsar augustus:qđ uxoris Liuiæ cõ
silio.L.cinnæ quē perdere cogitabat:anhælati parricidii ueniã dederit.At Borsiũ quibus
nos laudibus ꝓsequemur:q ouibus oĩbus i Ioãnis peregrini irruẽtibus necem:eũ nõ mo
do incolumē esse iusserit:sed ab ipetu consultantiũ facto sua manu subduxerit:atq; serua
rit?nõ muliebri:non alieno illi consilio nullis neq; ꝑcibus nec muneribus opus est: q per
sese uiget:ac sapit:qui deũ semp aute oculos habens cũ illud salutare præceptũ meminit:
Mihi uindictã:& ego retribuã:tũ ne obliuisci quidē unq̃ possit eũdē humani generis sal
uatorē non solũ ignouisse malefacientibus:sed patrē ẽt:ut illis ignosceret:extremis in cru
ciatibus supplici cõmiserabiliq; uoce orare nõ destitisse.Libuit nobilissimo duci Borsio
pro ai magnitudine obliuisci iniuriaꝝ.Libuit quod Cato senior prudẽtissime usurpabat:
uti uenia in delinquẽtem:quo potestatē:quã ab deo hẽt:ea liceat uti semp.Libuit. libuit
inq̃ optimo principi:ut est lenitate incõparabili:ignoscere Ioanni peregrino:quo & sese
ipse sui silem osnderet:& illũ perpetrati facinoris ubi pœnituisset : cæteris foret exemplo
nullã esse uirtutē:quæ uni gratitudini antecellat.Quid enĩ ingratitudine fœdius?qd atro
cius?qd exitiosius quid imanius?Nã si hæc uitio uacat nullo ob eã quã in se hẽt impudē
tiam:a quo enim flagitio abstineat homo ipudens:nõ obscure patet esse gratitudĩe præ
stantius nihil.Et primus illeAngelus si gratus esse uoluisset:neq; sua inflatus opinione in
supbiam lapsus esset:neq; a cælesti diuinoq; domicilio præceps corruisset i tenebras sem
piternas.Te Ioãnes peregrine grauissimi atq; iustissimi ciues oẽs:qui tua cã in consiliũ cõ
uenerant:mortuũ esse uoluerunt:quē princeps clæmentissimus & uitæ restituit & tãto tã
q; ãplissimo patrimonio qđ iuste piq; amiseras:frui uoluit:secutus is qdē ut mihi uidet̃
non tã illud qđ a Socrate dictũ laudatur a uiris sapientibus:decere principē & amicis be
nefacere:& inimicos reddere amicos:q̃ præceptũ euãgelicũ: quo iubetur inimicos etiam
esse diligendos.quo maiore te hoiem inimicissimũ.quo pulchriore beneficio dux Bor-
sius afficere poterat q̃ uita dõatum iubere uel locupletissimũ opulẽtissimũq; repugnare?
Nonne tibi uideris regnare Ioannes peregrine:cum tm̃ scelus ipune perpetraris? Memi-
neris igitur memineris gratitudinis.Et quod de persa illo Araspa tradit Xenophon:tecũ
dies noctisq; uoluta.Nec te deteriorem in Borsiũ:si q̃do usus fuerit:præstato:q̃ ille gessē
rit se in cyrum.Apes iracundæ sunt:& adeo peruicaces ad pugnandum:ut aculeos etiam
quibus natura armatæ sunt:relinquant in uulnere.At earum regem natura esse inermem
uoluit:& ita mitem quoq;:& mansuetum.Si huiusmodi se regem erga te præstitit mitis
simus dux Borsius:nili tu quæso inhærentē uulneri aculeũ item recipere ad nocẽdũ:idq;
non mõ:ne noceas tibi ipse:sed ut aĩ tui gratitudine lætius reddas humanissimi pricipis
bñficiũ:cui non minori curæ sunt laudabiles ciuiũ actiões:q̃ ꝓpriæ ac suæ.Hoc.n.interest
inter tyrannũ & iustũ principē:qđ ille oia refert ad proprias utilitates:siquidē aliqd utile
censeri debet:quod ob honestate abhorreat.At iustus princeps quicquid agit:quicquid

loquitur:quicquid cogitat:id oē refert ad utilitatem & decus ciuiū.Si tibi dux Borsius re
stitutū aiaduerterit:hoc est si sanum & prudentē:lætabit᷑ ipse certe:qđ collatū in te bene
ficiū nō amiserit.Tunc enī amittitur:cū in hoiem indignum collatum id fuerit. Et pastor
bonus relictis ceteris oibus:quā unā amiserat diligenter quærit:Et cū inuenerit nō me
diocrem lætitiā præ se fert.At si secus tibi:qđ tua cā nolim:cōsulueris:malueris𝑞; igratitu
dinis crimini obnoxius fieri:q̄ gratitudinis laudari:ego sane grauius tibi præsagiā nihil:
sed tu uelim tecū ipse consyderes qualis de te apud uiros bonos & sapientis existimatio
futura sit:qualis fama.An ignoras q negligit famā suam:homicidā iudicari?primū tibi an
te oculos pone:q̄ta in laude ii uersantur:q se accepti beneficii memores uoluerunt.Quis
est:qui non libenter audiat:ac celeri oratione ꝓsequat᷑:uel Minucii magistri illius equitū
in.Qu.fabiū maximū:uel.L.Terentii culleonis ciuis romani in africanū superiorē gratitu
dinē singularē?Nam qualis se haberi uoluerint Virgilius Horatius𝑞; poetæ in mecœna
tem:& Augustū:eoꝶ pulcherrima disertissimaq; poemata decantant. Cōtra uero nemo
est sensus & rōnis cōpos:qui cū aut Sextilii in.G.Cæsarē.aut.G.pompilii i.M.T. Cicero
nem maxīos duos & eloquentissimos uiros ingratitudinē inuitus mærens𝑞; audit:nō il
los uel mortuos oderit:atq; execretur:& p oē conuitii cōtumeliæq; genus isectetur? Sed
qđ multis?q̄ sit detestabile abomiabileq; facinus igratitudo:ut triste ita sempiternū tulit
exēplū sceleratus & īpius Iudas ille:q magistrū dn̄mq; suū humani generis redēptorē cru
ciandū iudæis p oē uitæ dedecus & interimendū tradidit.Is enī cōscius sibi diræ suæ hor
rendæq; feritatis:abiecta spe oī consequēdæ ueniæ prodigiosam uitā laqueo finiuit.plus
enī ponderis ad pœnā in malignitate sua:q̄ in diuina bonitate atq; misericordia inesse ar
bitratus est ad ueniā.præterea iustus princeps nō semp ignoscit. Nimia enī misericordia
sūma esse iniusticia consueuit:Nec minus crudelis ducit᷑:q semp dat ueniā:q̄ qui nūq̄.Oī
bus in rebus mediocritas quædā seruanda ē.Qui se uoluit leniorē:q̄ deceat: lentitudinis
cuiuspiā & ignauiæ nomē subiit.Et dissoluta clemētia non eū mō:q iterū deliquerit: sed
reliquos itē reddit alacrioris ad delinquendū.Quo fit:ut sub umbra huiusmodi uel clæ
mentiæ:uel segnitiæ iusticia tota pereat.Itaq; ēt atq; ēt tibi caue.Teq; ita īstitue:ut & clæ
mentiæ ac benignitatis tuus optimus prīceps ab oibus laudet᷑:& tu usus non abusus tan
to beneficio uideare.Sed ut eo unī diuertit:nostra redeat oratio:nō potui equidē ꝓstan
tissime dux Borsi nō miꝶ in modū affici lætitia:cū litteræ illæ copiosæ & elegantes Bar
tholomæi pendaliæ corā optimo maxīoq; prīcipe meo Francisco Sphortia recitatæ sūt.
Erant enī indices ac testes ꝓclaræ tuæ & eximiæ bonitatis:quā uidi cū ab audientibus oī
bus:tū a grauissimo ipso prīcipe facundo admodū plenoq; ore mirifice laudari:teq; unū
dici:q inter huius ætatis principes & haberi debeas:& dici princeps. Quare non minus
meæ felicitati lætor:qđ mō dicebā:q̄ tibi gratulor:qđ maxīs tuis īnumerabilibus𝑞; uirtuti
bus tantā iā gloriā es adeptus:ut nulla sit futura posteritas:quæ de tuis diuinis laudibus
cōticescat.Quis enī te hūanior?qs clementior?qs aī magnitudine clarior?qs iustior?quis
mūificētior?Nā qd ego dicā de illustri sapiētia tua:q ꝑspicue intelligēs iferiora hæc & tē
poralia oīa mutabilia eē planeq; caduca.nihil tibi antiquius ducas magisue expetēdū fide.
religiōe.pietate? Oīa refers ad deū:quo semp tanq̄ pn̄te.uidente.audiēte:dirigis ac ꝑficis
tuos salutiferos cogitatus.Itaq; oīa tibi secūda sūt.oīa læta.& ad uotū oīa.Qui te minus
norit:rusticus est censendus.qui te non amat:non colit:non ex omni animi sententia ue
neratur uel flagitiosus est:uel stultus.perge:ut facis princeps præstātissime.da nobis tuis
quotidie egregiū aliqđ argumentū uel audiendi:uel discendi scribendiq; de tot tuis tan

tisq; uirtutibus. Vale principũ decus. Et me cõmendatũ habe: ut facis. Ex Mediolano Idibus Nouẽbribus. M.cccc.lviii.

Franciscus phil. Nicodemo tranchedino sal.

q Vod tardiores ierint meæ ad te litteræ: id causæ fuit: qđ expectabã mihi facultatẽ fieri per principẽ nostrũ faciũdi itineris. Non enĩ uiuimus nostro: sed alieno arbitrio. Et iustus princeps pro iusta lege ducẽdus ẽ. At uiri oẽs boni subiecti sũt legibus. Iccirco Socrates cũ posset: noluit e carcere se in libertatẽ uẽdicare. Breui igit᷑ hinc concedã Lucã. Ibiq; tandiu expectabo: donec mihi fiat: qđ amici noĩe significasti: Nã eius mihi fide esse tutius nihil põt. At ne securius qdẽ. Erunt ẽt mecũ filii duo Marius: ac Xenophõ. Cũ una erimus: cætera inter nos cõmentabimur. Vale. Ex Mediolano. viiii. kal. decẽbres. M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Thomæ senecæ sal.

b Ertholla noster qui ad te uenit: faciet de oĩ statu meo te cumulatissime certiorẽ. Qua uero in re tua mihi opa opus sit: ex eodẽ cognosces. Itaq; tuum ẽ id pstare: ne frustra hoc itineris ab eo susceptũ uideri possit. Nõ enĩ sũ nescius: & q̃tũ possis auctoritate: & gratia: & q̃tũ ẽt mea cã uelle debeas: sed rudis plane & dicendus sum: & iudicandus: q ita ad te scribã: quasi uidear de singulari tua pspectaq; caritate. Quare nihil aliud abs te peto: nisi ut cures: ne istic diutius Bertholla noster expectet. Vale. Ex Mediolano iiii. Nonas decembres. M.cccc.lviii.

Franciscus phil. Bessarioni episcopo tusculano cardinali uiceno sal.

c Vm ego quotidie tuas litteras expectarẽ pater clæmẽtissime: qbus certior fierem de iis: quæ ad kal. nouẽbris tuæ ãplitudini scripserã una cũ litteris ad sanctissimũ pontificẽ piũ: neq; aliud noui quicq̃ acciperẽ: essetq; iã mihi tandẽ iter ad uos pmissum: cœpi non inuitus aggredi hoc laboris istuc pficiscendi: etsi cupienti labor esse nullus sane põt. Itaq; sum i uia. Neq; ad multos dies futurũ spero: ut sanctissimi dñi nostri exoptatissimã faciem tuãq; mihi corã contueri liceat. Interea uero loci te maiorẽ in modũ rogo: ut qđ antea ad te scripserã & de plutarchi codice: & de ducentis illis aureis ita ex sententia tua meaq; conficiatur: ut nihil iis de rebus cũ istuc uenero: mihi curãdum sit. Vale. R. pater: & domine. Ex Mantua die Natalis christiani. M.cccc.lviii.

Franciscus philelfus Ciccho calabro ducali secretario sal.

u Olo: mireris: si in hoc meo ad pium pontificẽ itinere incessu uti uideor testudineo. Id enĩ fit partim malignitate hyemis: quæ uias oĩs uitreas reddidit: parti benignitate principũ: q me non nulli remorati sunt. In primis aũt Sigismundus pãdulphus malatesta: ut est aĩo ingenti: & phumano me honorificentissime liberalissimeq; excepit: & oĩbus est officiis psecutus: quẽ ego cũ ob eius maximas innumerabilisq; uirtutes maximi facio: tũ eo pluris: qđ principis nostri amantissimũ eẽ obseruãtissimũq; cognoui. Idq; ut istius excellẽtiæ referas: uolo. Sũ ego hinc postridie abiturus: Vtarq;: q̃tũ in me fuerit: maturiore itinere. Te iterea etiã atq; etiam rogo: ut memineris mei: nec minus Lauræ nostræ: quam tibi unice cõmendo. Reliquum est: ut communi principi etiam atq; etiam me cõmendes. Vale. Ex Arimino Nonis ianuariis. M.cccc.lviiii.

Franciscus philelfus Ciccho calabro ducali secretario sal.

d Edi ad te: nudiustertius lrãs ex Arimĩo: qbus certior factus esses de iis: q̃ tps obtulerat. Hesterno uesperi cũ ad forũsemproniũ uẽissem: offendi Iacobũ perusinum cognomento picininũ corpe sane Tydeũ. sed aĩ robore ac prudẽtia alcidẽ aliquẽ. Hic mihi uisus ẽ tãta eẽ: in priopẽ nostrũ & fide: & pietate: ut dignus sane sit: quẽ Sphortiãi oẽs mirifice diligamus: amemusq;. Singularem is mihi beniuolentiã ostendit. omisitq; nihil:

qđ uel humanitatis:uel benignitatis officiũ saperet.Spero hunc principi nostro maxime aliquando uoluptati fore:& fortassis ẽt usui.Cum hæc ad te scripsi:eram hinc continuo abiturus:qppe q audirem pontificẽ piũ ex urbe Roma iã decessisse petereq; perusiã.Tu me interim ama:ut soles.Vale.Ex forosempronio.vii.Idus ianuarias.M.cccc.lviiii.

Franciscus philelfus Gaspari mercato Valentiæ comiti sal.

f I Gasparem mercatũ meũ de oĩ meo in urbẽ Romã itinere minus facerẽ certiorẽ: quẽ alium sim facturus:haud satis intelligo.Itaq; rem oẽm paucis accipe. posteaq̃ ad quartũdecimum kal.Ianuarias e Mediolano decessissem:ueni postridie Mantuã:quæ quidẽ urbs me plurimũ delectauit:cum sua magnificẽtia & Maronis uostri memoria: tũ ẽt cumulatius præsentia & humanitate præstantissimi principis Lodouici:q me uidit per libẽter:excepitq; lautissime.Et qñ natalis christianus propediẽ aduentabat:uoluit ne ante inde discederẽ:q̃ esset a me Natalis ipse apud se celebratus. Quo qdẽ facto postridie eius diei Reuere ueni:ubi uidi pulcherrimas ædes illas:quas ingenti aĩo princeps eo ĩ oppido nuper ædificauit:nõ trito & usitato quodã uulgariq; artificio:sed ad imaginem potius atq; dignitatẽ laudatissimæ illius & pbeatæ ãtiquitatis.Vnde cum Ferrariã postero die cõcessissem:ducẽ Borsiũ offendi principẽ sane dignũ:quẽ nulla neq; natio:nec posteritas conticescat.Est enim oĩ uirtute præditus in primisq; magnitudine aĩ ac munificẽtia: quæ ipsæ duæ claris principibus peculiares semp esse debent.Et quod mihi fuit iucũdissimũ auditu:diuinũ principẽ nostrũ non minore laude:q̃ beniuolentia prosequi studebat. Ab hoc ego egregie donatus pridie kal.Ianuarias uersus Bonouiã pfectus perpetuo itinere intra quatriduũ Cæsenã ueni:ubi ab humanissimo Regulo malatesta uouello nõ regie minus q̃ philosophice sum acceptus.Eodẽq; modo post biduũ a Sigismundo pandulpho huius fratre:cuius ego fortunã non potui nõ misere dolere:qppe quẽ uideã breni periturũ:nisi a clæmẽtissimo uostro principe:a quo qdẽ uno is ultimã salutem sperat: opẽ:auxiliumq; iuenerit.Vnde cũ primũ illuxisset:abiens forũsemproniũ petiit.Hic Iacobus picininus acerrimus belli dux hibernans ubi me eo aduenisse cognouit:suũ necessarium quendam ad cauponulã misit:q me suo noĩe salutaret:atq; oĩa polliceref:quæ humanitatis sunt beneficentiæq; officia.Hunc ego deĩde mane cum adiissem:multaq; citro ultroq; familiariter & amice habita uerba essent:unũ id uisus mihi sum de illius aĩo intelligere sibi prĩcipe nostro nihil esse carius:nihil uenerabilius : cũ sese huius semp non seruũ minus:q̃ filiũ assereret:diceretq; nihil sibi cõtingere posse optabilius:q̃ aliquam occasionem offerri declarandæ suæ in talẽ ac tantũ patrem & dominũ obseruãtiæ.fidei.pietatis. Quid multis est opus?Est plane Iacobus picininus in principẽ nostrũ tanta beniuolẽtia atq; fide:ut addi nihil possit ad cumulũ. Sum aũt ab illo ita tractatus:ut eum decet: q & uetus amicus sit & principi nostro carissimus.Eodẽ etiã die inde discessi: & p montuosa illa asperrimaq; itinera post sextũ diẽ perueni ad urbẽ Romã.Et ne sim longior: q̃ oportet:Sũmus põtifex pius tanta me humanitate excepit:ut uix quicq̃ dici possit humanius. Spero me oĩa ex sententia mea assecuturũ:& ad paucos dies secundis auibus rediturũ ad uos.Interim uelim:ut memineris mei.tibiq; persuadeas te mihi neminẽ post clæmentissimũ principẽ uostrum esse cariorem:neq; iucundiorẽ.Tu uale cum tua frigidissima frigida:Nam hic nimium nihil est.Ex urbe Roma.xiiii.kal.februarias.M.cccc.lviiii.

Franciscus philelfus Borsio æstensi Mutinæ Regiiq; duci sal.

q Vod mihi ex urbe Ferraria decedenti mandasti præstantissime dux Borsi:id ego piæ ecclesiæ Romanæ pontifici fideliter diligentissimeq; exposui. & ea præterea

addidi:quæ mea interesse pro maximis tuis in me beneficiis addēda existimaui. Audiuit
certe oīa summus pontifex perlibenter.oñditq; se usurum in tempore:qđ tam liberaliter
atq; pbenigne obtulisti.deinde ī longiusculū sermonē de tuis diuinis laudibus & audien
do:& dicendo prouectus est.Et cū alia permulta de te mirifice ,pbauit:tū in primis dele
ctatus ē:qđ nihil pluris q̄ religionē:& cultū diuinum faceres.Dicebat enim sibi plurimū
uideri laudandum:qui in tāta rep: licētia ita se gereret:ut oīa referret ad deū. Absolutæq;
esse uirturis:qui in maxima fortuna se cōtineat:cū fieri uix possit: ut īpunitate proposita
uoluptas uitiorū oīum parens contēnat.Et ideo te sibi uideri magis admirādum: qui in
pulcherrimo & pacatissimo principatu in maxia bonap rerū oīum affluentia:& uarieta-
te:& copia nunq̄ secedas ab honestis actionibus:nunq̄ ab officio.nunq̄ a deo. semperq;
tui filiis sis.hoc est dei metuens planeq; perfectus.Nunq̄ enim cōtinere te potuisse in illa
Ioannis peregrini aduersus dignitatem tuā impia cōtumelia:nisi deū semper ante oculos
haberes.Itaq; istiusmodi clæmētiā tuā pleniore quodā ore hilariq; uultu laudabat. Et ne
si longior fuero:uidear assentationi obnoxius uel in re pspicua oīoq; uerissima:ea fuit di
cendi clausula:si tales fuerint reliqui christiani principes:qualē te esse in deū audiret:non
